Carol. de Graff. in tract. & effect. cleric. nonnullos ex prædictis allegans effect. I. n. 147. vers. con-trariam nihilominus opinionem, & num. 148. & seq. ubi communi, idemque magis recepta testa-tur sententia vers. ego vero, ubi refert, ita fuisse practicatum in personam cuiusdam famuli recep-toris militum Hierosolymitanorum, & contra-riam sententiam in Curia non servari.

Belletus disquis. clerical. part. prima §. 1. de favor. cleric. real. n. 12.

Fatin. in q. 8. ampl. 15. n. 46.

Capyc. decif. 12. n. 2. in princ. & eodem numeri. respondeo, testatur de magis communi.

Gram. sibi ipsi contrarius in cons. 102. Redem-p-toris gentium n. 14. & seq. in civilibus, ubi n. 16. testatur hanc esse communem.

Natta cons. 576. n. 3. 6. & 17. lib. 4.

Covarr. in lib. psact. quæst. cap. 35. num. 2. vers. quintu non video.

Clar. in pract. crim. §. fin. q. 35. n. 12. vers. quæst. nunquid. familiares. ubi de communi testatur.

Thesaur. in d. decision. Pedens 22. num. quarto versus verum, visus est probare sententiam, se-cundum quam testatur lepidus judicasse Senatum Taurinensem, & si eodem in loco scriperit idem Thesaur. contrariam opinionem forte de iure ve-giorem.

Ioann. Port. in cons. incipiente Omnipotentis Dei populari suffragio 4. col.

Menoch. qui multos ex his refert in d. cas. 562. num. 4. & seq. ubi etiam recenset rationes, quibus fundatur haec opinio.

Calcaneus cons. 22. num. 13.

Fulvius Pacian. in tract. cui incumbonus prob. lib. 2. c. 34. n. 123. vers. de sed an famuli clericorum.

Decian. in tract. crimin. tom. I. lib. 4. cap. 9. n. 47. juncto num. 57. & sequent. ubi relatis hinc inde DD. contrarium sententibus concludit, ancillas & famulos Ecclesiæ, ecclesiasticeque personæ con-ductitios, & qui conuenta mercede inserviunt, minimè fori privilegio gaudere, ita quoque & iu-earum rusticis, quod ante eum voluit Ant. in d. cap. gravem. col. 2. de sent. excom. Felin. de for. com-pet. in cap. 2. num. 3. vers. de rust. qui sequitur Ant. in d. cap. gravem.

Capiblancus in tract. de Baron. pragm. 8. par. 3. n. 69. vers. et consequenti adverte in princa im-pressione, et in secunda impress. eod. loco num. 65. in uers. dubitaram fuit, an familia clericorum, sim-pliciter, tenuit famulos non gaudere.

Fundamenta, quibus prædictati DD. moti sunt plura adducuntur.

Primum, quod coloni, & familiares monacho- rum

rum non liberantur à collectis, licet ipsi monachi immunes sint, ut fundavit, & decisum refert Thesaur. decif. 116.

Secundum, quia si clericus agat contra laicum reivendicatione, vel actione personali super re Ecclesiae, aut ipsius clerici, debet illum coram iudice seculari convenire, per authoritates, & iura, quae allegat Auct. in d. tract. regul. 4. n. 9. Hec duo fundamenta considerantur per Thesaur. in d. decif. 2. 2. n. 1. vers. prima, quod coloni.

Tertium, privilegia tanquam stricti iuris non debent extendi cap. privilegia de regul. iur. in 6. privilegium vero fori concessum clero extendi non debet ad eius servum, famulum, & colonum, hoc argumentum afferit Menoch. in d. casu 562. rum. quinto. vers. primi ea ratione, quo loco conatur respondere argumentis praedictis.

Quartum fundamentum pro hac sententia sumitur ex dispositione tex. in cap. per exemptionem de priuileg. quem pro hac sententia primus omnium allegavit Io. Zar. quem refert Barb. d. cap. 2. num. 3. 1. antē medium de foro. comp. in quo in oblatis, quorum vita habet aliquid spiritualitatis, requiritur qualitas perpetuitatis, ad hoc ut per exemptionem Ecclesiae concessam, ipsi quoque exempti intelligantur, quartō igitur minus gaudebunt famuli temporales, nihil habentes spiritualitatis, ita Abb. in d. capite secundo in fine de foro compet. & Felin. ibidem numero primo ad finem, Gram. d. conf. 102. n. 16. ad principium, Niger. in repetit. dicta extravag. unica de vit. & honest. cleric. num. 87.

Quintum pro hac sententia adducit Aret. post Abb. d. cap. 2. num. 6. circa medium tex. in cap. penult. vers. non sit autem eod. tit. de privil. in 6. ubi aperte decidit Summus Pontifex, privilegium datum Conventui non prodere familiaribus.

Sextum, attenta ratione, quam considerat In. nocent; in cap. 2. de maiorit. & obedient, quare clerici sunt exempti à iurisdictione Imperatoris, quia cum clerici spirituales res sint, & ex toto corpus, & animam dederunt in servitium, & scitem Christi 12. quæst. prima cap. 3. per consequens Papæ iudicio, & constitutionibus subsunt 10. dist. cap. Imperium, at celsat hæc ratio in servis & famulis secularibus, qui non se ita dederunt in servitio, & taliter se non mancipaverunt obsequio Christi.

Septimum, iure cautum non reperitur, quod fori privilegium locum habeat in servis conductitiis, & familiaribus, prout dixit Abbas post Archid. in d. cap. 2. de foro. compet. in 6. quem refert, & sequitur Decian. in tract. crim. in d. cap. 9. lib. 4. n. 57. in fin. qui hoc verum putat, præsertim criminalibus, ne scilicet delicta remaneant, imputa, & detur occasio delinquendi contra iura vulgata, ubi idem in rusticis Ecclesiæ, & clericorum, ut scilicet regulariter non gaudent privilegio fori num. 58. vers. idem ergo, idem quoque testatum reliquit Capycius in d. decif. 12. num. 2. in princ. & Barb. in d. cap. 2. num. 30. quod lucidius, & claridus apparet ex contrariorum resolutione, cum ergo lex hoc non dicat, nec nos dicere debemus, ad iura satis vulgata.

Nec præsumitur, voluisse Romanum Pontificem in præjudicium Regis; & secularis iurisdictiōnis hoc statuere, prout fatetur ipse Romanus Pontifex in cap. novit de iudiciis, tā dixisse Augustinum Morlam refert Carol. de Grassi. tract. de effect. cleric. effect. 1. n. 131. circa medium,

ubi Petrus Augustinus dicit d. cap. 2. posse procedere in locis, & terris S.R.E. subiectis etiam in temporalibus.

Hinc sequentibus opinionem non obstant in contrarium adducta, & primò non obstant tex. in l. prima, & secunda C. de Episc. & cler. cap. generaliter §. nouarum 16. quæst. 1. nam loquuntur per verbum mancipia, & sic erant perpetua, ut bene declarat Felin. in d. cap. 2. num. 1. vers. dicit ibi tex. & post eum Gram. in d. conf. 120. num. 5. ubi ita etiam intelligit tex. in cap. Ecclesiænum 12. quæst. 2. pro contraria sententia adductum, qui tex. loquitur per verbum servos, ut intelligatur de servis, & ante eum glos. in d. cap. Ecclesiænum seruos in verb. clericorum, dum uicitur verb. mancipiis, & ita etiam respondetur ad tex. in cap. iudicatum 89. dist. quem locum hunc in modum intellexit Mart. in tract. de iurisdictione casu 111. in prin. cap. uers. primus est articulus, ante eum glossa ibi. dem in verb. inter eos, vers. alii dicunt.

Secundo respondeatur, in prædictis iuribus 13 (præterquam in d. cap. iudicatum 89. dist.) sanctum esse tantummodo super impositione collectarum de privilegio vero fori nullum verbum, ergo non est idem dicendum de eo, quia non licet argumentari de uno privilegio ad aliud, & de casu ad casum, ut per Jo. Andre, in regula, quæ à iure communi, de reg. iur. lib. 6. & per Abb. in cap. At si clerici 3. col. de iudic. etiam si concessum privilegium esset maius, ad quod volumus arguere, ut per eos, & traditur in cap. sanè de privilegiis. Alioquin privilegia in infinitum multiplicarentur. Quod non est dicendum; siquidem specialia, quæ vocamus, sive privilegia non sunt amplianda, nec ad alios casus trahenda, l. quod vero, & l. ius singulare ff. de legib. cum concord. Ex quo sit, ut si quid sit speciale in uno casu non sequatur, speciale esse in aliis, ut docuit Alexand. in l. si pecuniam col. 1. C. de neg. gest. nec in dubio a regula recedendum est, gl. in l. omnis definitio ff. de reg. jur. & in rub. eiusdem tit. lib. 6.

Nequæ obstat tex. in l. prima C. si quacunque præd. potest. nam nil ad rem nostram facit, cum ob delictum jus dicenti sancitum sit, ipsum jus dicentem non solum esse suspectum domino, quem habet, sed etiam toti familiae. Et enim regulare iuri, ac æquitati consentaneum, quod si judex est suspectus quoad dominum, censeatur etiam suspectus quoad totam eius familiam, sicuti scribunt Inn. & Dec. in cap. insinuante, de officio deleg. & Ang. in d. l. prima. & ibi Bal. num. 4. in fine vers. Hoc præmisso C. de Episc. & cleric. Ea enim ratione eximitur tota domus, quia sicut iudex infestus domino præsumitur, ita etiam familia, à quo indebet posset vexari, quæ cessat in casu, in quo non cadit suspicio, nec timor vexationis. Judex laicus non quia infestus esse præsumitur Ecclesiastice personæ, est incompetens, sed quia Ecclesiastici ex toto corpus, & animam deputaverunt, & dederunt in fortē, & servitium Iesu Christi; ut supra fundatum fuit.

15 Neque obstat tex. in cap. 2. de foro compet. dum Summus Pontifex ait, quod nullus iudicium, neq; Presbyterum, neque Diaconum, aut Clericum vi- lium, aut minores Ecclesiæ, aut permisso Pontificis per se disstringere, aut condemnare præsumat.

Illiad enim verbum minores intelligendum est secundum subjectam materiam de Clericis primis consurce, & minorum ordinum, ex quo verba semper sunt intelligenda secundum subjectam ma- teriam

6 D. REG. JOAN. FRANCISCI SANFELICII

teriam, si uno ff. loc. l. si stipulatus ff. de usq. l. Proculus ff. de usq. l. insulam ff. de p. sc. ver. quod est adeo verum, ut procedat etiam si verba sint improprianda, Rot. dec. 10. num. 6. de testam. in antiqu. ultra quamplures alias autoritates congregatae per Dom. Reg. Valenz. virum summa religione, parique sapientia ornatura, & exultum in cons. 87. num. 22. & 23. lib. 2. & in propriis terminis haec docuit Anch. in dict. cap. 2. numero secundo in princip. & subsecutus est Bellet. d. q. Clerical. part. prima, §. 2. num. 1. dum ex dispositione dicti capituli secundi, de foro compet. fundat, in minoribus ordinibus constitutos exemptos esse a foro saeculari cum requisitis in decretis Conc. Trident, seu de conversis, & oblatis secundum Abb. in d. cap. 2. num. 5. in fine, & ibidem lnn. in verb. minores, sequitur Aret. in cod. cap. 2. num. 6. in princip. qui intelligendi sunt juxta ea, quae diximus paulo supra.

Ad tex. in cap. cum olim, de arbitr. respondeatur ibi non agi de aliquo fori privilegio, sed solum de privilegio, seu lege, & regula illius Hospitalis, ut fratres, seu administratores illius Hospitalis una cum ipsa familia eligere debeant Receptores.

¶ 6 Ad argumentum à fortiori ex autb. habita C. ne fil. pro patre, respondetur, illud fuisse expresse concessum scholaribus, quod non est extendendum ad alios d. cap. privilegia de reg. iur. in 6. cum aliis supra adductis, quae responso convenient etiam doctrinæ Bald. in l. prima C. de uxoribus militum num. 3. pro contraria opinione adductæ, quod loquuntur de privilegio militibus concessio, & in l. resistuenda C. de Advocas. diversorum iudic. supra num. 3. quod privilegium officiali concessum ad subditos extendatur quoad exercitium jurisdictionis, & non facit ad casum, de quo agitur, cum nulla sit concessa jurisdictione per legem Clericis,

Neque obstat, quod pro contraria sententia afferebatur, quod contemplatione domini privilegium concessum est tam respectu servi perpetui, quam temporalis: nam respondeatur, diversam rationem militare in servis perpetuis, quia isti perpetui sunt, & sunt tanquam bona, & res propria Ecclesie, ecclesiasticarumque personarum, quam sunt extra jurisdictionem Judicis secularis per ea, quae dicitur de Grassi. in d. primo eff. l. num. 10. vers. ampliatur quartæ, & haec ratio originaliter fuit Decian. in tra. crucis. in lib. 4. cap. 9. n. 57. vers. sexta famuli in fin. & post eum Farig. quatt. 8. nn. 46. ampl. 15. ad fin. Carol. de Gral. in praetalligata loco vers. 5. pro ista opinione potest adduci alia ratio n. 150. quae ratio non militat in seruo temporali.

Nec est facienda vis in verbis litterarum Episcopi, ibi: & perpetuum servitorem, attendendum est eu m. id, quod in effectu & in veritate est, non quod verbis exprimitur: nam sensus, & non verba inspicenda sunt, lib. 3. C. de liber. preserit, perpetui enim sunt mancipia, tex. est in cap. genitatorum. novarum 16. que & primi, ibi fundos, & mancipia vestra, & in l. prima C. de Episcop. & cleric. ibi vos, & mancipia vestra.

¶ 20. Et juxta hanc opinionem per Collaterale Consilium fuerunt missa litteræ hortatoriales de anno 1615. ut in Registro in fol. 90. & ita decisum per M.C. & S.C.

In causa Horatii Rago inquisiti de iustibus scopis, pectorum parvulorum, & aliis offenditionibus ini-

personam Locumtenentis Terra Galatæ, tempore quod causa remaneat in M.C. & per S.C. confirmatum decretum mensis Augusti, & Octobris 1617. in Banca Putei, & iterum sub die 18. Februario 1619. per doctissimum, & integrissimum Regentem Rovitum tunc Regium Confessorium delegatum fuit denegata remissio Joannis Ambro, si Monachi inquisiti de confessione monete, quis servus Ecclesie.

21 Qui vero veniant appellatione servorum, vel famulorum, cumulat doctissimus Grassi. de effect. cleric. eff. l. num. 152. vers. Qui vero veniant.

22 Confratres tertii ordinis, qui vocantur conversi, seu oblati novitii Hospitalarii an gaudent privilegio fori, Capitulo de Baronib. prag. 8. part. 3. & num. 54.

Addit. D. Regentem Marchionem Belmonti se repetit. Autb. Ingressi, cap. 10. Augustin. Barb. de foro Eccles. universo cap. 39. de privileg. fori & a. nn. 44.

ARGUMENTVM.

An alienata re litigiosa in Clericum, seu Ecclesiasticam personam judiciata sit finiendum coram eodem Judice laico, ac sententia exequutioni demandanda per eundem

SUMMARIUM.

2 Alienata re litigiosa in clericum an per Judicem laicum possit procedi ad exequutionem sententia, vel sine remittenda concordantia onequatione ad Judicem Ecclesiasticum, & natus.

4. 5. & 14.

Alienata re litigiosa, quando sit agendum contra novum possessorem revocatoria, & quando possit onequi contra possessorem, & preferri sententia contra conveniendum ex decreto Judicis laicæ, & num. 15.

Bona in causa indicasi pignori capta, si fuerint in clericum alienata ab ipso reo sine authoritate Judicis, authoritate eiusdem Judicis laici sunt vendenda, natus. 17.

Ecclesia, ecclesiasticaque persona non comprehendatur sub statuto per Regem lat. Alienatio rai litigiosa est nulla & 6. & habetur ac si non esset facta natus. 10.

Lito pendente non potest fieri cassio ad effectum ut iudicium transferatur concessionarium, sed iudicium currit cum cedente, & sententia exequutioni demandatur contra novum possessorem, quavis alienatio in clericum facta sit, siue is sciverit, siue ignoraverit, rem esse litigiosam siue actio sit in rebus, siue in personam, siue de re ipsa, vel generalis, & num. 8.

9 Tertio opponente se lis in iudicio inequatus, an & quando procedendum sit ad ipsum iubet, tamen via ordinaria.

11 Actus factus contra legis prohibitionem est nullus iure.

12 Clericus effectus post caput iudicium coram Judice laico an declinabit forum.

13 Clericus successor laici an ligetur in fastitia coram Judice laico incubata.

16 Clerici dñm litigant in Regiis Tribunalibus re

- nentur ad observantiam cap. conventus.
 Clericus an remaneat subiectus dispositioni Regia Pragmatica. si velit facere præventionem aduersus instrumentum.
 Statuta, seu consuetudines laicorum in decisionibus causarum non ligant clericos, & personas Ecclesiasticas secus si respiciant processum faciendum, & ordinem iudicii, ut ibid. paulo infra.
 Ex deposito facto sponte per Clericum ut audiatur super nullitatibus, dicitur præventa causa, & non persona.
 Clericus litigans in fore seculari arctatur ex tempore prædicto instantia à statutis laicorum, & cum ratione.
 Litigans in iudicio seculari, arctatur statuto disponente super exhibitione mandati.
 Clericus actor succumbens, condemnatur per iudicem laicum in expensis.
 17 Ad exequitionem realem super bonis per clericum possessis quomodo sit procedendum rem fivit.
 Agens ad avocandum pecuniam à Judice laico clero liberatam in concursu creditorum coram quo Judice agere debeat, num. 17.
 18 Si eodem die citationis reperiatur alienata res, super qua mota est lis; aut dicatur alienatio rei litigiosæ, & an vitium litigiosæ habeat locum in alienatione facta ex causa dotis.
 19 Clericus suscipiens ordines minores; & beneficium Ecclesiasticum obtiuens post delictum commissum in fraudem Regia iurisdictionis an gaudeat privilegio fori.
 20 Et quid si est causa, & persona præventa, & num. 23. & 25. bis decisum num. 22. & 26. & quid in clero prima tonsura, num. 29.
 21 Habilitatus cum cautione dicitur carcera-
 bns.
 24 Clericus amittens fori privilegiorum ratione fraudis non amittit privilegiorum Canonis si quis suadente Diabolo,
 27 Professio facta post delictum, & post sententiam fori iudicationis in fraudem Regia iurisdictionis, an exigat resarc. à iurisdictione Judicis laici.
 28 Professus equiparatur clero in sacris confron-
 tuo.
 28 Clericus prima tonsura cum falsis dimissoriis initatus non gaudet privilegio fori. Et quid si sit irregularis, quia bigamus, ibid.
 30 Clericus nulliter ad ordines promovetus, quia ir-
 regularis, an gaudeat privilegio fori. Et praxis, quo observatur per Indicem laicum, quando reperitur in eius posse, num. 31.

DECISIO II.

tione rei litigiosæ per conventum in aliquem quovis modo lite pendente contestata, vel quasi, aut aliis sciens, vel ignorans, ipso connivente possessionem intraverit, finitur judicium in personam transferentis, & si per multas manus posses-
 sio ambulaverit, exequutio fiat contrà possessorem, ad quem dicta res, vel possessio invenitur manere, cumque clerici, Ecclesiasticaeque perso-
 næ non comprehendantur in statuto per Regem lato, de quo latè dicemus infra cap. 159. num. 4. se-
 quitur secundum eum, quod coram Judice Eccle-
 siastico sit petenda exequutio, assert quoque Præs. in præallegata decis. doct. Abb. in c. Ecclesia Sanctæ Mariae penult. col. vers. nunc quaro ut lit. pend.
 qui tenet hoc casu omnia concernentia execu-
 tionem lententia esse explenda coram Judice suo,
 qua Abb. decisione tanquam in propriis terminis particulariter moti fuerunt illi Domini, eandem sequutus fuit opinionem Molfes. in consona. ad Con-
 suet. Neap. par. 2. de person. num. 29. quest. 8.
 Secuatur contrarium ad præsens in Regiis Au-
 ditoriis. Et quamvis in clericum sit facta aliena-
 tio, profertur sententia contra conventum laicum,
 & exequutioni demandatur super ipsa re, & si in personam clerici, seu Ecclesiasticae personæ pos-
 sessio sit translata Fundamentum, quod pro hac obseruantia adduci potest, illud principaliter est,
 nullitas ipsius alienationis tex. est in l. fin. C. de li-
 tigios. Abb. in c. Ecclesia Sanctæ Mariae, ut lit. pend.
 num. 10. vers. Et duæ sunt pars dicit, quod contractus super re litigiosa ipso iure non tenet, &
 firmam refert esse conclusionem Innoc. idem Abb.
 6 in cap. 2. de alien. iudicij mut. causa fact. Afficit.
 decis. 354. in fin. dicit, quod lite pendente non po-
 test fieri cessio ad effectum, ut judicium transfe-
 ratur in cessionarium, & sic oportet, quod judi-
 cium currat cum cedente, & lententia lata con-
 tra principalem reum potest mandari exequutio-
 ni contra eum, qui rem litigiosam emit. Bart. in
 l. fin. vers. Quaro, dicitur C. de litigios. Parlad. distusæ lib. 2. rerum quotid. cap. fin. quarta pars §. 5. num. 6.
 8 quamvis in clericum, vel Ecclesiasticam perso-
 nam alienatio facta sit, Hier. Cævall. præf. quest.
 corr. contrà communiones tom. 3. q. 820. à num. 28.
 subdens paulo inferius, sive sciverit, sive igno-
 raverit, rem esse litigiosam; sive actio sit in rem,
 sive in personam sive de re ipsa controversia sit, vel
 generalis de omnibus bonis alicuius, quia posse
 res judicata exequi poterit a l'uersus tertium pos-
 sessorem, qui tertius possessor non est citandus, cum
 alienatio nulla sit, sed judicium agitari debet con-
 trà ipsum principalem debitorem, nec si tertius
 possessor se liti offerat, & doceat de iure suo, via
 exequutiva officeretur ordinaria, ne contingit, quo-
 ties tertius se opponit liti, quia illud procedit, quo-
 ties verditio, vel tunculus est validus, secus verò si
 nullus, & causatus post litem motu, hæc Cæ-
 vall.

Non defuerunt DD. tenentes adversus clericum conventum, uti rei litigiosæ possessorem, in quem iudicio pendente translata sit, exequutionem sententia iudicis laici ad Ecclesiasticum spe-
 ciat, quos congerit Anton. de Anato tom. 2.
 variar. resol. 8. 5. num. 60. vers. Quemadmodum uni-
 formiter; verum non est recedendum à decisione
 firmioribus rationibus fundata, & majorum, ac fa-
 niorum Doctorum authoritate comprobata.

Pro hac quidem affirmativa opinione pondero
 10 verbi tex. in l. 2. c. de litigios. ibi, minimè trans-
 ferr. ab eodero a lito liceat, tanquam si nihil fa-

datur,

Etiam sit , līte nihilominus peragenda, ergo nullum iūs erit clērīco acquisitum, & in cap. Ecclesiā San. & Mārie, ut līt. pend. prohibet Pontifex alienationem , nē judicia sint elusoria , ideo contra legi prohibitionem facte nulla est alienatio , & ex consequenti ex ea nullum erit iūs clērīco acquisitum , & rectē exequitio authoritate Judicis laici fieri potest , cum nihil sit , quod ipsum impe diat, ipsumque emptorem non esse audiendum tenuit Joseph Ludovic, decīs. Perus. 26. nū. 9. Hanc eandem affirmativam opinionem tenuit Vt̄sillus ad decīs. Affl. 331. eo fundamento , quod turbat laici jurisdictionem , accipiendo rem litigiosam , ideo coram eo potest conveniri juxta ea , quæ fuerunt adducta per Affl. dec. 24.

Ita quoque judicatum in Regno Siciliæ refert Garſ. Maſtrill. decīs. 79. num. 3. quam opinionem non ſolum a pertiſſimis legum appetit argumentis fundata , ſed æquitatem amplectitur , fraudes, ac judiciorum diſpendia , & dilationes ex ea tolluntur , & per contrariam ſumptibus , & diſpendiis vexati , cūm tandem vīctoria frui ſperant, ſpe omni fruſtrantur ; cūm novo rei litigioso poffeffore ex integro coram alio iudice experiri neceſſe habebunt, ad hæc , & alia prorupit Parla. omnino videndus in d. 5. nū. 9. in fin.

Pro qua facit etiam , quia ſi poſt cæptum ju dicium efficiatur clērīcus , adhuc quoad diſtri ctionem realem erit competens iudex laicus , Io. Andr. communiter receptus in cap. unico n. 19. de oblig. ad ratioin. Alex. in l. nemo poſt nū. 31. verſ. Nisi ipſa obligatione ff. de leg. primo, Ann. conf. 140. in princ. Alphons. Alvarez in ſpec. iur. Pontif. & Cæſar cap. 36. verſ. ubi verò poſt iudicium inchoatum, cuius verba ſunt , ubi verò poſt iudicium inchoatum coram Judice ſaculare officiturn clērīcus , ſunt opiniones diverſe, de quibus per Io. Andr. & DD. in d. cap. unico , communiter tamen in hoc caſu ſequendo opinionem Io. Andr. concludo, quod in civili , criminali nulla debet fieri diſtri ctio per Judicem ſacularem, ut ponere in carcerem , detinere , & ſimilia , nec etiam aliqua exequitio in personam clērīci, nam clērīcatus eximit personam quoad omnem manus iniotionem , & diſtri ctionem , ſed non eximit causam à iurisdictione prævenientis quoad ipſius proceſſum , & instantiam finiendam , & realiter quoad bona exequenda , ſic erit Judex cauſa , noua persona , ut in iſo habeatur in cap. Jane de foro compet. idem tenet Spec. in tit. d. reo, verſ. ſed quid ſi eſt criminalis , & Archid. 11. quæſt. prima cap. 1. ubi ſatis de hac materia , & vide , quod legitur , & notatur in l. hoc accusarc §. 1. ff. de accusat. & per Luc. de Penn. in l. fin. C. de vetera lib. 12. hæc Alvarez, alios cumulat Farinac. conf. 77. num. 9. & communiter hanc conclusionem approbatam refert, & ita censuit S. C. ad relationem M. C.

Pari igitur ratione in cauſa alienationis rei, ſuper qua adeſt controvēſia coram iudice laico, per Judicem laicum tanquam iudicem cauſæ erit terminanda ; & exequenda ; & in Rota Romana ita iudicatum fuit , clērīcum ſuccēſſorem laici ligari instantis iam coram laico iudice inchoata , multa de translatione iudicialis instantis cum defuncto cœpta ad ſuccēſſorem , Anton. de Amat. præcitat. ſol. 86. & quod clērīcus ſuccēſſor coram eodem iudice ſeculari instantiam continuare cogatur, ea ſententia verior , eſt & aequior , Aufter de potest. ſeculari. Eccles. reg. 1. in 6. fallentia, ibique Addit. alios afferit DD. ſequendo hanc opinionem ut

communem fundat. Surdus decīs. 1. 10. defendendo eam à contrarijs , quam veriorem , & ſequendam refert Gavall. in recollect. comm. contra comm. q. 36. Georg. Obrech. de iurisdict. lib. 3. cap. 20. num. 13. his verbis . Quartus eſt : ſi clērīcus hæres laici fit : nam tum auctori in līte coram iudice ſaculare cum defuncto cœpta omnino respondere tenetur . Covarr. præc. quæſt. cap. 8. num. 2. Marant. d. diſtin. 11. n. 79. Ferdin. Valq. de ſuſſeſſ creat. lib. 3. §. 22. limit. 17. nū. 72. Surd. dec. 110. & hanc opinionem in Camera Imperiali approbatam eſte teſtatur Andr. Gay. lib. 1. obſer. 36. nū. 9. idquæ ob ratione ſuper hoc lib. 3. cap. 16. num. 6. cum ſeqq. expreſſam. Et hæc de foro clērīcorum ex priuilegio , alios con gerit Capiblanc. de Barou. pragm. 8. par. 3. nū. 98. Et ita in S. C. decīſum fuit ſub die 26. Januarii 1627. in cauſa lo. Troiani Gattæ cum hæredibus Caroli de Adamo , & denegata remiſſio ad iudicem Ecclesiasticum petita per Ioannem Bernat dum de Adamo Clericum , quia lis erat cum defuncto cœpta in Banca Lombardi , et ſi contrarium rationibus , et authoritatibus defundat Molleſſ. in d. par. 2. de perfonis q. 8.

Nec obſtat quæ pro contraria opinione ſunt adducta : non enim erit ſolum competens iudex laicus virtute cap. conuentus , ſed ex diſpoſitione iuris communis civil. et canon. vt ſupra fundatum fuit , nec dubitari potest , quod ſit agendum revocatoria , nam vera eſt opinio Bart. in d. 1. ob mai ritorum C. ne uxor pro marito, diſtinguens quod aut dolus committitur in fraudem exequitionis (ſcilicet cum iam lis penderet,) et exequitio adverſus eum locum habet , qui dole cœpit poſſide re , eto eo caſu res litigiosi vitio affecta non ſit , aut verò in fraudem creditoris (hoc eſt antequam lis moveretur) et tunc ordinaria via agendum eſt , quam ſequuti fuerunt Paul. Iaf. Hercul. Co varru. quos refert , et ſequitur lo. Parla. in d. §. 1. nū. 14. referens , hanc eſte magis iuri congruam , et ſi orebrior ſit opinio Bart. contrarium tenentis , et ſecundum , hanc iudicavit S. C. teſte Ioann. Vinc. de Ann. ſing. 28.

Et dato ſecundum opinionem Vinc. de Franc. quod cap. conuentus fuit editum ad tollendam diſſicultatem agendi revocatoria in litibus vertentib; in Regis Tribunalib; tenentur clērīci ad illius obſervantiam , cum reſpectat ordinem litis. Et clērīcus circa ordinaria debet obſervare iura iudicij , vt eſt fundatum in cap. 159. nū. 14.

Idem quoque dicendum erit ; et fortius , ſi bona exequita decreto Judicis laici fuerint in clērīci cum alienata ab ipſo reo ſinè authoritate Judicis , ſunt vendenda iuxta tex. in l. prima , & ſecunda C. ſi in cauſa iudic. pign. capt. ſit et l. à Divo Pio §. ſuper rebus ff. de re iudic. pro faciunt dicta , et deciſa per Guid. Pap. dec. 81. et ibi Ranch. addition. in fin. et ita decīſum fuit de anno 1608. per S. C. non obſtante clērīci instantia pro remiſſione ad iudicem Ecclesiasticum in cauſa Pauli Lucia ni cum ſEconomis Capellæ ſancti Antonij in Banca de Mondellis , et denud ad relationem M. C. me referente.

Quomodo ſit procedendum ad executionem reale ſuper bonis , quæ per clērīcum poſſidentur , videndum , eſt apud Bart. in l. reſcripto ſciendum, in fin. ff. de mun. & bon. ponit Addi tionator ad dec. Thesaur. 234. verſ. ſed dubitari po ſt. Gutt. præc. quæſt. lib. 1. quæſt. 4. nū. 3. Gratian. diſcept. forens. cap. 149. num. 48. Cabal. reſol. crimi cap. 9. Jacob. Cancer, vqr. reſolut. cap. 15. de liter. reg qui-

quisit. num. 8. vers. adde, quod in hoc principatu ubi loquitur de observantia in illo principatu.

Quid verò dicendum, si agatur de avocanda pecunia clero in S. C. liberata in concursu creditorum. Distinguendum est, an pecunia exivit omnino libera à manu iudicis laici in posse clericis absque ullo impedimento, et tunc, si deinde oratur aliqua controversia super eadem re, erit aedundus iudex Ecclesiasticus, non autem laicus, qui iam est functus officio suo, ac finitum iudicium cum clero, ad tradita per Carol. de Graff. de effect. cler. effect. 1. num. 179. ac per D. de Franch. in dec. 193. num. 8. et ita procedit decisio Reg. Roviti 44. vbi refert decimum per S. C. clericum conventum in S. C. super quadam domo ei adjudicata per idem S. C. fuisse remissum ad eius iudicem competentem Ecclesiasticum ex eo, quia post adjudicationem remansit ille clericus liber possessor dictae domus, vt ipsem testatur num. 4. Idem decimum in Collaterali Consilio in causa clerici Alexandri Marchesij, et provisum quod restituat, et depositet in banco pecuniam liberatam cum cautione, et cum esset oppositum pro parte cleri, et dictum de nullitate factō deposito, servata forma Regiae Pragmaticæ sub tit. de dilat. Pragm. 4. num. 16. fuerunt reiectæ nullitates, et dictum, non obstat, et depositum pro pœna liberatum Regiae Curiae sub die 6. Octobris 1642. referente Illust. Duce Belvederij.

Dubitavi, si pœna Fisco erat liberanda ea ratione, quia iudex laicus est iudex causæ, non personæ, ex dictis in hac dec. num. 12 pœna autem sequitur personam ratione culpæ, de qua iudex laicus incompetens penitus est, vt notatur in cap. si diligenti, defor. compet. cap. quod clericis, de foro compet. cum concord. et statuta quoad decisionia non ligant clericos, et Ecclesiasticas personas, ex dictis per DD. in cap. Ecclesia Sancta Maria de Confite. et per alios innumeros, quos congerunt Graff. de effect. cleric. effect. 2. per totum, Alder. Mafcard. in tract. cons. concl. ad general. statut. concl. 1. diffusè dilucidant materiam.

Nec contra eos servabitur statutum, seu consuetudo laicorum in decisivis, et quoad decisionem causæ, idem Mafcard. in d. 1. conclus. 22. ampl. nn. 197. afferit DD. testantes de communī opinione.

Ex quibus fuit dubitatum in Sacro Consilio, an in præventione adversus instrumentum per clericum facienda, teneatur præstare cautionem de solvendo debitum, et pœnam servata forma Regiae Pragmaticæ, refert Minad. dec. 4. dicens non fuisse decimum adversus Pragmaticam propter infinitas fraudes, quæ fieri possunt, quam decisionem referunt inclinantes in hanc negativam, Novar. in Pragmat. de prævent. moder. num. 4. Monacus ad dictam decis. Minad. Graff. de effect. 2. q. 73. num. 443.

Sed his non obstantibus, aliter censuit Collate-
giale Consilium juxta lupa relatum decretum, ea fundamento, quia attentis verbis Pragmaticæ, ibi,
e noll' istesso tempo si presenti il deposito della pena,
e nullità, inducitur ordo iudicij, et sollemnitatis
processus, et regula est, quod inspiciuntur iura,
statuta, et consuetudines fori, in quo iudicium
agitatur, Marian. Soc. in d. cap. quod clericis, de for. comp. nn. 4. Dec. in d. cap. Ecclesia Sancta Maria, num. 146. Abb. in cap. 1. num. 3. de confite. vers. & notanter dico, Alderan. Mafcard. in d. 1. conclus. nn. 234. quia huius authoris tractatus
non est copie, verba eiusdem ponam.

Quarto limita conclusiones, quando statutum disponeres circa ordinem iudicij vel preparatoria iudiciorum, non ante quoad decisionem, nam tunc seruari debet tale statutum generaliter loquens quoad processum fiendum in foro seculari, etiam si sit causa Ecclesiastica, & clericorum, prout banc communem regulam dixit Dec. in d. cap. Ecclesia, num. 146. neopè quod ex his, quæ spectant ad litis ordinacionem attenditur statutum, vel consuetudo, ubi causa agitur iudicandi: nam cum iudicium nascatur ubi agitur, legibus, et statutis illius loci subiicieatur, vt notat Cum. conf. 130. P. Laicus col. 2. & Abb. et cæteri Sribentes in d. cap. Ecclesia Bart. in l. 3. §. fin. de testib. & in l. 1. col. 6. mers. sextè quarto, C. de summa Trinit. et tali casu clerici non dicuntur ligari statuto laicorum, sed arcari ad observantiam iudiciorum, quæ su-
bueno permittente iure canonico, ut per regulam, quod actor sequitur forum rei, cap. cum sit gene-
rale, de foro consp. et idem clericus litigans in foro seculari arcatur ex tempore praefixo instantia & statutis laicorum, vt per Abb. in d. cap. Ecclesia, et Butti. in d. c. quod clericis. col. 8. vbi etiam Imol. col. 1. Dec. in d. cap. Ecclesia, nn. 43. et 44. vbi etiam Felin. num 81. vers. tertius casus est, ea ra-
tione, quia lex canonica consensens, quod ibi causa agitur, censetur etiam nolle, qui ligatur secun-
dum modum illius iudicij, ita gloss. in d. c. quod cle-
ricis, de foro compet. et in clemen. 2. in verb. usuris de iudic. et Lap. allegat. 81. incipiente, non maluit,
dixit; quod clericus litigans in iudicis seculari,
arcatur statuto disponente super exhibitione maxi-
dati, et hanc limitationem communem testatur Rochus de Curte in d. trahit de statut. se. 8. q. 1. n. 66. vbi latè, eandem sententiam etiam tenuit Cæ-
phal conf. 654. nn. 32. lib. 5.

Insuper ponit depositum fecit eorum iudice laico ad hoc, vt secundum ordinem iudicij pos-
sit audiiri super allegatis nullitatibus, ex quo de-
posito est præventa causa, & non persona, & ex
forma statuti discussis, & reiectis nullitatibus de-
positum fisco debetur absque alia interlocutoria
faciunt dicta per Marian. Socin. in cap. proposuisti,
num. 54. vers. & averta quia quæ dixi, affert Ro-
ta dec. 410. quæ incipit obligatus est laicus, de qua
meminit de Franch. dec. 656. n. 1.

Facit etiam, quod si clericus vocat laicum in
ius coram iudice laico, si succumbit, condemnatur
in expensis per iudicem laicum, ita tenet Felina.
in cap. at si clerici, col. 6. in fin. & ibi etiam Ioan.
de Imo. de ind. Marant. in spec. & an iudex sic
competens, 8. d. 8. iud. in fin. adde Donatum Anton. de Marinis, doctrina inter primarios Advo-
catos connumerandum in resolut. 54.

Aut res non exigit libera à manu iudicis laici,
sed cum aliquo vinculo, vel impedimento in pos-
se clerici. Et tunc potest conveniri clericus coram
iudice seculari super dicta re, vt est in clericis im-
missio iudicis laici auctoritate in possessione bono-
rum cum clausula salvo iure cuiuslibet, nam pote-
rit deinde alius convenire dictum clericum coram
dicto iudice laico super revocatione dictæ immis-
sionis virtute dictæ clausulae, quæ rem integrum con-
stituit, prout erat ante immisionem, vt latissimè
hanc sententiam defendit Peregr. de fideic. art. 48.
num. 62. Bald. conf. 104. vol. 5. Natta conf. 657. to. 4.
& alij cumulati per Consil. Carleval. de iudic. lib.
1. tit. 1. num. 950. vbi quatuor distinguendo casus,
hanc sustinet, & defendit opinionem.

Idem pari ratione dici potest in pecunia libera-
ta clericis cum cautione, quæ respectu creditorum
dicitur extare, *i. procuratoris, 6. final. ff. de tribus.*
q. quam allegat. Paul. de Castr. cons. 289. vol. 1.
& non dicitur libera, sed serva Vincent. de Franc,
decis. 300. num. 10. decis. 75. num. 9. Rec. de liquid.
instrum. 5. part.

Et ita novissime iunctis aulis in S. C. fuit deci-
sum me interveniente in causa luli de Azzis
cum illis de Cautio die 19. Iulij 1640. Actuario.

28 Et quia quando agitur actione reali per solam
citationem afficitur res vitio litigiosi iuxta traditam
per Covar. cap. 15. præc. quæst. n. num. 6. Affl. in Con-
stit. Eorum fraudibus num. 4. Marant. in specul. ix
4. part. 3. dif. u. num. 5. fuit dubitatum, quid si eodem
die alienationis reperiatur citatus alienans, an
dicatur res affecta vitio litigiosi, & censuit Ma-
gna Curia, non dici rem litigiosam, quia ante
præsumitur alienatio per tex. in l. 2. vbi gl. & DD.
C. po petit. bared. Alciatus præsumpt. 42. Menoch.
lib. 6. præsumpt. 7. num. 9. au cap. conuentus vendi-
cat sibi locum, consuluit de Post. cons. 101. 2.
volum.

29 An quod supra dictum est n. 12. in clericis pro-
moto post item mqtam habeat locum in crimi-
nalibus in clericatu assumpto post delictum com-
missum in fraudem Regiae iurisdictionis, diffusè
habes per Ambr. in tract. de iuris aux. Eccles. cap.
19. per totius, & per Gaball. resol. crim. cap. 208.
qui iuribus, argumentis, & multorum Scriben-
tium authoritatibus fundat, quoad distinctionem
realem non eximi à iurisdictione Iudicis laici, quod
verò ad distinctionem personalem non posse vlo-
pacto corporaliter puniri à Iudice laicari, qui tamen
erit Iudex causæ, & non persona, & propte-
rè posse in bonis, & pecunia solum punire, fuit
originalis doctrina Ioan. Andr. in d. cap. 1. n. 19.
de oblig. ad ratioc. sequuntur alij DD. adducti per
eosdem, & per Farinac. in tit. de inquisit. quæst.
8. n. 107 vers. sub limita. 11. & per Gutierr. præc.
quæst. lib. 1. quæst. 5. num. 3. Foller. in Cons. Ascrip-
tioris de Episc. & clor. n. num. 7. Carleval. in tract. de
judic. q. 8. disp. 11. n. 447. qui reliquos affect, non
nullos alios collegit Mar. Giurb. cons. 15. num. 34.
Nec obstat fraus, quia est à lege permitta, dum
suo iure vtitur, ut fundat Bammaçar. in comment.
se de feud. defundit. contens. &c. in cap. naturales q.
7. n. 75. vers. tertii delinquens effectus clericus.

30 Sed quid si esset causa, & persona præventa, &
causa infirmitatis habilitatus cum cautione de te-
mendo domum loco carceris, qua habilitatione
pendente ordines suscepit, & beneficium obtinuit
ecclesiasticum, cum adhuc carceratus dicitur, tex.
31 cum gloss. in verb. non possint, in l. in eamde-
ff. ex quib. cauf. maior, cum concordantibus, fundat
Anna in cons. 140. n. 11. vers. liceit enim tem-
pore habilitationis, & faciunt dicta per Carav. rit.
166. n. 27. vers. ex quo sequitur, qua habilita-
tione pendente suscepit minores ordines & bene-
ficium Ecclesiasticum obtinuit, præsentavit le co-
ram Iudice laico, coram quo petiit remitti ad Iu-
dicem Ecclesiasticum, adversus quam petitionem
dicebatur, clericatum non prodesse, sed judicem
laicum remanerit competentem, etiam quoad per-
sonam, cum sit præventa non solum causa, sed
etiam persona, & ordo, & beneficij collatio non
invenit hominem illum liberum, & nimium illu-
deretur justitia, & maximus oritur contemptus
justitiæ, ita ex his in hoc casu tenuit lo. Andr. in
d. cap. 1. de obligat. ad ratioc. n. 20. vers. qua di-

*Ea sunt de personali distributione, quem sequuntur
fuerunt Panorm. ibidem num. 5. autē fin. vers. si
quaritur, an mutetur, Zabarell, ibidem col. 4.
vers. septima est opinio Anton. de Butr. n. 12. Bact.
in l. prima num. 3. ff. de pennis, Bal. in l. si quis
decurio num. 3. ibi; nec ad torturam C. ad leg. Corn.
de falsis, Barbosa in l. si quis posteaquam n. 241.
ff. de judic. test. Decian. in tract. crim. lib. 4. cap. 9.
num. 137. Fab. de Ann. cons. 140. n. 8. vers. certians
quod quando talis, qui alios adducit, Cabal. re.
sol. crim. casu 108. num. 10. vers. ne per Decianum
d. cap. 9.*

Reg. Consiliar. Thom. Carleval. in tract. de ju-
dic. disp. iur. lib. 2. et. 1. disp. 11. n. 908. & ita deci-
sum refert Capell. Tholos. interveningibus etudi-
ditissimis viris in decis. 144. Item fuit quæstum,
quam opinionem omnes Legistas tenere affirmat,

22 & hanc fundat Vincent. de Franch. dec. 209. &
ex his censui, cùm esset delegatus, esse proce-
dendum ad vteriora, non obstante petita remissio,
ne in causa Ioannis Baptiste Alappi. Franc. sco
Tartaglia Actuario sub die 8. Junii 1626.

Alii adhuc tenuerunt, esse remittendum ad lui-

23 dicem Ecclesiasticum quoad distinctionem perso-
nalem, quamvis pendente habilitatione ordines
suscepit, ea scilicet ratione, quia cum effectu sunt
collati ordines, ex quibus persona eximitur à po-
testate Iudicis laici, & Iudex persona erit Iudex
Ecclesiasticus, & licet ratione præventionis, et

24 fraudis amittat clericus ordinatus fori privilegiū
non tamen amittit privilegium canon. si quis sua-
dente Diabolo 17. q. 4. cuius virtute Iudex laicus
clericis personam tangere non potest, ut dicit Bar-
bos. in d. l. si quis posteaquam num. 233. ff. de inoff.
testam. et ita decisum per S. C. refert Vnic. de

25 Franch. dec. 384. in fin. et Car. Tap. in Cons. Regis
de personis, de Sacros. Eccl. licet de iure contrarium,
sunt neat, hanc etiam defendit Mar. Giurb. cons.
15. n. num. 34. cuius rei iudicatæ autoritate intro-
ducta causa in S. C. ad relationem ordine Collas

26 Cons. fuit revocatum decretum, et remissus ad
Iudicem Ecclesiasticum quoad distinctionem per-
sonalem, et alias de mense Septembri de
anno 1612, ad relationem M. C. delegatus in cau-
sa Didaci Pisicari de Lytio idem fuit iudicatum

27 Et idem observatum fuit in eo, qui fecit pro-
fessionem post sententiam foriudicationis, cùm
idem operetur professio expressa, vel tacita quoad
collationem ordinum, ex dictis per Vinc. de Fran-
ch. in præalleg. dec. 209. & 384. et per Caball. in
d. casu 108. n. num. 17. et per Bellett. disquis. clar.
pars. prima q. 4. n. num. 12. Imò professus æquipara-

28 tur clericis in sacris constituto, gloss. in verb.
sacri ordinis in c. unico de vot. & vot. redempt. in
6. Ia. de Anan. in cap. 1. n. num. 8. de bis, qui fil. occid.
Guliel. de Bened. in cap. Rainutius 3. par. in
quæst. de homicid. n. num. 15. verum contrarium pos-
set dici ex dispositione Bullæ Xisti V. de qua me-
minit Bellet. inferius n. 14. et si alii conantur
defendere, quod clericatus, seu professio post sen-
tentiam foriudicationis non operetur pro declina-
toria fori, sed quod per Iudicem laicum possit etiam
persona clericis, seu professi puniri, atamen con-
trarium fuit decisum per M. C. et confirmatum
decretem per S. C. iunctis Aul's die 2. Augusti
1627. quo fuit remissus ad Summum Populi. com
Francilicus Antonius Fatius, qui post sententiam
foriudicationis professionem emisit in S. Religio-
ne Hierosolymitana; processus in Banca Cuntij.
yt latius in sequenti facti serie, et subsequen-

Uide de ceto Saor. Consil. narratur.

Illustriſſ. & Reverendiss. Domini.

FFranciscus Antonius de Fatio Neapolitanus fuit per M. C. V. inquisitus; et processatus praetento homicidio in personam Ioannis Baptista Borrelli Neapolitani, et Cæsaris Iannigri, et in contumaciam condemnatus in poenam ultimi supplicij, et foriudicatus.

Sequuta condemnatione, ac foriudicatione supradictus de Fatio suscepit habitum Religionis Melitensem in qua expleto anno novitiatus solem nem emisit professionem iuxta ceremonias, et solemnitatis eiusdem Religionis, ut ex Bulla professionis in processu patet.

Neapolim reversus de anno 1621. fuit à d'Eta M. C. carceratus, et opposita per ejus procuratorem incompetencia fori, fuit remissus articulus validitatis professionis ad Summum Pontificem, et transmissa copia processus vna cum Bulla prædicta ad Auditorem Cameralem tunc Illustrissimum Cardinalem Spinulam, qui viso processu, ~~fa-~~ Eto verbo cum Sanctissimo D. N. rescriptit ~~ad~~ ordine Sanctitatis sua eidem M. C. vt Oratorem ad Judices Ecclesiasticos remitteret, et dum emanata erat profectio, persona ab Ecclesiastico iudice cognosci debebat, et alia vt in litera in processu.

Sed nulla habita ratione de huiusmodi rescripto, quia pars adversa vti Notarius, et Officialis Consilij Neapolitani multum prævalet, opposuit A. C. non esse iudicem competentem pro declaratione validitatis professionis, et super hoc per sex annos integros fuit disputatum Oratore in carceribus poenè macerato, et expensarum mole consumpto, fuit decretum, expectantem esse decretum decisum ab Urbe super validitate dictæ professionis, et authenticum.

Demum Orator recurrit post sex annos ad hanc Sacr. Congregationem, porrexitque memoriale, in quo præsupposita inquisitione praetensi homicidij, condemnatione, et foriudicatione quæsita fuit, an professio emanata post dictas sententias, et condemnationes esset valida, vel invalida, et Sacra Congregatio respondit secundum ea, quæ proponuntur, professionem ab Oratore emissam non fuisse invalidam.

39. Quando vero Orator sperabat remitti vigore supradicti decreti ad iudicem competentem, oppositum fuit non deberi attendi declarationem Sacrae Congregationis, cum emanaverit non viso processu nec auditis Partibus, et Fisco, et alia quamplurima ad dilatandum judicium, Consilium Regium decrevit, quod hæc Sacra Congregatio Consilij Tridentini denuo auditis Partibus, et viso processu declaret de validitate, vel invaliditate prædictæ professionis.

Tandem Orator citari fecit partes omnes ex adverso principales personaliter ad comparen, etc allegan. &c. et præcisè ad constituendum procuratorem reperibilem, et acceptantem in Urbe suplicat proinde, decretum expediri cum dilucidatione, & efficaciori declaratione, nè illud in S.C. ali quam posit ex eo deducere cavillationem, cum reverentia.

Die quinta Februarij 1628. proposito iterum supradicto dubio citatis procuratore Fiscalis M. C. Vicaria, necnon Iosepho Borrello, & Marzia Buzzone Sacr. Congregatio Cardinal. Concil. Tridentini Interpretum censuit standum esse in alias de-

cretis sub die 8. Maij 1627. nempè professionem ab Oratore emissam non fuisse invalidam.

Il Card. Vbaldino Locus sigilli.

Franciscus Paulutius S.C. Secretarius.

Quid verò dicendum de initiatu prima tonsura, in quo nullus imprimatur character, vide Covarr. præq. cap. 32. num. 1. vers. sed si clericus sit tandem prima conjura, Foller. in Confessio: A/criptitio: num. 7. vers. si tandem clericus sit de prima tonsura, & Conf. Carleval. non minus Theologia quam iuriis prudentiae disciplina eruditus ex Theologorum authoritate id fundat. in d. disp. 12. q. 8. x. 1087. & 1088. si verò cum falsis dimissoriis prima tonsura sit ordinatus; tanquam purus laicus nullo gaudet fori privilegio, ut resolutum fuit per Sacram Congregationem Card. Episcoporum, regularium que negotiis præpositam sub die primo Iulii 1622. Qui autem cum falsis dimissoriis prima tonsura initiatu fuerit clericali privilegio nullatenus gaudet, sed proinde, ac si clericatu insignitus non es. sed & tanquam purus, & merus laicus habeatur, cognitio ad Ordinarium originis, &c. ad ordinem conferentem, aut ad alios Ecclesiasticos Judices, ad quos de iure cumulativè spectet, & pertineat, in omnibus autem clericis, tam adultis quam non adultis decretum Sac. Conc. Trid. super eorum alicuius Ecclesiæ servitio adscriptione omnino servetur. Romæ 1. Julij 1628.

Itemque si suisset Bigamus per text. in cap. Altercationibus de Bigamis in 6. cum concord. ad ductis per Carol. de Graff. de effec. cleric. effect. 1. x. 991. vers. limitatur 44. cum seq. & ita decitum fuit per Curiam Archiep. Neap. nempè D. Michelem Sanfelicium tanquam bigamum non debere gaudere privilegio fori Ecclesiastici 21. Septembris 1626. Barresio actuario Fundat optimis mediis, & authoritatibus Augustin. Barbosa in tract. iur. Ecclesiast. univers. lib. 1. de privileg. cleric. cap. 39. §. 2. x 69.

Item clericus recusans iudicem laicum coram iudice laico tenetur facere depositum pro poena, Larat. cons. 96. fundat, & decisum refert.

30. Et quid si lunt nulliter ad ordines minores promoti, vt quia illegitimi, vel irregulares, an forum declinare possint, quia articulus iuris ab Ecclesiastico iudice decidendus erit, iuxta ea, quæ ponuntur infra dec. 7. num. 19. & dec. 15. num. 118. observatum fuit remittere articulum validitatis, vel invaliditatis ad iudicem Ecclesiasticum, retenta persona, donec fuerit decitus articulus, de qua præxi testatur Vinc. de Franch. d. dec. 189. in fix. & ita observatum in causa Francisci de Fatio, verum per Sacram Congregationem Cardinalium Concil. Tridentini interpretum gauderi fori privilegio, & ad iudicem Ecclesiasticum esse remittendum resolutum fuit, quando character est impressus per ordines minores, vel professionem; prout ex declaratione sequenti in causa Francisci Antonij Seatolæ remisi à M. C. ad Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam die 17. Septembris 1611. in Banca de Cuntio; sequitur decretum S. Cong.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum re iterum examinata, ac processu huius causæ, qui obligatus ad eam perlatus est, diligenter perpenso censuit quemadmodum ante decreverat, hunc clericum antè transgressum exilijs promoto ad ordines ob irregularitatem, quæ irretitus dignoscitur, esse quidem suspensum

sed tamen quia illi implexus est character, & beneficium Ecclesiasticum ob dictam transgressionem pro modo delicti severè puniendum.

P. Cardinalis Arig. locus sigilli.

Die 17. Septembbris 1611. facto verbo fuit provi-
sum quod causa remittatur ad Curiam Archiepi-
scopalem huius fidelissimæ Civitatis.

ARGUMENTUM.

Clericus inquisitus producens Bullas ordinis minorum, & institutionis juris patronatus factæ ab Episcopi Vicario an sit remittendus ad Judicem Ecclesiasticum. Vicarius generalis Episcopi an possit instruere presentatum, & an etiam beneficia conferre.

S U M M A R I U M.

- 1. Bullæ institutionis iuris patronatus à Vicario Episcopi factæ an satis sint, ad hoc ut clerici inquisiti in minoribus ordinibus constituti eas producentis, remissio ad Ecclesiasticum Iudicem fiat, dubitatur cum nn. seqq. & affirmativè decisum fertur, num. 6.
- 2. Vicarium generalem Episcopi beneficia conferri nō posse, nisi beneficiorum collatio ipsi specialiter commissa sit, demonstratur, presentatus tandem instituere posse affirmatur, & n. 3.
- 3. Differentia ratio adducitur.
- 4. Articulus iuris spiritualis per Iudicem Ecclesiasticum decidens est.

rum, Add. ad dictum singulare alios adducit Boer, decis. 40. quæritur, an Vicarius num. 4. vers. Quamvis Vicarius generalis, allegat alios pro hac opinione, cæteros adducit Gatl. in tract. de beneficiis in 5. part. cap. 8. num. 84. vers. Cum autem dictum est, ubi latè fundat hanc opinionem, respondendo contrariis, & decreto Concilii, assert rationem, quia ideo beneficia Vicarius conferre non potest, quia collatio beneficiorum est quedam donatio, quæ potestas donandi non venit in generali mandato, ac confirmare electos, & instituere praesentatos sunt necessitatis; & justitiae, d. cap. eoo frequentibus, & testatur, ita tuile dictum per Sacram Congregationem Concilii.

Vnde Vicarius relatus sine potestate conferendi beneficia, tamen potest consentire permutationibus virtute juris patronatus, Camerar, in cap. Imperiale lit. A fol. 79.

Insuper articulus iste est articulus juris, qui erit decidendus per Iudicem Ecclesiasticum, Bart. in l. omni invocatione C. de Sacros Ecol. D.D. in l. Tiz. taff. solut. matrim. & inferius in decis. 7. num. 19, & in decis. 15. num. 18.

6. Sub die 21. Octobris 1623. intervenientibus ex delegatione Regiis Consiliariis Iacobo de Francis Matthæo Patigno, Ferdinando Brancia, Aloysio Nicuela, & pro Fisci patrone Scipione Rovito, duo ex iis, esse procedendum coram delegatis, non obstante petita remissione censuerunt, alii duo remittendum esse ad Iudicem Ecclesiasticum, fuerunt dati Adjuncti ad dictimandam parietem, quorum unus fui ego, Consiliarius D. Gregorius Angulus, & Auditor exercitus, qui sequuti fuiimus tentiam illorum, qui ad Curiam Ecclesiasticam remittendum censuerunt, & ita decretum interpositum fuit. Actuatio Gueraiso assumpto in causa.

D E C I S I O III.

- 1. **D**on Federicus Carafa cum esset inquisitus coram delegatis petit se remitti ad Curiam Ecclesiasticam; vt clericus produxit Bullas ordinum minorum, & institutionis iuris patronatus à Vicario Civitatis Nuceræ: Fiscus opposuit, Bullam institutionis non sufficere, quia Vicarius non potest instituere presentatum, pro quo afferebat text. in cap. final. de offic. Vicar. in 8. vbi Vicarius generalis Episcopi beneficia conferre non potest, nisi beneficiorum collatio ab Episcopo ei specialiter sit commissa, & hanc opinionem tenuit Dyn. regul. 1. vers. verbi gratia quando institutio sit per Vicarium, hanc eandem defendit Rebuss. in forma Vicariatus num. 126,

Afferebat quoque decretum Conc. Trid. sess. 14, cap. 12. ubi institutio juris patronatus Episcopo, & non alteri inferiori reservatur, & in cap. sequente, ad Episcopum loci ordinarium pertinere institutionem decernit.

- 2. Pro inquisito afferebatur text. in cap. ex frequentibus, de institut. ubi institutio beneficiorum spectat ad Episcopos, vel eorum Officiales, per quem text. Vicarium posse presentatum instituerse tenuerunt glo. in d. cap. fin. in verbo non possunt, Abbas Sicut. in d. cap. ex frequentibus; Abb. in cap. cùm olim de maioris. & obedient. Rocc. de Curt. de iure patron. in verb. competens alibi quasi. 3. qui testatur, opinionem esse communem, Rognan. fugit. 607. in scis, quod fundatores Ecclesia-

ARGUMENTUM.

Sententia remissionis clericis an sufficient, dum iterum inquisitus de alio delicto petit remitti. A decreto remissionis ad Judicem Ecclesiasticum lato in Collaterali Consilio per M.C. uti delegatam an ad instantiam querelantis admittatur reclamatio. Causa reclamationis an sit committenda alteri Judici. Terminus an sit dandus in causa reclamationis à decreto remissionis lato in Collaterali Consilio per M. C. delegatam.

S U M M A R I U M.

- 1. Ador quando sententia originalis scripturas habere.
- 2. Pro sententia presumitur in his, qua pertinent ad iustitiam causa.
- 3. Per processum ad ulteriora, & exequitionem sententie, nullatenus opponitur censetur reiecta.
- 4. A sententia definitiva lata in Collaterali Consilio, sed per delegatum procedentem nomine Regio in causa criminali non datur reclamatio, secus ab interloquitoria, & num. 6.
- 5. Si agnitos prohibens appellari à sententia Poco-
batis

- Etatis, intelligitur à definitiva, non ab interloquitoria.*
- 7 Articulus incompetenter Judicis quoniam incident in causa criminali dicitur articulus civilis. Et Fisco competit appellatio, quoniam per rem probatur appellare, num. 8.
- 9 Si est prohibita appellatio à sententia lata per Delegatos non est prohibitus recursus ad Principem, qui ex gratia, & benignitate potest concedere, & ita decisum.
- 10 Reclamatio dependens ex gratia, & ex benignitate Principis per Dominum Prorogenem cuius votu Collateralis Consilium conceditur.
- 11 Reclamatio de iustitia concedetur etiam delegata causa, appellacione remota, à decreto denegata remissionis per Episcopum posita.
- 12 A sententia lata per Sacrum Consilium an ex gratia, vel de iure admittatur reclamatio.
- 13 Reclamatio denegatur in articulo remissionis incidente in causa criminali à decreto S. C. confirmante decretum Magna Cur.
- 14 Reclamatio an competat à decreto per M.C. latu, quod remittatur ad Judicem Ecclesiasticum per S.C. revocato, deinde à S.C. in causa reclamationis confirmato.
- 15 Reclamatio denegatur in omnibus causibus, in quibus ex dispositione iuris est prohibita appellatio.
- 16 Observantia Sacri Consilii in causa reclamacionis.
- 17 Observatio Collateralis Consilii in causa reclamationis.
- 18 Sententia interloquitoria est insufficenda ex causa adiutoria in causa appellacionis.
- 19 Sententia super competencia Judicis, quando dicatur interloquitoria, & quando definitiva, &c. num. 21.
- 20 Praxis, quando ad instantiam Fisci proceditur in causa appellacionis à decreto incompetenter Judicis.
- 22 In appellacione ac interloquitoria habentes vias definitivas servantur omnes solemnitates, quae serpari debent in appellacione à definitivo.
- 23 Et potest ex novis actis iustificari. Et decisio num. 28.
- 24 Reclamatio est remedium extraordinarium, & conceditur ex vera benignitate, & gratia Principis. & in causibus, in quibus appellatio non est admittenda.
- 25 Appellatio ab interloquitoria in S. C. revideatur ex eisdem actis ad relationem, & ea est proprietas, qua fieri solet per Delegatum Principis.
- 26 Nisi versetur in causa appellacionis à sententia etiam merè interloquitoria inter Parses, quo eventu si terminus petatur, non ad finem devolvendi negotium ob gravamen ad Judicem, ad quem, sed ad prohandum incumbet pro refectione exceptionis clericatus allegati in prima instantia, & non bene probati, non erit denegandus.
- 27 Et observantia S.C. circa hoc traditur.
- 29 Praxis vocandi reum post latam, & exequuntam sententiam latam nomine Regia, concessa reclamacione, subjicitur.

DECISIO IV.

Fuit per Collaterale Consilium accedente M. C. uti delegata remissus ad Summum Pontificem, cui clericus beneficiatus Iosephus Antonius Tag

- ballus, qui & si clericatus Bullas non exhibuerit, produxit tamen sententias de anno 1604. & de an. 1608. R. Aud. Hydrun. per quas apparebat bis remissus uti clericus beneficiatus ad ludicem Ecclesiasticum, & acta, in quibus Bullæ erant productæ, deperdita allegabat, & perquisita non fuerunt reperta penes Actuarios, quorum erat custodire non enim erat in ejus facultate acta prædicta cxi, bere, ad dicta per Præsidem de Franch. decis. 194. 2 Et ideo sat fuit produxisse sententias prædictas presumatur ipsis in his, quæ pertinent ad iustitiam causæ, puta circa testes, instrumenta, & alias probationes, sive referat ipsa acta in specie, sine non, secundum Bald. in cap. in præsentia coll. de renunciat. Alex. cons. 105. in princ. lib. 5. Grat. in tract. de antiquis tempor. 2. præsumpt. 98. n. 11. & sic tunc F. scus nullas prædictas sententias allegasset, Attamen non obtinuit, & sententiae exequutioni demandatae fuerunt, & sic tacite censetur rejecta exceptio nullitatis, Grat. cons. 27 vol. 1. Anton. Gabriel. in recollect. commun. opin. in tit. de except. in prima concl. num. 24. quarum sententiæ vigore fuit consignatus iudici Ecclesiastico.
- Et cum à decreto prædicto consignationis esset per querelantem reclamatum, tria fuerunt per Collaterale Consilium, & M. C. discussa Primo an sit concedenda reclamatio à decreto, quod remittatur. Secundo, concessa reclamatione, an sa debit committi uni ex aliis Judicibus M.C. vel per eundem Commissarium tractanda sit. Tertio, an dandus sit terminus, vel ex eisdem actis rivendenda.
- Quoad primum fuit per Collaterale Consilium de mense Decembris anni 1611. admissa reclamatio, & si in causis criminalibus ex antiqua observantia à sententia in Collaterali Consilio prolata non detur reclamatio, ex dictis per Vinc. de Franch. decis. 637. Secus in causis civilibus, in quibus fatalis currunt; idem Præf. de Franch. dec. 146. à num. 5.
- o Adde adducta per Reg. Rovit. in Pragm. 53. de offic. Sac. Cons. in fin. Item si sententia fuerit prolatæ per delegatum nomine Regio, non datur reclamatio Capyc dec. 111. cum reliquis per Add. adductis, Menoch. de arb. lib. 1. casu 70. num. 44. vers. declaratur quidem Rovit. ad prag. 5. de off. S.C. num. 17. in fin. in nouiss. edit. limitat, si sententia esset manifeste iniqua auctoritate Portii Imolensis 209. num. 14. Rebuff. tenet in sententia de criminis lata non admitti supplicationem ad demonstrandum errorem, sed lolum ad gratiam, & personæ remissionem interpretandam à Principe ipso, attamen ab incidentibus decisum fuit; esse admittendam reclamationem, quando gravamen non possit reparari in sententia, ut testatur idem Præf. de Franch. in eadem dec. 637. & tenet Reg. Tapia ad Pragm. 22. de offic. proc. Cas. num. 9. & statutum prohibens appellari à sententia Potestatis, intelligitur à definitiva, non ab interloquitoria, Capyc. dec. 144. num. 3. vers. item constat, & si ex dictis per Peregr. in tract. defini. deicomp. art. 46. num. 50. reddatur dubia decisio. Et quid si fuerit concessa reclamatio post sententiam liberationis in forma quomodo observatum fuit, infra num. 29.
- 7 Quod maxime in articulo; de quo agitur observandum erit, cum sit articulus merè civilis, in tantum quod Fisco conceditur appellatio; licet alius à decessis liberationis ei debeat agi, ut in rē

22 D. REG. JOAN. FRANCISCI SANFELICII

xii 158. qui est in viridi observantia , Vinc. de Franch. *decis.* 148. & 467. **xiii.** 6. & 470. **xiv.** 10.

*latr. num. 14. ist. f. n. & Vinc. de Franch. *decis.* 148
xv. 8.*

9 Et quamvis appellatio sit prohibita à decretis satis per delegatum , non tamen est prohibitus recursus ad Superiorē pér viam supplicationis , Gramm. *decis.* 35. Capyc. d. *decis.* 144. **xviii.** 3. & hoc , quando appellatione remota , ut distinguit Praef. de Franch. d. *decis.* 148. **xviii.** 3. & clariss Ror. *in rit. offic. procur. Caesar. prag.* 38. **xix.** 13. prout in casu , quando sententia est lata per Delegatos nomine Regio , Marant. *par.* 6. 2. *adu princ.* *de appell.* **xix.** 12. De delegatione cum clausula , *appellatione remota . vel aequipollenti , docte , & copiose Scac.* *in tract. de appellat. quaest.* 16. *limit.* 7. & quid operetur , & an collat remedium , & effectum devolvendi negotium ad Superiorum , *ibid. num.* 98. & dicam infra dec. 321.

Quia reclamatio dependens ex gratia , & benevolio dignitate Principis per Dominum Proregem cum voto Collateralis Consilii conceditur , & fuit tempus observatum in Collaterali Consilio porrectis precibus , & audita relatione M.C. concedi reclamacionem.

10 Verumquamvis sit delegata causa appellatione remota , de iustitia est concedenda reclamatio à decreto denegata remissionis per Episcopum petitorum , text. est *in cap. super eo , de offic. Judicis delegat.* & passim observatum.

Sed quid quando propter excellentiam Iudicium est prohibita appellatio , ut in sententia S. C. aut ex gratia , vel de iure admittatur reclamatio , & similiter ex gratia , Afflīct. *decis.* 341. **xviii.** 3. *vers. non obstat tenet ex gratia , & benignitate* Principis concedi reclamacionem à sententia Praefecti Prætorio , Carav. sequitur *in rit.* 252. **xix.** 12. *vers. quinto quarto , at Rovit. de offic. procur. Caesar. prag.* 38. **xix.** 13. contrarium sustinuit , quod nullo modo in hoc casu possit dici gratia , sed merum ius commune , quod nulli denegari potest , iuxta L.unicam C. de sent. Praefect. prætorio , & maxime in Regn. per pragmatica g. de off. S. C.

11 Verum denegatur in articulo remissionis incidente in causa criminali à decreto S. C. confirmante decretum M. C. ut testatur Dominus de Franch. *decis.* 710. *in fin. vers. similiter advertendum , & si in alia decis.* 470. aliud videatur decidsum.

12 Sed quid si latum decretum per M.C. quod remittatur ad Judicem Ecclesiasticum fuerit per S. C. revocatum , deinde in causa reclamacionis per idem S. C. confirmatum decretum M. C. an competit reclamatio , & si per Dominum Praesidem fuerit admissa , discusso articulo in S. C. fuit Dominis de Consilio visum , esse denegandam reclamacionem ex dictis per Rovit. *in prag.* 5. **xix.** 11. *vers. amplia tamquam , in ultima impressione de off. S. C.* In causa Francisci de Fatio *de mense Januarij 1626. non enim potest dubitari , duas esse sententias conformes , attento praesenti statu , & hoc sufficit ad denegandam reclamacionem , ex dictis supra , & idem videtur lentire D. de Franch. *decis.* 139. *in fin.* illud enim decretum difforme in medio revocatum in causa nihil operatur.

13 Denegatur quoque reclamatio in omnibus causibus , in quibus ex dispositione ipsius est prohibita appellatio , ex dictis per las. *in auth. qua suplicatio* **xvi.** 6. *vers. 5. not. de proc. lauper. offer. Marant.* *in suo specul. par.* 6. *verb. & quandoque appellat.*

16 Quoad secundum eodem die ibidem fuit dictum , esse causam revidendam ad relationem eiusdem Iudicis , nam & si in S.C. observetur , quod alteri causa reclamationis remittatur , de qua observantia testantur ultra decis. D. de Franch. *decis.* 470. Afflīct. *decis.* 231. Marant. *in tit.* & quandoque app. **xviii.** 7. Muscatelli. *de appellat. pars.* prima , glos. *prima num.* 116. *vers. sed cum dimicari , & glos. tenerur num.* 26. *vers. expeditis , & part. 3. glos. appellari num.* 14. & ibi de ratione , quare non mutetur idem Tribunal , prout in appellatione **xviii.** 16. & seq. attamen predicta observantia non viget in Collaterali Consilio , nec fundatur de iure , idè attendenda est observantia Collateralis Consilii , de qua testatus fuit Illustris Marchio Corleti , quod idem Iudex , qui fuit Commissarius in prima instantia , fit etiam in causa reclamationis.

Quoad tertium diversimodè censuerunt Judicantes , nam aliqui non esse dandum terminum dicebant , eo fundamento , quia sententia est mercenaria interloquitoria respectu inquisitori , & querelantis , quæ est iustificanda ex eisdem actis antiquis , & nihil de novo produci potest , text. *in item. appellanti de appell. recipiez. & not. Bar.* *in le. ejus , qui col. 2. in fin. ff. de appell.* cum concord. ad dictis per Affl. *dec.* 79. **xviii.** 3. Marant. *in specul. par.* 6. *de appell.* **xviii.** 159. tunc dicitur in causis remissionum sententiam habere vim diffinitivæ iuxta stylum M.C. & S.C. cum remissio fuerit petita à Barone , seu ab Episcopo , Carav. *rit.* 259. *in fin. ne , vel à Fisco ; ratio , quia finitur iudicium , & non est proferenda alia sententia , nec remanet aliquid agendum , unde inolevit stylus in S. C.* quod ad instantiam inquisitorum , & querelantium non committitur causa ; sed ad relationem iudicatur , ad instantiam vero Fisci liget respectu sui habeat vim diffinitivæ , nihilominus , ut celestius causa expediatur , solet revideri ex eisdem actis ad relationem Commissarii in S. C. Fisci patrone non reluctant , verum ipso instantie committitur causa in S. C. cum ei competat appellatio , ut supra fundatum fuit , & commissa causa datur terminus ad non posita ponendum , prout in iudicio appellationis practicari solet.

Maior vero pars in eam sententiam , quod detinatur terminus , descendit ; & fundamenta fuerunt.

17 Primo , quia decretum hoc , per quod declaratur Iudex laicus incompetens , habet vim diffinitivæ , ita Franch. *in cap. cum cessante col.* 4. Ant. de Butt. Imol. & Abb. *de appell.* Bart. *in l. quod insuffit* **xviii.** 9. *vers. quadam est interloquitoria , de re iudic.* Marant. *in specul. par.* 5. *in tit. de sententia* **xviii.** 43. Capyc. *decis.* 144. Guid. Pap. sing. 948. Pollidor. Kipa *observ.* 16. finitur officium iudicis , & nihil remanet agendum coram Judice laico , & in appellatione ab interloquitoria habente vim diffinitivæ servantur omnes solemnitates , quæ servarsi debent in appellatione à diffinitiva , Philipp. Franc. *in cap. ut debitus* col. 8. & 10. *vers. septimo quarto de appell.* Bal. *in l. maiorib. C. de bis , quibus* **xviii.** 23. *indig. Rom. cons.* 41. Et quod possit ex novis actis justificari , tenuis Marant. *de ordin. in tit. de appell.* **xviii.** 170. *vers. septimo limita , refert , & sequitur Muscatelli. pars. 3. de appell.* *in glos. partis* **xviii.** 62. *vers. 7. & ultim.*

Secundo , afferebatur pro opinione , reclamacionem

tionem esse remedium extraordinarium, & con-
cedi ex mera benignitate, & gratia Principis in
casu, in quo appellatio non est admittenda, Abb.
in cap. ex literis ult. col. de in integr. restit. & cum
omnibus prærogativis, & qualitatibus, ac si ap-
pellatio a diffinitiva concederetur, & sic non po-
test regulari ad instar appellationis ab interloquu-
toria, quæ revideatur ex eisdem actis ad relatio-
nem, & diceretur relatio, & effet propria, quæ
solet per Delegatum fieri Principi ex eisdem actis,
text. est in l. 1. in fin. ubi DD.C. de relationib. c. inti-
mafi, & ibi Canonist. de appell. c. constituta eod.
tit. unde admisla reclamatio in casu, de quo agi-
tur, intelligitur cum omnibus suis prærogativis,
& præminentius, sicut in appellatione.

26 Dicebatur tertio, quod adhuc si effet mera in-
terloquutoria, non effet denegandus terminus,
cum non petatur ad finem devolvendi negotium
ob gravamen ad Iudicem, ad quem, sed ad pro-
bandum incumbentia pro reiectione exceptionis
clericatus allegati in prima instantia, & non bene
probati quo casu datur terminus iuxta distin-
ctionem traditam per Muscatell. in dict. glos. partis
num. 81.

27 Et idem quamvis regulariter in S. C. non solet
committi causa, dum per querelantem, & reum
appellatur, attamen aliquando solet committi,
& dari terminus ad non posita ponendum; &
multoties remissa causa eidem M. C. quæ provi-
deat, quod detur de novo terminus, prout con-
stitut ex recognitione aliorum processuum, &
hoc quando ad fundandam, vel excludendam
exceptionem clericatus pro veritate indaganda
expedire vatum est.

28 Et ex his in eadem causa fuit datus terminus
de mense Ianuarii 1612.

Compilato postmodum processu in causa re-
clamationis fuit confirmatum decretum remissio-
nis sub die 22. Martii eiusdem anni, & transmis-
sus reus ad aliam Urbem.

29 Supra num. 4. fuit dictum, à sententia lata no-
mine Regio per Delegatum regulariter non dari
reclamationem; attamen ex gratia principis con-
cedi, ut per Gramat. decis. 35. quid si exequuta
sententia liberationis in forma sit concessa recla-
matio, quæ sit praxis vocandi reum, cum eve-
nisset, ut quidam carceratus deinde excarceratus
fuerit stante decreto liberationis in forma;
à quo decreto cum fuisset per querelantem recla-
matum, ac concessa reclamatio, quia causa recla-
mationis ad actus iuridices, idem fuit pro vilium,
quod vocetur inquisitus ad prosequendam causam
reclamationis sub pena ducatorum mille cum se-
curitate, prævia licentia Excellentissimi Domini, à
quo obtento rescripto pro assecutione fuit ex-
pedita citatio adversus inquisitum cum assecu-
tione trium mensium, quia erat absens, ut in di-
cto termino possit expedire causam reclamationis
quo termino elapsa, & dicta causa expedita vale-
set se in tuto ponere, remanentibus ceteris deli-
licitis, de quibus reperiabatur inquisitus, in eo
statu, ut ea tempore reperiebantur.



ARGUMENTUM.

Appellatio ab interloquutoria competentia,
vel incompetencia Judicis an, & quando
permittatur. Audientia testium extra Re-
gnum ad hoc ut concedatur, quæ requiran-
tur.

SUMMARIUM.

- 1 Ab interloquutoria competencia vel incompetencia Judicis de iure civili appellatio permittitur.
- 2 Et qua ratione dilucidatur.
- 3 Exequatio pronuntiationis competencia Judicis personam coercendo fieri dicuntur.
- 4 Illamque exequitionem secum trahere, eiusque
gravamen in diffinitiva reparari non posse, asser-
tur.
- 5 Quapropter appellatione pendente ad alteriora
procedi nequit.
- 6 Ea vero denegatur, cum inter duos Iudices est de
in iurisdictione contentio, & ad alterum pertinere
superior pronunciat, & quare.
- 7 Sic quoque appellationem à tali interloquutoria
non competere, quando decretum super compe-
tentia propter Judicis excellentiam exequitionem
habet, adversus quod reclamatio tantum
competit, eaque pendente processus ad alterio-
ra non impediri, decisum fertur.
- 8 Nominatio testium extra Regnum per nominina,
& cognomina infra terminum quinque die-
rum in Regia Pragmatica statutum, & infra
sundem terminum pana depositum fieri dicitur,
ad hoc ut audientia eorundem testium extra Re-
gnum concedatur, quam denegatum fuisse,
etiam infra dictum terminum facta dicta no-
minatione, visto deposito facto pro pana elapsis
quinque diebus, & ita decisum recensetur.

DECISO V.

- 1 **A**B interloquutoria, in qua Iudex competens,
vel incompetens pronunciatur, de iure ci-
vili potest appellari, notat glos. in auth. habita C.
ne filius pro patre, sequitur eam Bart. in l. 2. num.
13. vers. nam pronunciat ff. de appellat, recip. nam
aut pronunciat, se non esse Iudicem, post inter-
loquitoriam istam non speratur alia. Ergo potest
appellari; aut pronunciat se Iudicem, cum non
sit, tunc tale gravamen non reparatur per appelle-
tionem à diffinitiva: nam ista vexatio, quod
cogatur coram non suo Iudice litigare, non po-
test tolli, sicut nec tortura, nam exequutio talis
pronuntiationis fit coercendo personam, Alber.
in l. 2. ff. si quis in ius vocat, non jerit num. 8. vers.
dico, quod potest appellari idem tenet, nam quan-
tum sit interloquutoria, est talis, quod trahit se-
cum exequitionem, & eius gravamen non potest
reparari in diffinitiva, Rebuff. in Conf. Gallicas
in tract. de sententia exequitione art. 10. glos. prima
num. 2. vers. secundum quod illud factum.
- 2 Unde pendente appellatione non poterit ad ul-
teriora procedi, Rebuff. in dicto tract. de sententia
executione glos. 2. art. 3. num. 1. & art. 9. glos. 6. in
fin. vers. fallit ramen.
- 3 Singularem fallentiam dat Angel. in d. l. 2. ff. si
quis

quis in ius vocat, non terit an. 8. *vers. tu da unam fallentiam singularēm, cūm inter duos iudices est de iurisdictione contentio, & superior pronunciat, ad alterum pertinere, quia ab illa non appellatur, cum non inter sit partibus, eo quod verisimile est, quod ita iudicabit unus & que, sicut & alter.*

9. *Limitatur quoque, quando decretum super competentia habet executionem propter iudicis excellentiam, adversus quod competit solum reclamatio, hoc enim casu poterit iudex ad ultiora procedere pendente reclamatione, ita concludit examinato articulo Carolus Tapia in pragmat. 37. Ferdinandus Dei gratia Rex de offic. procur. Casar. & decisionem S.C. affert, in fine vers. post hac autem scripta. Idem est in sententia excommunicationis, seu interdicti: quia trahit secum exequitionem, ideoque per appellationem non suspenditur. c. pastoralis, §. uersus quia de appell. Scaccia in eod. strct. quas. 17. lim. 22. cum declarationibus per totum c.d. lim. 22. Tho. Zerol. in praxi Archiep. in verb. appellatione. num. 14. vers. ad 14. ubi assignat rationem.*

Et attentis predictis, cum in collateralni Consilio Marchio Larenii in causa vertente in S.C. cum Joanne Vincentio Brancia petierit una cum Fisco, eam remitti ad Regiam Cameram, fuit denegata remissio, & decisum, quod S.C. procedat, & pendente reclamatione à decreto predicto acta pendente dicta reclamatione in S.C. fuerint approbata de mense Maii 1621.

8. In eadem causa fuit decisum, nominationem factam extra Regnum absque deposito infra tempus quinque dictum statutum à Regia pragmatica ad faciendam nominationem cum nomine, & cognomine (licet elapsis dictis diebus depositum fecerit) non esse admittendam, & terminum currisse, ex dictis per Rovitum in pragmat. 3. de dilata. num. 5. Et alias fuit decisum sub die 10. Novembris 1618. in causa inter Philippum Spinulam, & Ioannem Baptisnam Gataneum.

ARGUMENTVM.

Reclamatio inducitur per replicationem aduersus sententiam penes acta absque alia supplicatione Fatalia non currunt in damnum reclamantis, si per adversarium sit impedita exequitio sententiae.

S U M M A R I U M.

1. Reclamatio à sententia S.C. offerri debet infra biennium, & post lapsum biennii transit in rem iudicata, num. 5.
2. In S.C. currunt fatalia in causa reclamationis.
3. Deciso S.C. quod obstat lapsus fatalium, si per annum unum tantum deficiat monito ad dicendum, quamvis in sequentibus fuissent continuatae citationes ad dicendum.
4. Reclamatio an inducatur per replicationem, reclamando à sententia absque alia supplicatione, & num. 10. 11. 20. & deciso num. 19.
5. Reclamatio an sit remedium ordinarium permissum de jure vel extraordinarium ex gratia Principis, & u. 21.

7. Disposita in sententiis ipsius Principis, vel etiam Prefecti Pratorio procedunt in sententiis S.C. qua proferuntur nomine Regio, & u. 9.
8. Sententia S.C. habent vim legis.
12. Exequita sententia S.C. proceditur in causa reclamationis, & u. 15.
13. Dictio, prius designat anterioritatem ordinis.
14. Dictio, si supponit conditionem.
16. Sententia conditionaliter prolatâ nihil posse inesse.
17. Per ablativum absolutum inducitur conditio.
18. Protestatio non est necessaria ad finem conservandâ iura reclamanti, quando fuit impedita exequitio sententiae facta Adversarii.

DECISIO VI.

D E mense Octobris 1588. fuit lata sententia in beneficium Lucretiae Pensine contra Ioannem Antonium Pensinum tenoris sequentis. Sententiam, decernimus, & declaramus, Magnificum Ioannem Antonium Pensinum principalem conventum condemnandum esse, & condemnari debere, prout nostra praesenti definitiva sententia condemnamus ad dimittendum, & relaxandum. Magnifica Lucretiae Pensinae principali bona in iudicio deducta una cum fructibus perceptis, restitutis tamen per dictam Lucretiam predicto Ioan. Antonio quantitatibus per ipsam receptis una cum interesse liquidandis tempore exequitionis praesentis nostrae definitivæ sententiae, in qua liquidatione habeatur ratio meliorationum in dictis bonis factarum per dictum Magnificum Ioan. Antonium, & lecta, & lata fuit sub die 11. Octobris 1588. f. 245.

Intimato mandatu de parendo, reclamatum fuit pro parte Ioan. Antonii Pensini, per replicationem aduersus mandatum predictum, qui tacuit usque ad annum 1618. quo tempore exequita sententia fuit commissa causa reclamationis.

Fuit oppositum, ob lapsum fatalium, non posse procedi in causa reclamationis, quia supplicatione reclamationis fuit porrecta post decem, & octo annos à die latæ sententiae, dum debebat offerri infra biennium, per autb. quia supplicatione C. de præcib. Imper. offerend. & per cap. ex literis 4, de restitut. in integr. Et in S.C. currunt fatalia in causis reclamationum, prout dictat Reg. pragm. 54. de off. S.C. & refert D. de Franch. decis. 646. num. 4. & sequent. ubi affert plura exempla, in quibus S.C. ita semper uniformiter determinavit & novissime fuit determinatum per Regiam Cameram Summarie, cum multis Dominis Adjunctis ex Sacro Consilio, facto verbo in Collaterali Consilio in causa Ducis Tauris Maioris cum Duce Andria, in qua fuit reclamatum formiter infra tempus, fuit infra legitima tempora compilatus processus, & per plures annos expedita, & notificata citatio ad dicendum, quia per unum annum tantum citatio deficiebat, fuit dictum, obstat lapsus fatalium, non obstante quod in sequentibus continuatae fuissent citationes predictæ ad dicendum.

Nec illam replicationem in mandato de parendo, reclamando à decreto sufficere dicebant, tam ex dispositione iuris communis, quam Regia pragmatice, sed requiri pro forma supplicationem in reclamatione, adeo, ut ea omessa infra biennium fatalia sint decurso, non obstante replicatione predictæ.

Pon.

Ponderabant de iure communi text. *in autb. sed & lis C. de tempor. appell. ibi, sed & lis, qua spe- ratur in Concistorio Principis inferri absque danno mora, remaneat intacta, donec ipse facias eam introduci, & a proceribus secundum morem dirimi.*

Et sic in casu fortiori licet in Concistorio Principis non currant fatalia, tamen hoc non est simpliciter intelligendum, sed donec ipse faciat eam introduci, haec introductio non sit, nisi data notitia Principi, quod non adimpleatur per replicationem, sed per supplicationem porrectam, & notificatam Principi.

Requiritur ergo, quod non solum supplicetur sed etiam supplicatio Principi notificetur, quibus omissis currunt fatalia.

Sic explicant text. predictum communiter DD. & antè omnes glos. *anica in d. autb. sed & lis, in verb. intacta, ibi, & intelligunt quidam, ut Joannes basc autb. quando ille, qui appellavit, nosum fecit Principi, aliis non erit sine danno mora. Alii dicunt contra, quod qui meruit sententiam, debet notificare, ut confiraretur, vel delegetur, non appellans.*

Bart. *ibidem n. 1. inquit, & in Concistorio Principis non curris tempus, quod est verius, si fuis notum Principi, ut hic glossa tua.*

Bald. *ibidem n. 1. ibi, Quari, quis debet adire Principem super hoc, responde, appellans secundum Joann. quia ipse est principium motus, & controversia huinsusodi.*

Angel. *ibidem in fin. glos. 2. ibi, intelligunt quidam, ne Jo. & bene, Cyn. & Bart. alii dicunt & con- gra, & male.*

Salyc. *ibidem in fin. Quero, quis debet adire Principem super hoc, ait, quod appellans secundum Jo. quia huins rei ipse est principium, & origo.*

Paul. *de Cast. in autb. si tamen n. 2. in med. vers. alias casus C. de tempor. appellat. ibi, hoc tamen de- clara, ut in glos. quando appellans vocum fecit hoc Principi, aliis fecit.*

Guid. Pap. *decis. 135. num. 2. supradicta omnia confirmat Brederod in tract. de appellat. part. 2. tit. 7. de fatalib. & de fatalib. introducend. in concis. Principis fol. 131. refert, & transcribens omnia verba Guidonis Papæ, cum sequitur fol. 132. in tit. & 133. in princ.*

Grammat. *decis. 13. num. 1. in fin. scribit praecepit sententia Praefecti Prætorij, prout est S.C. post duos annos transire in rem judicatam, subdit postea. Sed præmissis videtur obflare Autb. sed & lis, qua caver- tur, quod introducta causa appellacionis in Concistorio Principis non currunt tempora appellacionis, donec Princeps ordinet, quis habet de causa cognoscere, & n. 3. dico quod debet ut diligentia sua.*

Anan. *in cons. 1 n. 4. & egregie ibidem Ludov. Bologn. in plenis additionibus num. 16. affirmant. Quod quando appellatur ad Papam, seu ad Principem non currunt tempora data ad appellandum, sed instantia incipit, currere ita demum cum per Principem causa introductory, & commissa fuit, ut est casus notabilis in autb. sed & lis, subdit. Et requiritur omnino, quod appellatio fuerit notifica- za Principi, & coram ipso fuerit porrocta suppli- catio, & omnia sunt facta, ut nihil aliud superficit, nisi causationem fieri per ipsam Principem.*

Loquuntur ergo supradicti DD. communis voti, non de supplicatione pro commissione cause quam scio non posse fieri, nisi exequuta sententia. Et interim non currere fatalia, sed de supplicatio-

ne intimanda Principi, vel Praesidi pro notificatio- ne, ad finem ut notetur dies supplicationis pre- dictæ, & cognoscatur, an in tempore fuerit re- clamatum.

7. *Et omnia predicta ea ratione fuerunt statuta: quia reclamatio non est remedium ordinarium permisum ex iustitia, vt appellatio; sed extra- ordinarium ex gratia, pro qua obtinenda debet supplicari Praesidi, & humiliter rogari; & propter non sufficit simplex reclamatio facta in re- plicatione in pede mandati de parendo, sed requiri- tur, quod sit supplicatum, & notificatum Principi, vel Praesidi, & esse remedium extraordinar- ium concedendum ex gratia affirmanit Abb. in c. eu his 4. num. 9. 7. fin. de refit. in integr. Affit. decis. 341. num. 3. & 4. vbi ponit supradictam ra- tionem differentiam, & in præludijs Confir. Reg. q. 10. num. 4. Carauit. qui bene declarat, ris. 252. num. 1. in fin. 2. 3. & 4. Rebuff. in Confir. Reg. q. 10. num. 1. in tractat. de supplication. numer. 84. fol. 309. & Au- frey. ad decision. 480. Capell., Thotof. num. 4.*

Et supradicta disposita sententijs ipsius Principis, vel eius Praefecti Prætorij procedere in sententijs S.C. quæ proferuntur sub nomine Regio iubet Reg. pragm. 6. de off. S.C.

8. *Quæ sententiae, & decreta vim legis habent ut dicta alia pragm. 48. in fin. cod. sit. de off. S.C. & propter dicta de Concistorio Principis, vt in d. autb. sed & lis, merito applicat Grammat. d. decis. 9. 13. num. 1. & seq. ad sententia S. C. hæc de iure communi.*

De iure Regni per d. prag. 5. disponitur in utro- que actu, tam pro notificatione facienda Principi, quam pro commissione cause reclamationis requiri expresse supplicationem ibi in verbo licere 10 tamen voluntas, quæ cum non sint porrectæ infra biennium, sed post decem & octo annos fatalia sunt elapsa.

Pro reclamatione dicebatur per replicationem infra decem dies in mandato de parendo in qua reclamabat induci veram reclamationem, & operari effectum veræ reclamationis loco supplicationis offerendæ gloriofissimis Praefectis cum eorum Conciliarijs, de qua per tex. in d. autb. q. 10. supplicatio & per d. prag. 5. de off. S.C. cum idem operetur effectus prælationis cautionis in casu retractionis.

12. Exequuta deinde sententia porrigitur erat supplicatio, pro obtinendo Commissario, & ita expresse disponitur in d. pragm. 5. ibi, contra sen- tentias processus renitionem petere, & a nostra Cancillaria si prius indicato paruerint, semper & supplicatione renitionis literas inspectare S.C. exhiben- das. Dictio prius, designat anterioritatem or- dinis. Bart. in l. prima num. 5. C. de sono codic. ifa- ciend. Dictio si supponit conditionem Bart. in l. prima C. de condit. & denouit. Ann. cons. 105. n. 4. quasi dixisset, nisi prius sententia fuerit exequuta, grauatus non potest porrigitre supplicationem reuisionis, & si antequam indicato paruerit, supplicationem porrigit, nulla fit prouisio, sed solet decerni, quod notetur dies, & facta exequitione prouidebitur, & conseruat pro ma- iori cautela reclamationis.

Non ergo proceditur in causa reclamationis antè exequitionem sententiae, cuius exequitio fuit per ipsummet actorem, qui obtinuit, impe- dita, qui ex parte sua non adimplevit condicio- nem in sententia adiectam, & sententia cum sit conditionaliter protata, nisi ponit inesse per quo

per ablatuum absolutum ibi, in sententia restitu-
tis tamen per dictam *Lucretiam*, &c. inducit ut
conditio ad tex. in l. à testatore f. de condit. & de-
monst. DD. in rubr. f. solut. matr. vbi R. p. 31. vers.
secundò amplia dixit, quod inducit propriam
& expressam conditionem Dec. cons. 89. num. 2. &
cons. 85. num. 3. Ann. cons. 105. num. 5. Et nulla est
necessaria protestatio ad finem conseruandi iura
reclamanti. Dec. cons. 335. In causa Dominae Mariae,
Aymon Crauet, cons. 151. num. 22. Vrsill. ad decis.
Affl. 29. num. 4.

Exequuta postmodum sententia in anno 1618.
eodem tempore fuit porrecta supplicatio, &
commissa causa reclamations.

Et idem sub die 15. lunij 1622. fuit per S.C.
decretem, exceptionem lapsus fatalium oppo-
tam non obstat. In causa Ioannis Dominici Pen-
sini successoris cum hereditibus quondam Camilli
Marini similiter successoris.

Non obstant adducta in contrarium, & primo,
Auth. sed & lis C. de tempor. appellat que loquitur,
in causa appellationis introducenda in concistorio
Principis, & tunc requiritur notitia danda Prin-
cipis, fecus vero, quando causa est introducta
& decisa in concistorio Principis, quo casu non
requiritur alia notitia, vt in casu, de quo agitur,
nec est ex gratia impetranda à Princeps iuxta
opinionem Affl. & Carav. pro contraria addu-
ctorum, nam vera est opinio, quod reclamatio à
sententia S.C. nullo modo potest dici gratia, sed
merum ius commune, quod nulli denegari potest,
introductum non per auth. que supplicatio, sed
per l. unica C. de sent. præf. prator, & in Regno
concessum per d. pragm. 5. de off. S.C. prout aduerterit,
& fundat Rou. ad pragm. 38. de offic. procurat. Casar.
num. 13. vers. & propterea repetenda, diximus
supra in decis. 4. fuit per Collaterale Consilium,

- dicem Ecclesiasticum.
 9 Bullam beneficii cuius eius possessione producere
non est sufficiens, ad hoc ut beneficiatus formam
declinare possit, & num. 15. ubi decisio.
 10 Beneficium non cadit in laicos,
 11 A beneficio impetrante debet fieri
renuntio de clericatu.
 12 Beneficium Ecclesiasticum non debet conferri, si
si ei, qui per Ecclesiasticum ordinum serviat ip-
divinis officiis, vel saltim sit consularius.
 13 Prima tonsura, seu aliis ordinibus initiaens non
presumitur, nisi probetur
 14 Literæ collationis beneficii non probant clericato
tum nisi ostendatur scriptura de clericatu confer-
ta.
 16 Modus probandi clericatum, remissivit.

DECISO VII.

Magnus Brundusianus carceratus petiit, ut
clericus remitti ad Judicem Ecclesiasticum,
ad curia clericatus probationem literas collationis
beneficii exhibuit, ac ipsius fructuum perceptio-
nem probavit, & in habitu incessisse tempore
quoque capturus, non dubitabatur ordinum vero
collatio; aut saltim prima tonsura non fuit proba-
ta.

Sufficere ad jurisdictionem declinandam pre-
tendebat ex decisione *Rota Rossana in antiquis in-*
titulo de probationibus sub num. 13. alias 311. vbi
clericus existens in possessione clericatus non de-
bet probare titulum clericatus, dum tamen sit
possessor beneficii, ut not. Joan. Monac. & Ar-
chid. cap. si *Iudex laicus de sententia excusat. in 6.* &
idem decisum refert Gramm. decis. 81. in fin.

2 Insuper ex dictis in eadem decisione valet col-
latio beneficii posito, quod ut clericus impetrat
beneficium, quia habitus, & dispositio animi
sufficiunt, ad hoc ut quis clericus reputetur, ut
sic non clero ut clericu beneficium conferri pos-
sit, ut not. Compost. ix cap. cum adeo de rescri-
ptione.

3 Pro parte Regii Fisci, & querelantis oppone-
batur, non esse ex predictis, probatum clericatu;
qualitas enim jurisdictionem fundans plenè
probanda est, Par. de reintegr. cap. au. citatus, qui
est, 198. fol. mibi 109. num. 20. vers. quod Iudex
ante licet correspondat, nam non presumitur cle-
ricus, nisi probetur, unusquisque nascatur laicus,
Ursill. ad Affl. decis. 297. num. 5. vers. ubi etiam
quod clericus quis non presumitur.

Cum enim coram Iudice cause criminis incide-
rit articulus clericatus, qui in facto consistit, co-
ram ipso Iudice sunt producendas Bullæ ordinum
& beneficii, sine quibus non poterit forum de-
clinare, Fel. in cap. causam de prescr. & in cap.
cum sit de for. comp. Myuslinger. obser. 67. cont. 2.
Gayl. obser. 38. lib. 1. Ausc. de potest. seculari in
Ecclesiasticos reg. 4. in 8. fallen. & ibi Add. potest
enim Iudex laicus saltim per medium cause pro-
nunciare, declinatoriam non competere, Bal. in
Auth. ad hoc C. de latin. liber. coll. Barboli. in l. Titia
num. 23. vers. item quatuor pronuncias ff. sol. matr.
Capyc. decis. 7. num. 4. Guettierreza in canon. quesit.
cap. 34. num. 47. & sic non erit remittendus; ut
per Iudicem Ecclesiasticum cognoscatur de cler-
icatu, ex dictis per Menoch. de prescr. lib. 6. pra-
sumptib. num. 30. 32. 33. & per Mastrell. dec. 113.
6 in princ. qui dicit, quod licet alias ad effectum
semittendi clericum ad Judicem Ecclesiasticum
satis

ARGUMENTVM:

Productio Bullæ beneficii una cum possesso-
ne an sufficiat ad declinandam iurisdictio-
nem Iudicis laici, non constito de clericatu
seu prima tonsura.

S U M M A R I U M:

- 1 Clericus possessor beneficii non debet probare si-
tuum clericatus, & num. 15.
- 2 Beneficium collatio non valeat, posito, quod ut clericus
impetrat beneficium, quatuor non sit ordi-
natus.
- 3 Non presumitur clericus nisi probetur, se clericatus
esse.
- 4 Articulus clericatus (qui in facto consistit) cum
inciderit coram Iudice causa criminis coram
ipso sunt producendas Bullæ ordinum, & benefi-
ciorum.
- 5 Iudex laicus saltim per medium cause potest pre-
nunciare, declinatoriam non competere.
- 6 Clericus ad hoc ut remitti possit, quia probare de-
bet.
- 7 Articulus remissione clericatus est maxima præ-
judicium seculari iurisdictioni.
- 8 Quaestio iuris si inciderit super invaliditatem cle-
ricatus, erit remittenda, & decidenda per Iuc-

- 7 fatis fuisset probare clericatum per præsumptionem , dummodo ea tanta fuerit , quæ in adversarium transferat probandi onus in contrarium , ad tex. in cap. quatuor , & ibi gloss. in verb. per argumenta de cleric. peregr. & tex. in d. cap. si Index laicus , & per Malcar. in tract. de probat. concl. 302. tamen hodiè stante dispositione Concil. Trident. non nisi probato clericatu cum aliis requisitis per autentica documenta remissio conceditur , maximè quando agitur de privilegio fori , ubi de gravi præjudicio sacerdotalis jurisdictionis tractatur , ut dicit Covat. præf. quæst. cap. 33. Ignat. Lopez in add. ad Diaz in tract. crim. canon. cap. 64. num. 18. 8 Farin. de inquis. quæst. 8. num. 43. & 44. post alios , quos allegat Franciscus Viv. decis. 512. num. 14. part. 4. cuius præceptum ponit Carav. d. rit. 235. & num. 20. si verò incidenterit quæstio iuris super invaliditate clericatus , quæstio erit remittenda ; & examinanda , & decidenda per Judicem Ecclesiasticum juxta doctrinas adductas per Menoch. in dict. præsumpt. 76. num. 34. & per Vinc. de Franch. decis. 189. & per Mastrill. dict. decis. 113. in fin. & dicemus infra decis. 15. num. 19. & 20.
- Articulus validitatis , vel invaliditatis clericatus primæ tonsuræ incidens causa criminis remittitur ad Iudicem Ecclesiasticum , & invalido declarato clericatu , per Judicem laicum , per quem fuit præventa causa , punitur : quia ex prima tonsura non imprimitur character , ut docent Theologi in 4. dist. 24. D. Thom. inter septem ordinates non connumerat primam tonsuram , refert. Carleval. in tract. de judic. disp. 1. quæst. 8. num. 1087. vers. quod ex eo probarur.
- Si verò esset ordinatus ordinibus ex quibus character imprimitur , quamvis nulliter promotus , seu post præventam causam à Judice laico , quia ex collatione ordinum fuit impresius character , licet suspendatur ipsius exequitio , eximitur à jurisdictione Iudicis laici , ad text. in cap. filij 56. dist. vbi DD. Diaz in sua tract. crim. in ver. illegitimi in finalibus verbis : nam licet illegitimus , vel alias infamis non debeat ad ordines promoveri nihilominus si moveatur , non irritatur promotio , Vinc. de Franch. dec. 384. n. 12. verum præventa causa remittitur ad Iudicem Ecclesiasticum quoad distinctionem personalem , idem de Franch. dec. 209. & plures relati per Carleval. in citata q. 8. n. 447. vers. hac difficultas.
- Ordinatus post præventam causam , & personam an sit exemptus à jurisdictione Iudicis laici , cumulat DD. & de communi testatur Carleval. lib. 1. disp. 2. q. 7. & num. 908.
- 9 Beneficij Bullam cum eius possessione produce-
re non est sufficiens , ad hoc ut beneficiatus forum declinare possit , non enim prodest beneficij im-
peratio antequam ordinetur , cap. ex literis , & ibi
notat glot. & Abb. de transact. & beneficium non
10 cadit in laicum cap. 2. de inst. quia non est ca-
pax iuris spiritualis , cap. causam de præsumpt. cum
reliquis adductis per Bellet. de disquisit. clericali §.
17. num. 17. vnde in impetracione beneficij de sty-
lo Curiae debet fieri mentio de clericatu , Abb. &
Dec. in cap. cum adeo num. 10. de rescript. nam be-
neficium Ecclesiasticum non debet dari , nisi ei qui
11 per Ecclesiasticum ordinem serviat in divinis of-
ficijs cap. 2. de inst. vel saltim , quod sit tonsura-
tus nam animi destinatio cum tonsura sufficit se-
cundum Compostell. in d. cap. cum adeo nu. 2. vers.
Item animi destinatio , & ex ipsa collatione bene-
12 ficij non præsumitus prima tonsura , seu alijs or-

dinibus initiatus , cum sit quædam solemnitas ex-
trinseca ex accidenti proveniens , ideo non præsu-
mitur esse , nisi probetur , gloss. in verb. sciente
in cap. si forte de elect. in 6. glos. fin. in cap. dudum de
præsumpt. vbi Panor. sequitur eas. latius Domin.
cons. 77. apparet , & in conf. 91. præmitto , Philipp.
Franch. Jo. Monac. in d. cap. si Judeus laicus num.
10. DD. in l. sciendum ff. de verb. oblig. latissimè
Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 3. præsumpt.
132. & potius præsumitur non ordinatus ut dicit
gloss. in cap. Presbyteri in verb. & consacentur
distinct. 68. & idem not. Innoc. in cap. fin. in princ.
de eo , qui fuit ord. recep. vbi Antonius de Butcio
num. 8. vers. concludendo , Alci. præsumpt. 4. reg. 2.
sicut non sufficit ostendere literas ordinum supe-
riorum , nisi antè omnia ostendantur literæ infe-
riorum , Abb. in cap. tua nos num. 9. vers. quero ,
an sufficiat de cler. peregr. & ibi Anchæ. in fine , &
alij , quos affert Pacian. in tract. de probat. cap.
34. lib. 2. num. 42. vers. nec sufficit ostendere literas.
14 Et in tantum ex literis collationis beneficij non
probatur clericatus , nisi ostendatur etiam scriptu-
ra de clericatu confessu , quod & si Summus Ec-
clesiae Præsul in literis collationis beneficij nomi-
nes ipsum assertum clericum simpliciter , adhuc
cum hac nominatione clericatus non probatur , ut
tenant Anchæ. Philipp. Franch. Io. Andr. Bald.
Alex. & de communi attestatur Thom. Grammat.
in d. decis. 81. refert , & sequitur Diaz. in d. prag.
cap. 64. n. 16. vers. litera , Rovit. in prag. 1. de titul.
abu. num. 85. vers. binc receptum est , imputet er-
go sibi , si tales literas non habuit , vel habitas
non servavit , dum ex sua culpa procedat , ut di-
xit loan. Andr. in cap. non licet col. 1. 1. vers. osten-
dat ergo literas de reg. iur. & latissimè examinat , &
declarat , quando literis Summi Pontificis , in qui-
bus enunciative nominatur clericus , standum est.
15 Ille ergo , qui prætendit declinare forum ex eo
capite , quod habet Ecclesiasticum beneficium , pro-
bare debet , se esse clericum , idque manifestè col-
gitur ex illis verbis d. cap. ibi , is etiam fori pri-
vilegii , relativum enim is , refert suum antecedens ,
nempè initiatum prima tonsura , vel eum , qui in
minoribus ordinibus est constitutus , & quidem
cum omnibus suis qualitatibus , l. à filio §. testa-
tor ff. de alim. & lib. leg. gloss. in l. vn. in ver. pro-
feruntur C. de sent. quæ pro eo , quod int. l. 1. §. Sed
eum plures , & ibi Bar. ff. si fam. fur fec. Paul. Castr.
cons. 140. visa reformatione num. 3. lib. 1. Cravett.
cons. 47. Magnificus Dominus num. 4. lib. 1. Grat.
cons. 137. num. 14. vol. 2. & plures alij congesti per
Aug. Barbel. in remiss. DD. dist. 273. quasi dicat
text. quod is , qui prima tonsura est initatus , aut
in minoribus ordinibus constitutus , qui præten-
dit gaudere fori privilegio ex eo capite , quod ha-
bet Ecclesiasticum beneficium , sive de clericatu
antè omnia constare debet , quia clericatus non
præsumitur , Innoc. in cap. super his num. 10. in
fine de accusat. dum inquit in hæc verba . Sed quid
dices , si excipiatur non est subdiaconus , qui potest
eligi , vel non habet literas commendatitias , cum
sit alienigena . Resp. in his casibus cum debere pro-
bare se esse ordinatum , & se dimissum ab Episcopo ,
cum iura in his casibus dicant literas necessarias ,
2. quæst. 1. legum Syp. de cler. percus. per tot. 72.
dist. per tot. tanta tanzen posset esse præsumpto pro
ordinato , quod transfertur in alium onus proban-
di , ut si multo tempore in subdiaconatus ordine
inseruivisset , vel quod certum esset , quod bene à
Ius Episcopo dimissus esset , Boer. decis. 171. num.
C 2 15.

15. Aymon. Cravett. cons. 93. Ecclesia Parochiali num. 1. de Grass. qui plures alios allegat. de effect. cler. in prælud. n. 184.

Non obstante, quæ in contrarium adducuntur fundata ex d. decis. Rota in antiquis cum alijs authoritatibus supra adductis, quod sufficit, quem esse in quasi possessione clericatus, & possidere beneficium, nam id intelligendum est iuxta authoritatem Joan. Monac. in qua se fundat ad hoc ut custodiendus remittatur ad Judicem Ecclesiasticum pendente lite super clericatu, quando à Judice Ecclesiastico esset examinanda, & definita, Covarr. lib. pragm. quæst. cap. 33. num. 3. vers. fortassis in hac materia, per quam remissionem non erit liberatus à manibus Judicis laici, nisi manifestè probaverit titulum sui clericatus, ita declarat opinionem tenentium sufficere hanc quasi possessionem Pacian. in d. lib. 2. cap. 20. num. 36. vers. ceterum his non obstantibus, & autoritate Joannis Monachi in d. cap. si Judeo laicus num. 5. vers. sic dico in proposito, cuius verba sunt, Judeo secularis dicet coram Iudice Ecclesiastico, vel alteri cuius interest, vir iste perpetravit delictum tale in mea iurisdictione, unde ipse coram me sortitur forum, unde peto, quod mibi reddatur per me iusticiandus, si dicatur, est in possessione clericatus, dicit, possessio non facit clericum, ff. de decurion. l. Herenius, unde probet, si potest, quem refert, & sequitur Alc. in tract. de præsumptionibus præsumpt. 4. reg. 2. vers. & probat, quia talis erat clericus gloss. in cap. Presbyteri 68. dist. Boer. decis. 171. num. 12. & ita interpretandum censet Diaz loc. cit. decretum Concil. Trident. sess. 23. lib. 6. de refer. & fundat Caravit. in dict. ritu 235. n. 20.

Vnde in Collaterali Consilio cum interventu Dominorum Regentium Constantii, Castellet, Montoya, Muntalti, & Tapiz ad relationem Alfonsi Brancatij Judicis M. C. delegati, fuit judicatum, quod causa prædicti Manni Brundulij remaneat coram prædicto delegato, allegato clericatu non obstante die 9. Junii 1612. Act. assumptus Vincentius Migliaccius.

Secus esset dicendum, si beneficium haberet annexum aliquem ordinem sacrum ex d. eiusdem de Grassis.

16 Modum probandi clericatum posuit Pacian. in tract. de probat. lib. 2. cap. 34. à an. 41. Sebast. Guaz. defen. 1. c. 3. n. 9.

Fuit alias dubitatum, quid si superueniat ordo, vel prima censura an reconualidetur collatio beneficij. In hoc articulo procedam breuiter, & remissive, gloss. in cap. ex literis de transact. in vers. consurarum negatiuas partes tuerit, conseruant not. per Dec. in rer. quid ab initio de reg. iur. num. 5. vers. & actus, qui à principio, & nouissime Bellet. disquisit. clerical. par. 1. de discipl. clerical. §. 17. num. 6. vers. neque prodest ei: At in contrarium abiit sententiam Grass. de effect. cleric. i. effect. num. 188. vers. quarto octavo, ubi pluribus authoritatibus, & argumentis illam muniuit, & obuallauit.

ARGUMENTUM.
De fida solvenda Baronii ab exteris pro anima libus pascua sumentibus in feudo. Quid sit dissida, quid importet, & de eius origine,

S U M M A R I U M.

¶ Convenit interdictio unde vi, vel uti possidetis li-

- cet habeat præsumptionem iuris contra se, non est expellendus a possessione.
 2 Domino non licet impedire seruitutem in agro suo, qui itineri actu servit.
 3 Probationi Baronis fidam fuisse solutam statut, licet consuetudo inducta sit pascua sumere absque solutione fidei.
 4 Baro habeat præsumptionem pro se in territorio sui fendi.
 5 Præsumptio affirmativa præfertur præsumptioni negatiua.
 6 Ius pascendi in alieno territorio duplex est, communionis scilicet, & seruitutis, & quomodo bac iura acquirantur.
 7 Extero soluto affidare non est demeganda fida nisi non sufficiente territorio pro Ciuiis.
 8 Confit. Regni incip. Cum per partes Apuliæ, quæ de pascuis loquitur, per capita enarratur.
 9 Diffida quid sit, & quid hoc verbum importet.
 10 Baronibus licet banna emanare, ne subditi, vel exteris pascua sumant, & limitare possunt numerum animalium depascentium his, qui affidarentur, ne ceteris affidatio tabulam collatur.
 11 Non affidati depascentes in territorio solito affidari, si sit bannitum, tenentur ad paenam; si vero non sit bannitum, tenentur soluere fidam, ut ceteri affidati.
 12 Depascentes, vel damnum dantes in territorio culto, & seminato, ac bannito tenentur ad damnnum, & paenam, in non bannito ad damnum tantum.
 13 Bannum ubi non adest, vigil exigi potest ratio, ne contempnatur, vel iniuria.
 14 Fida solutio fit iuxta loci consuetudinem.
 15 Barones soliti exigere certam taxam profida sanguinis annis per decennium, illam augere non possunt.

DECISIO VIII.

Iust. Princeps Acayæ Baro Apicis egit in S. G. pro arcendis Ciuiis Casalis Montismali à publandis animalibus, aqua haurienda, & lignis incidentis in suo feudo Tinchiani, Universitas vero Montismali se tueri conabatur allegata possessione: nam licet is, contra quem agitur interdictio unde vi, vel uti possidetis, habeat præsumptionem iuris contra se, non est, expellendus a possessione ex dictis per Innoc. in cap. cum venient de rest. in int. num. 6. per haec verba; Sed si agatur interdictio unde vi, vel uti possidetis, tunc sufficit sola possessio sine bona fide, & Abb. in cap. 1. col. 1, ut lit. pend. dicit nota ex tex. quod lite pendente super validitate priuilegij, vel an fuerit priuilegium concessum, vel us, priuari quis non debet, vel interdicti usus possessionis, vel quasi, etiam si illa possessio sit contra ius, & hoc ultimum secundum cum est notabile, Capyc. decis. 178. num. 5. & 8. Ann. alleg. 84. n. 5. Fulvius Lanari. in addit. ad repet. feud. Regentis Lanarii §. Si quis per triginta si de feud. def. couteu nu. 70. 80. & 87. Couart. var. cap. 17. num. 11. in fin. vers. sed & quoties.

Itidem si totus ager itineri actu seruat, Dominus in eo facere prohibetur quicquid seruitutem impedit l. certo generi §. 1. ff. de seruit. rustic. præd. & l. loci §. Si quis mibif seru. vindic. Et potest quis cogi ad vendendum seruitutem f. uore Monasterij, Anton. Padil. in l. altius num. 19. C. de serv. & ag. D. Rouit. decis. 92. & D. Vincent. de Franch. decis. 225. nu. 4. Ant. Gomes in l. Tau. ri 46 num. 9.

Ex

- Ex aduerso pro Domino Thinchiani perpenditur in facto deficere Vniversitati Montis malii plenam probationem simpliciter palcendi , absque solitudine fidæ , imò fidam fuisse solutam per plura documenta ostendebat , & statut probationi Baronis habentis præsumptionem pro se , licet consuetudo inducta sit , Vniversitatem sumere palcua in territorio absque solutione fidæ , Prosper. Rennell. de pascuis Baron. cap. 10. vers. quid si per Vniversitate probatur , quod Baro habeat præsumptionem pro se; nam quilibet habens territorium limitatum , potest de iure communi infra metas eiusdem exercere in qualibet parte ius quod in toto vniuersali exercet Joan. Faber. in l. prima C. de summ. Trin. & fid. Cathol. vers. sed tu potes dicere , item respectu libertatis ab omni liber censemur cap. 1. de præsumpt. & habens probationem affirmatiuam , vt in casu isto , esse scilicet , solutam fidem , præfertur habenti probationem negatiuam , quod non sit soluta argum. gloss. sing. d. cap. 1. vers. memoria Specul de prob. §. 1. vers. ultimo 5 Quaritur à num. 20. habet quoque Baro fundatam intentionem ex clausula uestitutæ , in qua mentio fit de fida .**
- 6** Insuper dupliciter ius haberi potest pascendi in territorio alterius vel iure communionis , vel iure servitutis , primo casu requiritur assensus Regis , secundo casu tempus immemorabile , Vrsl. ad Affl. dec. 290. num. 8. Capib. anc. tom. 2. in pragm. 11. de Baron. cap. 76. num. 9. vers. eadem oppositio , & contraria fuit , Joan. Koppen. quæst. 13. & 57. qui ait , quod pretendens servitutem probare debet , neutrum ex his Vniversitas Montis malii probavit , ergo , &c.
- 7** Demum quia extero solito affidare non est deneganda fida , nisi quando non sufficeret territorium pro Civibus Andreas in Conf. cum per partes Apuliae , quem sequitur Affl. ibidem 6. not. & dec. 290. 2. dub. & Vinc. de Franch. decis. 301. num. 4. vers. comparuit idem Scipio.

Ideò per S. C. die 27. Februario 1640. me referente interventibus Præside S.C. Iordano Vrsono , Consiliarijs Vargas Marchesio Soria , Arias de Mesa , & Aquino , fuit dictum , quod manuteneatur Baro Apicis in possessione prohibendi hominibus Montis malii , ne pernoctent , pascant , & ligna incident in feudo Thinchiani non soluta fida , verum Vniversitas Montis malii manuteneatur in possessione usus in eodem feudo fluminis fontis , & viæ publicæ .

8 Prolata hac sententia reperta fuerunt quædam animalia hominum Montis malii depascentia in dicto territorio Thinchiani , idcirco Baro Apicis prætendebat ab ipsis exigere fidam , & diffidam , fundans se in dec. Capyc. 45. n. 4.

Prò articuli dilucidatione : Primo differendum puto , quid sit hæc diffida , deinde in quibus casibus , & an præcipue in casu isto applicari liceat.

Ponderanda itaque est Regni Conf. Cum per parte Apuliae , in qua Rex Guglielmus , statuit , vt animalia de vna contrata ad aliam facientia transiit inventa in terra alicuius sumentia pascua per vnum diem , vel noctem , & non ultra libera transeant sine aliqua datione , vel solutione . Secundò , si animalia alicuius de vna contrata per unam dietam , vel duas inventa fuerint , vt supra siquidem in laboribus , vel fructibus damnum intulerint , Domini animalium damnum emendent , & in nullo alio teneantur , siquidem non damnum facientia , sed solum pascua sumentia si voluerint

affidare , affident pro pretio , quo inter eosdem poterit conveniri si vero affidare noluerint , recipient ab eis affidaturam , vt alij convicini receperint ad rationem totius anni de tot diebus , quos iuraverint custodes eorum , & nihil aliud , & hoc si cum pastore fuerint inventa , si vero sine pastore , recepto sacramento à Domino , vel pastore , quod ipsa non duxerit , nec de eorum scientia ducta , & non ultra dictos dies pascua sumpserit , liberè permittant abire .

Tertiò , si ultra decem dies pascua sumpserint habita ratione ad annum recipient affidaturam pro rata temporis .

Quarto , si vicinus mittat animalia in terra con vicini post denunciationem , si non abstineat , solvat similes affidaturas .

Ex prænarratis colligitur in nullo ex casibus loqui de diffida , nec de illa aliquid liberatur in Cap. Reg. Caroli Primi secundum ordinem Campagn. 84. unde idem Affl. et. maximus J. P. in d. Conf. per partes Apuliae 7. not. num. 13. vers. & nescio , ait , se nescire , ubi sit fundata ista diffida , quæ sic vulgariter dicitur in toto Regno .

9 Re tamen sanius perspexas erit sustinere hanc diffidam nil aliud in se continere , nisi poenam impositam in territoriis bannitis , de qua loquitur Pragm. incip. Statuimus in tir. de off. Baiuli , in qua est provisum , quod bannitis territoriis possit exequi pro poena contra repertos pasculare in territorio cum animalibus , vel eius animalia absque eo satisfacto prius damnum passo , quæ poena non excedat quantitatem fortis petitam usque ad quantitatem Augustalis , etiam si quantitas petita excederet Augustalem , licet enim Baronibus edere banna , nè subditi cum animalibus pascua surmant in territorio suo Marin. Frecc. in 46. aut. Baron. 10 cum reliquis adductis per Novar. in tract. de gravam. Baron. tom. 1. gravam. 42. imò Dominus feudi potest statuere , ne quis ultra certum numerum ovium , & aliorum animalium depascat territorium , ne solus devastet pasturam , quæ debet singulorum commoditati delervire , & istud statutum ligat non solum vassallos , sed exteros ius habentes pascendi , Avend. de exeq. mand. part. prima c. 13. n. 100. & an hæc statuta ligent clericos idem loc. cit. num. 7. Redeundo igitur ad assumptum , nempè quod diffida idem sit cum poena , id videtur sentire Martin. Frecc. d. aut. Baron. 46. num. 3. vers. hodie pro modo fidæ , dum dicit , quod pro poena fidæ , & diffida poena exigi consuevit in Regno , iidem Affl. in d. Conf. num. 13. per hæc verba , & pondera istam Constitutionem , quia non vult ista Constitution , quod possit exigi diffida à non affidatis in aliquo casu , sed quod tantum possit exigi fida , quam recipiunt alii vicini pro resta temporis unius anni , nisi quando fuisset facta prohibitio , vel haunum sub pena moderata , tunc exigitur pena à non affidatis. Monac. add. ad dec. Minad. 32. n. 28. Rennell. de Regiis pasc. c. 17 notat. Affl. qui loc. sup. cit. dicit , nescire , ubi sit fundata ita diffida vers. dicimus enim affirmat , enucleato prius diffida significatu , illam fundari in banno , Novar. sup. cit. gravam. 42. num. 2. ait poenam banni importare fidam , & diffidam , quæ erit medietas fidæ . Ann. sing. 138. distinguit , quod aut territoria sunt bannita , aut non , si sunt bannita , tenentur ad poenam ratione contemptus ultra damnum , aut non sunt bannita , & non debetur poena , sed tantum damnum , & ita testatur fusile decisum Affl. decis. 290. num. 1. vers. Dicit ille Baro , aperte dixit , quod

quod diffida habuit originem à prohibitione facta per bannum M.C. Denique salvando *decis. præcit.* Capyc. qui loquitur de diffida dico, non maiè sensisse eos, qui dixere ibi territorium esse bannitum, dum in *num. 2.* commemoratur *pragm. de off. Baiul.*

Et ex his cùm territorium Thinchiani non sit bannitum, non erit locus diffidæ; led *juxta Const.* per partes Apulia solvenda erit fida pro rata temporis, prout solitus est Dominus affidare. prout in simili fuit decisum per S. C. teste Affl. *decis. sup. cit. 290. num. 5.*

[2] In territoriis verò non solitis affidari ad pabulandum, sed cultis, & seminatis non tolvitur fida, sed damnum, & si sint bannita unà cum damno poena, Ann. sing. *sup. cit. 138.* & quando, & quanta poena sit solvenda, & qualiter estimandum sit dānum, plenè omnes DD. recensendo tradit Novar. *præcit. tom. 1. gravam. 44.*

[3] Nec prætermittendū, quoties non adest bannum, nihil exigi licere ratione contemptus, vel injuriæ, quæ non consideratur nisi data prohibitiōne, Abb. in cap. *dilecti num. 13.* & 14. de arbitr. Rendell. d. cap. 17. vers. Exigitur autem pena, glos. in *Const.* post mundi machinans verbo contempserunt.

[4] Solutio demum fidæ, sive à Civibus, sive ab exteris juxta locorum diversitatem diversimodè fit, ut testantur DD. duas enim oves, vel captas in singula centena solvi Baroni Ayeræ refert Præl. de Franch. *decis. 228.* cellas quinque

[5] pro unoquoque sive Ann. *alleg. 84.* cum autem certam taxam universaliter non habeat, servanda est loci consuetudo, nec ea innovari potest, ita ut si per annos decem certum pretium Barones exigere consueverunt, augeri dictum pretium non licet, Novar. *cit. tom. 1. gravam. 41.* Rendell. *tract. de Baron. pascuis vers. Solutio autem,* qui se fundat in *l. Domini prædiorum C. de agric.* & *censit. lib. 11.*

ARGUMENTUM,

An inquilino denunciatio sit facienda à novo conductore, tribus mensib⁹ antediem transmigrationis?

S U M M A R I U M.

- [3]** Neapoli non observatur fieri denunciacionem inquilino a Domino, vel à novo conductore.
- [4]** Novus conductor potest expellere inquinilum eodem tempore, quo intendit accedere, nulla facta requisitione.
- [5]** Antiquus inquilinus non admittitur ad probandum reconduktionem contra novum conductorem, nisi per scripturas, & instrumenta.
- [6]** Antiquus conductor preferetur novo conductori in prædiis fiscalibus.

DECISIO IX.

Magnificus D. Fabritius Tomasinus conduxit domum in suburbio Civitatis. Neapoli dicto à Chiaia, in qua habitavit Magnificus Franciscus Cantelmus, adveniente mense Maij denunciavit dicto inquilino, quod in die 4. eiusdem mensis vacuam domum relinquat.

Duo replicavit de reconductione, & non tene-ri, quia per tres menses ante non fuit denuncia-tum iuxta observantiam Civitatis Neap. de qua testatur Addition. ad *Consuetud.* Sed si fundum de local. & conduct. quæ incipit, ratio est, dicens Neapol. communiter obseruari, & in domibus urba-nis sicut requisitiones in mense Maij, adeò quod videretur in aliqua culpa, qui secus ageret, & hoc attento eo tempore, quo locationes incipiebant de mense Augusti, quæ hodie, quia incipiunt in mense Maij, requisitio esset facienda in mense Fe-bruario.

Per Dominum, & nouum conductorem fuit productum nouum instrumentum locationis stipulatum in mense Februarij, & denunciandi ne-gabatur observantia, quam non esse veram refert Ursill. ad dec. Affl. 356. *num. 12.* cum in urba-nis nouis conductor possit expellere conducto-rem eodem tempore, quo intendit accedere absque alia precedente requisitione Ant. Capyc. ad *Consuetudinem.* Sed si fundum, incip. Fuit indica-tum in *§. ac. Conf. in fin.*

[3] Nec potest antiquus inquilinus molestare nouum sub pretestu reductionis, nisi specialiter per ser piuram fuerit inita, l. ne cui C. locati, & l. item quaritur q. qui impleto in fin. ff. locati, Affl. *decis. 238.* & per Præsid. de Franch. *decis. 278.* sed tantum in prædiis fiscalibus præfertur per tex. in l congruit C. de loc. præd. fiscal. lib. 11. fundat, & decimum refert Præl. de Franch. *decis. 406.* & ita sub die 2. Maij 1740. fuit iudicatum pro novo conductore ad relationem M.C.

ARGUMENTVM.

Articuli remissionis ad Iudicem Ecclesiasticum petitæ per vassallum Baronis inquisitum uti clericum in M. C. carceratum an ad eandem M. Curiam, vel ad Baronem spectet cognitio. Et in tali iudicio Baro prætendens vassallum inquisitum uti laicum ad ipsum remittendum esse, an & quomodo audiendus sit.

S Y M M A R I U M.

- [1]** Articulum remissionis ad Iudicem Ecclesiasticum petitæ per vassallum Baronis inquisitum uti clericum in M. C. Carceratum ad eandem M. C. & non ad Baronem spectare, decisum fertur.
- [2]** Audientia non est deneganda tertio comparenti ad coadiuvandum iura alterius.
- [3]** Iudicium remissionis petitæ ad Iudicem Ecclesiasticum per clericum inquisitum summarium dicatur ad Iudicis instructionem.
- [4]** Eaque propter Baronem contendenter, Vassallum uti laicum ad ipsum remitti debere in termino super remissione ad Iudicem Ecclesiasticum petita per vassallum clericum dato per M. C. audiendum non esse; sed tantum Iudicem instruere, si scimus coadiuare, testes, & scripturas producere absque nominatione, & ordine iudicis posse deciditur.
- [5]** Cognitio incompetentia spectat ad Iudicem causa principalis.
- [6]** Index laicus super incidenti non poterit cognoscere

- reconverte clericorum sed tamen virtute ritus prouinciare super competencia.*
7. *In Gallia iudicatum fuit, cognitio eius ex bono, vel male fuerit captus clericus spectare ad partem laicorum.*

DECIS. IO. X.

1. **V** Assallus Castri Abbatis III. Principis Rocce inquisitus de vulneribus carceratus in M. C. petiti se remitti ad Curiam Ecclesiasticam uti clericum, Baro pretendit per eius Curiam articulata remissionis esse iudicandum sensuic M. C. & Sacrum Consilium non esse locum petitionis Baronis.

Cumque esset datus per M. C. terminus super remissionem, institit Baro, esse audiendum, nominavit testes in Terra Roccæ, ex eo quod articulus hic est civilis, & sua interest, habere vassalum laicum: comparet enim ad coadiuandam iura fisci, & non est deneganda audiencia iuxta ea, quae dicemus infra cap. 97. de testio comparente.

3. Replicabatur pro parte inquisiti, in iudicio hoc somario ad iudicis instructionem iux. r. 235. non esse audiendum tertium, sicut in ceteris iudiciis, in quibus Iudex laicus erit incompetens:

4. poterit enim Baro Iudicem instruere, fiscum coadiuware, producendo testes, & scripturas absque nominatione, & ordine iudicij, & ita fuit per Sacrum Consilium his iudicatum in causa Illustr. Principis Rocca petentis remissionem Petri Traconi inquisiti de vulneribus, & resistantia. Et tandem sub die 22. Aprilis 1622. iunctis aulis ad relationem M. C. & ore tenus Iudici mandatum, quod recipiat testes, qui producuntur per Baronem.

Quoad praetensam remissionem petitam per Baronem articuli incompetencie ratione clericatus, de quo supra n. 1. iterum de anno 1626 fuit discussus: nam quidam Didacus Molphesius de Terra Sancti Archangeli, cum esset inquisitus de pluribus, & carceratus per Curiam Sancti Archangeli, Vicarius Angloni praetendens, esse clericum coniugatum. Auditorem Status, & capientes in censuras incidisse declaravit, eo quod cum violentia armata manu cum effusione sanguinis carceribus mancipaverunt clericum notorium coniugatum, & quia carceratus in debita, & violenta carceratione, & extractione à proprio domicilio conquestus fuit coram Excellentiss. D. Prorege, is mandavit, quod super gravamine, & competencia de justitia provideret M. C. prò cuius decreti exequitione fuit datum per Magnam Curiam terminus super petitam remissionem, relata

5. causa in S.C. ad instantiam Principissæ Ostiliani, dicebatur pro parte dictæ Principissæ ad suam Curiam spectare cognitionem clericatus: quia incidenter articulus venit examinandus, & coram Judice cause principalis questionem facti esse decidendam jux. text. in l. qui ex aliena ff. de iudicis, pro quo faciunt dictæ supra cap. 7. Carceratus instabat pro confirmatione decreti M. C. & ante omnia esse pronunciandum super remissionem ad Iudicem Ecclesiasticum per M. C. in qua fuit opposita exceptio declinatoria judicij, qua pendente
6. te nil est novandum cap. a. il novar. nam supposito Clericatu tu Iudex laicarum nullum habet potestatem, nec in his, quae incidenter veniunt contra perlongum clericij per text. in cap. 6. Iudex lai-

cas de sent. excommunic. in 6. poterit tamen incidenter cognoscere, an ipse sit Iudex iuxta rit. Magn. Cur. 235. at pronuntiando super remissionem ad Baronem, effet de gravamine cognoscere, & judicare de persona clericij, & sic de re Ecclesiastici, & spirituali, & ideo dicit Dom. in d. cap. si Iudex laicus, quod Iudex laicarum non est Iudex etiam incidenter per viam, exceptionis, not. Abb. post glof. in cap. etiam de ord. cognit. in cap. lator, qui filii sunt legitimi, & idem Abb. in cap. si diligenti col. pen. de for. com. ubi concludit, quod secularis Iudex nullo modo potest esse Iudex contra clericum, nec incidenter.

7. Et dato, quod Iudex laicus possit, an bene, vel male fuerit captus, cognoscere, ut observatur Gallæ ex dictis per Lancellott. in tractat. de attent. lit. p. 1. limitat. 23. 2. part. cap. 4. num. 23. vers. quartæ limita, cuius verba sunt, Quartæ limita, ut non procedat in casu, quem ponit Ioann. Gallus in decis. parlamenti Parisiens. 354. incip. per arrestum ad finem, quando fuit clericus occasione alicuius criminis per Iudicem secularis carceratus, & ille ab hismodi carceratione appellaverit ad parliamentum, si enim Iudex Ecclesiasticus poterat causam criminalis ad eum remitti, articulus tamen iste, an fuerit bene, vel male captus, & similiter an bene, vel male fuerit appellatum, erit in Curia seculari cognoscendus, & in ead. part. cap. 12. ampl. 4. in fin. num. 23. vers. illud autem. Adhuc non erit remittendus ad Baronem, non discussio gravamine, sed M. C. erit cognitio, ad quam erat remissa causa per Collaterale Consilium ad providendum super indebita carceratione, & vexatione. Censuerunt duo ex quatuor Dominis Consiliariis, esse remittendum articulum ad Curiam Baronis, alii duo M. C. V. decretum approbaverunt; ad dirimendam paritatem accessit tertius, & pro Barone sententiam dixi reclamationis confirmatum fuit decretum Magna Curia sub die 21. Iulij 1636.

ARGUMENTVM.

Pendente articulo in Rota Romana, si justè, vel obreptitiè fuit concessa alicui facultas de Religione ad alteram ingrediendi, in qua bona licet retinere, an possit procedi in lite bonorum per Judicem secularis, vel expectanda sit decisio Judicis Ecclesiastici?

SUMMARIUM.

1. *Iudex laicus pendente articulo in Curia Romana fabreptionis concessionis alicui facta à S. P. facultatis de Religione incapaci etiam in communi ad alteram ingrediendi, in qua bona retinere licet, an licet super restitutio[n]e bonorum intentata terminare possit, vel in ea supersedere, & Judicis Ecclesiastici decisionem expedire dicitur, & num. 5.*
2. *Iudex Ecclesiasticus an Judici laico inhibere possit, ne procedat super causa incidente in eam, quam ipse cognoscit, & quid observetur in Regno.*
3. *Iudex laicus de quaestione spirituali, que incidente incidit, si in iureconfessas, cognoscere negquit; sed illius notio ad Iudicem spectat Ecclesiasticum.*

Secundus verbi in facto consultat, quia tunc laicus cognoscit, nisi Ecclesiasticus Iudex illius quaestio- nis cognitionem affutat, & Judici laico inhibeat, ne in causa etiam incidenter procedat, quare is nondum capit tradare; tunc enim ipso Ecclesiasticus eandem incidentem causam expedit.

DECISO XI:

Summus Pontifex cvidam Petro Baptiste Grimaldo, ut ad Hierosolymitanam Religionem (in qua bona licet retinere) se transferret ab or- dine Fratrum minorum Sancti Francisci incapaci, etiam in communi, Cappucinorum nuncupato- rum, cuius habitum per decimum tertium ferè annum fortiter sustulerat Pontificia dispensatione certis de causis suæ Beatitudini notis egredi permisit. Mota postmodum lite super recuperatione bonorum, possessores recursum habuerunt ad ipsum Pontificem, afferentes, subreptitiæ, & ob- septiciæ impetratam fuisse dispensationem, con- ditionesque in ea appositas non fuisse servatas; & delegata causa in Rota Romana, citra præiudi- cium concessionis, fuit per eandem Rotam inh- bitum actori, quod, donec non fuerit provisum super validitate concessionis, supercedeat in agen- do coram Iudice laico.

Prætendebant eoscenti, quod & si non fuerit Iudicis inhibitum, non poterat ex juris dispositio- ne Iudex laicus item super restitutione bonorum germinare, pendente articulo subreptionis in Curia Romana per text. in cap. suam de ord. cog. & cap. later, qui sili fuit leg. unde si quaestio bonorum principaliter mota sit, & in ea incidat qua- stio, cuius cognitione spectat ad Iudicem Ecclesiasticum, supercedendum est in causa bonorum; Barbos. in l. Titia, num. 21. vers. & donec ea causa finiat, ff. sol. matr. Gamm. decis. Lufis. 194. vers. & patienter expectare, & in decis. 207. num. 5. vers- sum igitur, Marta in tract. de juri. dist. pars. 2. cap. 8. num. 10. & seq. vers. ergo dum Ecclesiasticus, & ita decisum per S.C. refert Capyc. decis. 7. in fin. Dom. de Franch. decis. 512. & decis. 551. ubi latissi- mè de modo procedendi, quando quaestio spiri- tualis venit examinanda. Quotiescumque enim spiritualis quaestio suboritur incidenter, si con- troversia in jure consistat, Iudex Ecclesiasticus co- gnoscit Bart. in l. consil. novatione C. de Sacrofanc. Eccles. & in l. 2. nn. 4. ff. de juri. dist. omni. ind. & com- muniter DD. in d.l. Titia, Covarr. in epitome de sponsalib. 2. part. cap. 8. §. 12. num. 3. Facchin. lib. 1. controver. cap. 44. Gamm. d. decis. 194. Gutierrez præc. quaest. lib. 3. & 4. quaest. 26. num. 2. & si in facto consultat, cognoscit Iudex laicus Bart. in l. quoties ff. de ind. & in d.l. Titia. Covar. præc. loco, licet Facchin. d. lib. 1. contro. cap. 44. fundet contrarium, Osasc. decis. 147. nn. 11. qui testatur de communi, zelatis pro utraque opinione Doctoribus, & iu- gibus, tenens etiam si articulus sit facti, ad Iudicem Ecclesiasticum notionem spectare; sed prima opinio communiter in praxi recepta est, & ob- servatur, & ad utrumque Iudicem spectat Gut- tierrez d. quaest. 26. num. 2. nisi is, cuius interest, ad Ecclesiasticum Iudicem accesserit, ab eoque pe- gierit, ut illius quaestionis cognitionem affutat, atque Iudici laico inhibeat, ne in causa etiam incidenter procedat; tunc enim si Iudex secularis nondum capit id negoti iū tractare, Iudex Isecularis Iudex Ecclesiasticus, citatis his, quos id tangit,

eandem incidentem causam expediet ita notavit Girard sing. 96. Covarr. præc. loc. & Iudex Eccle- siasticus potest inhibere Iudici laico, ne procedat super causa pendente ex ea, quam ipse cognoscit Abb. in d. cap. num. 5. §. 11. Nihilominus in Collaterali Consilio sex ex undecim Judicantibus censuerunt, quod sit procedendum ad ulteriora in causa, non obstante pendentia litis in Curia Romana, ea moti ratione; quia Summus Ponti- flex expressit, nullum præiudicium inferri velle concessioni jam factæ, & sic capax remanet, & pro capace habetur, donec aliter fuerit per Cu- riā Romānā provisum, quo casu cautum erit per satisfactionem. Judices, qui intervinerunt, fue- runt D. Præs. S.R.C. Dom. Reg. Ursinus, Dom. Regens Valenzuola, D. Felix de Januario Com- miss. D. Lopez, D. Salvus, D. Patignus, D. S. Jacobus D. Vargas, D. Brancia, & Ego, sed sub die 14. De- cembribus eiudem anni in reclamatione ju- dicatum fuit, esse supercedendum, donec fuerit causa decisa in Curia Romana absentibus DD. Salvo ob infirmitatem, & Brancia in Civitate Lyti.

ARGUMENTVM.

Clerico in Regno an liceat patrocinari, & an licentia sibi concessa patrocinandi nulla fa-cta mentione Regiæ Pragmaticæ hoc ve- tantis sit valida.

SUMMARIUM.

- 1 Clerici in secularibus causis, & seculari foro patrocinari non possunt, exceptis causis Ecclesiasti- cum, & miserabilium personarum.
- 2 Princeps rescribendo contra legem, vel statutum an expressè apponere debeat clausulas, non ob-stante tali lege, vel statuto in contrarium, remis- sive.
- 3 Princeps rescribendo contra leges, vel statuta in Curia, vel in Consilio condita, non facta de illis ex- pressa mentione, non tollit dispositionem, & con- sequenter rescriptum non valet.
- 4 Text. in l. quidam consuebat ff. de re jud. & l. idem Vopianus in fin. ff. de excus. tutor. in praesenti articulo expenduntur.

DECISO XII.

Per Regiam Pragmaticam editam sub die vi- timo Novembbris 1598. confirmantum aliam Regis Ferdinandi Primi prohibitum est omnino præstari patrocinia per clericos in secularibus cau- sis, & judicijs, præterquam in causis suis proprijs, consanguineorum, vel affinium, Ecclesiarum, & miserabilium personarum, itaut tunc sine pretio valeant patrocinari Prag. 2. de postulando commen- tata per Regentem Rovitum in pragm. 21. de off. Sac. Cons. quod idem dispositum erat in cap. 1. & zoe. sit. entra de postul. & 88. distinç. per totam.

Quidam clericus obtinuit à Summo Pontifice facultatem patrocinandi, & producto rescripto ad impetrandum Regium exequatur, Regius Cap- pellanus maior consilium in scriptis dedit Domi- no Preorigi per hæc verba, Sono de voto, che V.B. può restar sur vita di concedere Regio exequatur all' hora

bora, quando da P. E. ostendit licet, & dispenso d'auocare in quospi Regij Tribunal, non obstante le Constitutioni, & Pragmatiche di questo Regno, o non altrimenti, virtute cuius consultationis fuit sequutum decretum, exequatur servata forma regulationis die 6. Maij 1635.

Ex hoc clericus dicit esse concessam licentiam, & dispensatum Regis Pragmaticas iuxta tenorem rescripti. ponderando text. in l. quidam consulebant ff. de re ind. ibi fin. Princeps enim qui magistratum ei dedit, omnia agere decrevit, & ibi imol. facit etiam l. idem Ulpianus in fin. ff. de encus. tator.

2 Pro negativa est text. in l. fin. C. si contra ins utilitatem publicam, ibi, nullam sacrae annotationem, qua generali juri, vel authoritati publica adversa esse videatur, in disceptatione cuiuslibet litigij passantur proferri, sed generales sacras Constitutionis modis omnibus non dubitent observandas, per quem text. dubitatum fuit inter DD. an requiratur expressa nominatio, non obstante tali lege, vel sufficiat dicere, non obstante aliqua lege in contrarium, de qua questione habes multa per Bart. in l. fin. C. si contra ins, vel utilit. publ. & per Bald. in l. humannus num. 4. vers. hic adverte Cde legib. & per Vital. in tract. de clausul. in verb. clausula generalis non obstantibus quibuscumque privilegijs. Et Princeps non videtur facere disputationem, vel abrogationem legum, quando contra leges contrahit, fundat copiosè Joan. Baptista Larrea alleg. fiscal. allegas. 4. vbi in fine, quod quoties in lege est decretum irritans factum, illud decretum ligat etiam Principem, & per contrariam dispositionem (nisi expressa sit derogatio) tali decreto derogatum non censetur, ut probat text. in c. pen. de prab. in 6. & ibi notat Lupus, & Geminian. n. 10. & idem tenuit Paris. lib. 4. conf. 37. n. 2. sequitur Anton. Gabr. commun. opin. lib. 6. in tit. de claus. claus. 3. n. 74. & ex decreto irritante necessariam esse expressam, & specialem derogationem probavit Barbo. de claus. claus. 82. n. 6. & 13.

3 Hinc ait Pet. Bellug. in specul. Princip. rub. 2. de invent. Cur. & princip. potest. in leg. condem. n. 5. quod si contra tales leges in Curia, vel in Consilio factas Princeps rescribat, nisi de illis expressam mentionem faciat in rescripto, non valeat rescriptum, nec tollat legis dispositionem, cum igitur in decreto, quod exequatur, nulla sit expressa dispensatio ad Reg. Pragmat. prout de jure requirebatur, & in consultatione ita dictum, ergo semper prohibito, & exequutio rescripti Summi Pontificis quoad concernentis jurisdictionem Apostolicae Sedis concessa censetur, arg. text. in l. Caius ff. de pign. action. Affl. in proc. Conf. Post mundi machinans à n. 5.

4 Non obstat text. in d. l. quidam consulebant, ibi propter utilitatem publicam tolerantur, ne sub Principi decipiatur, quod consideravit Pet. Bel. lug. in spec. Princip. de effect. Imperij rubr. 23. sub n. 14. in verb. sed posse tanquam factum, quamvis fieri non debet de iure stricto glo. in l. Barbarini ff. de off. Pres. per quam l. idem statutum est.

Nec obstat text. in l. idem Ulpianus in fin. ff. de encus. tator. ibi ratione absentie erat impeditus, & sic concessio traligandi rescripto Imperatoris, quae non est a lege improbata, impediebat tutelam exercitium.

Ex his per S. C. sub die 3. Iulii 1640. fuit de-

cretum, quod adeant Collateral. Consilium pro explicatione Regij exequatur super dispensatione, & licentia patrocinandi in Regijs Tribunibus, & interim supersedeatur in discussione nullatum, in banca Zozij pro Cantone

ARGUMENTVM.

Clericus quando dimissa habitu, & tonsura amittat privilegium fori. Et quid in clero coniugato, & quid quando se immiscetur sacerdos, & enoribus, & quando dicatur enoribus, & sacerdos se immiscetur, & quid in criminis laicæ Majestatis?

SUMMARIUM.

- 1 Clericos conjugatos tonsuram, ac vestes clericales deferentes fori privilegio gaudere affirmatur.
- 2 Has minimod deferentibus denegatur.
- 3 Nec monitionem aliam necessariam esse in communi DD. sententia notatur.
- 4 Statim ac clericus conjugatus tonsuram, & vestes clericalem dimittit, exutus censetur omnini privilegio, ita ut eo uti nequaquam possit; ideoque si reprehensus fuerit absq. tonsura, & veste clericali, vel sine ueste, sed cum tonsura, vel cum ueste sine tonsura clericali non gaudet privilegio.
- 5 Ad hoc ut clericus conjugatus obtinere possit in declinatoria fori, oportet articulare, & probare unicum, & virginem duxisse, & tempore delicti & capena habitum, & tonsuram gestasse.
- 6 Et priusquam prelietas qualitates probet, scularis Iudee cum resistere non tenetur.
- 7 Clericale namque privilegium clerici conjugati lenius, quod non conjugati amittunt.
- 8 Clericus in minoribus absque beneficio tenetur probare se continet habendum, & tonsuram detulisse iuxta Concil. Trid. decretum, & Constitutiones plurimorum Pontificum, neque sufficiat aliquocies detulisse, sed persenerantia, & continuatio requiritur, & n. 10.
- 9 Clericus in minoribus dimisso habendo per annum, fori privilegio non gaudet.
- 10 Nec alia requiritur monitio.
- 11 Verum si reaumpserit habitum fronde gaudet.
- 12 Clericum, & si non coningatum enoribus se immiscetur a judice laico posse puniri absque alia monitione ex Constitutione Clementis VII. ad insulam Imperatoris, & n. 15.
- 13 Clericos ordine clericali, & habitu solido in Apostasia tanquam laicos ambulantes, & in crimine reprehensos per Judicem secularium capi, inquiri, & disstringi, per Bullam Leonis X. statuimus eis, quae verat omnibus ordinariis Judicibus, ne quis modo directè, vel indirectè Judices secularis in eo impediatur sub pena suspensionis.
- 14 Contra clericos inveteratos in aggressuris, & tyrannijs idem operatur diuinitas temporis, quod tria monitio.
- 15 Et an, & quando requiratur degradatio.
- 16 Qua dicantur enoribus delina.
- 17 Et quid si clericus in sacris confessionibus incidat in crimen laicæ Majestatis humanae, an per Iuris dicem laicam puniendam sit.

Michael de Bono carceratus per Regiam Audentiam pro recaptis, & furtis, confessus, condemnatus fuit pena ultimi supplicij, petuit Episcopus remitti uti clericum conjugatum, produxit Bullas primas tonsuras, & testes, qui eum viderunt, ut clericum græcum servire in divinis cum habitu, & tonsura.

Fiscus per testes numero maiores probavit esse vxoratum, ut plurimum vel laicum incelsisse enormibus, & sevis se immiscuisse, diu in ijs perseverando, & uti laicum deprehensem, & si aliquando habitum, & tonsuram gessit, id raro, & paulisper, & ut plurimum in habitu laicali sine tonsura visum fuisse, ita quod uti laicus communiter existimabatur, ex quibus probationibus has in jure veras conclusiones adduco, quarum.

Prima est, clericos conjugatos fori privilegio gaudere, si tonsuram, & vestes deferant clericales juxta bonifacij, Constitutionem, & Regiam pragmaticam primam in ordine substitutae de clericis conjugatis, & decretum fuit per Sacrum Concilium Tridentinum in sess. 23. cap. 6. quod si tonsuram, & vestes non deferant clericales fori privilegio non gaudeant Austr. de potest. scilicet in Ecclesi. pers. in prima regul. tit. 1. limit. 7. nec alia requiritur monitio ex communi DD. sententia, de qua testatur Farinac. qui in numeros affert DD. in tit. de Inquisitione quæst. 8. num. 60. & eo ipso, quod clericus conjugatus tonsuram, atque habitum dimittit clericalem, censetur exodus omni privilegio, ita ut eo uti nequaquam possit, notant DD. in cle. prima de vita, & honestate clericorum. Archidiac. Ioannes And. & Dominus de S. Geminiano in cap. unico de cl. coning. in 6. Natta cons. 356. num. 6. lib. 2. qui dicit, quod ab hac sententia nemo discrepat, refert Carolus de Grassi, in tract. de effect. cl. in 1. eff. 8. n. 892. unde si fuerit deprehensus absque tonsura, & ueste clericali, non gaudet clericali privilegio, & ita decisum refert in illo Senatu Guid. Pap. decis. 138. in princip. idem si sine ueste, sed cum tonsura, vel cum ueste sine tonsura idem præcisato loco vers. sed quod, Barbos. in 1. Tisia ff. solut. matr. n. 33. vers. secundo principalis conclusio dicit, quod si clericus conjugatus excipiat de clericatu, debet articulare, quod sit conjugatus cum unica, & virgine, item quod tempore delicti, & capture gestabat habitum, & tonsuram, quæ conclusio aperte deducitur ex d. cap. 1. de cler. coning. in 6. neque secularis hos tenet remittere, antequam probent prædictas qualitates Rota decis. 3. in novis de Jent. excom. incip. 7. si clericus conjugatus fol. mibi 93. & levius amittunt privilegium clericale clerici conjugati, quam non conjugati ex dictis per Joannem Monacum in citata Bonifacij Constitutione de cleric. conjugat. in 6.

Secunda conclusio, clericalis habitus erit continuo deferendus; dum enim Concilium Tridentinum decrevit, quod clerici fori privilegio non gaudeant, nisi habitum, & tonsuram deferant, actus est successivus, & frequentatius, ideoque non sufficit semel, & bis deferre, sed perseverantia, & continuatio ipsa requiritur, ut optimè fundat Menoch. lib. 6. præsumpt. 76. num. 38. vers. requirit plura copulativa concilia, Carolus de Grassi in d. effectu 1. num. 1183. vers. sic pariter est dicendum, & est expresse provisum per plures Constitutiones Summorum Pontificum, videlicet

cet Pauli III. & Clementis VII. in quibus caverunt, quod nisi incedant continuè in habitu, & tonsura clerici in minoribus constituti, & non beneficiati, ipsum fori privilegium amittant, de quibus testatur V. filius ad decis. Affl. 24. n. 7. vers. secus hodie per provisiones, & Menoch. loc. cit. unde si clericus in minoribus constitutus habitu, & tonsura dimissis deliquerit, si per annum commoratus est, & vixit cum habitu laicali, fori privilegio non gaudet ex dictis per Dec. lib. 4. c. 9. n. 92. quem refert, & sequitur Carolus de Tap. in Constit. Regni, de personis num. 24. in quinta limit. & pluries per S. C. me pro fisco patrocinante, ita iudicatum fuit, nam ubi possibile est continuò defere habitum, & tonsuram, non est dereliquendus ex dictis per Felinum in proprio decreto. Reg. pacificus num. 6. vers. sed ubi possibile esset; si vero non continuè, sed de raro ita ut communiter existimet laicus non erit remittendus ad Judicem Ecclesiasticum, per ea quæ consuluit Castell. in cons. 5. num. 9. quem refert, & sequitur Farinac. in d. quæst. 8. n. 68. & Joan. Maria Bellett. disquis. cler. par. 1. §. 8. de favor. cleric. personal. num. 14. nec alia requiritur monitio per dicti illam, nisi positam in decreto Concilii Tridentini in d. cap. 6. prout declaratum fuit per S. Congregationem Cardinalium, de qua meminit Joan. Maria Bellett. disquis. cler. part. 1. §. 8. de favor. cleric. personal. num. 6. ver propteræ Concili Trid. & per Aloys. Ricc. in prax. decis. 606. num. 4. vers. secunda fit conclusio: verum si ante capturam reassumptio non fiat cum fraude in cap. ex parte il terzo de privilegi. Doct. adducti per Bellett. præcit. §. 8. nn. 12.

Tertia clericum, & si non conjugatum, & in habitu laicali incedentem, enormitatibus se immisscentem, absque alia monitione posse puniri à Judice seculari probat in cap. 1. de Apost. item in cap. ex parte de privilegi. in cap. perpendimus de sent. exc. in quibus juribus probatur, quod per sola delicta enormia perditur privilegium clericale;

nulla facta mentione præcedentis monitionis, per quæ iura hoc tenuerunt, glo. Anch. Mill. Austr. Cassan. Archid. Dec. Joan. Andr. Gemin. Marsil. Boss. & Clar. relati per Farinac. in d. q. 8. num. 54. vers. contrarium, quod immò nulla prorsus requiratur, ubi hanc opinionem magis communem, & consuetudine approbatam, & in judicando esse sequendam asseverat, & in numeros alios affert pro hac opinione Carolus de Grassi ubi sup. num. 889. Bovadill. Polit. 10. 1. lib. 2. cap. 18. num. 95. eandem sequitur Ricc. in d. dec. 608. nn. 3. pro qua opinione affertur Bulla Leonis Dei cimi, per quam contra clericos, ordine clericali, & habitu relieto in apostasia tanquam laicos ambulantes, & in crimen deprehensorum, statutum est, per Judicem seculari capi, inquire, & distinguere debeant, ibique vetat omnibus ordinariis Judicibus, ne quovis modo directè, vel indirectè Judices secularares in eo impediant sub pena suspensionis à divinis quæ promulgata fuit anno 1506. quam ad verbum posuit Cassan. in Consuet. Burgund. tit. de justitia §. 5. n. 51. de ea meminit quoque Mattheus Bossius add. ad Austr. in reg. prima tit. 1. de potestate seculari fall. vigesima, nec de monitione memoriam facit, & in clericis in minoribus constitutis non erit dubitabile, monitionem nullam necessariam esse, & non posse declinare forum, quod hodie est expeditum per Sacrum Concilium Tridentinum d. cap. 6. ad quod illud ponderaverunt

rune dictus Carolus de Graffis in d. effect. i. num. 891. in fine, & Marta in tractat. de jurisdict. par. 4. cent. 2. casu 135. in fin. Aloys. Ricc. in d. decif. 606. num. 4. & maximè in Regno utriusque Siciliæ, in quibus ad instantiam Imperatoris Caroli Quinti, Summus Pontifex pro bono régimine justitiae in ejus Regnis concessit, ut absque trina monitione, de qua in dictis canoniciis sanctionibus, procedi possit contra clericos sine habitu, & tonsura incidentes, atque sœvis, & enormitatibus se immiscentes, quæ Constitutio fuit emanata per Clem. Pap. VII. quam interpretatus est Ioannes Anton. de Nigris Campanus, quæ est substit. de vit. & honest. cler. in 6. & idem in ead. repet. in verb. monitione num. 458. vers. secundum istam extravag. dicit, non esse necessariam in his Regnis virtute istius Constitutionis monitionem aliquam, quod etiam refert Marta in d. casu 135. num. 9. & si ex predictis in Regno præcipue nulla requiritur monitio; attamen dato, & 16 non concessio, quod requiratur, non procedit in eo, qui dimisso habitu est inveteratus in agres- suris, & tirannijs quia in istis idem operatur diuturnitas temporis, quod trina monitio, ita tenuerunt Anchæ. Abb., & Hostiens. relati per Vinc. de Franch. decif. 463. num. 7. Caball. casu 60. num. 9. referens esse communem opinionem ex autoritate Bossij, Petr. Fichard. testatur etiam de communi in recollectione communium opus. loc. 1. tit. 13. cap. 13. vers. clericus non coniugatus il secundo. Et absque degradatione puniendi sunt per Iudicem laicum secundum opinionem com- munem, de qua per Couarr. in c. 32. pract. quæst. refert Farinac. in d. q. 8. num. 57. contrarium tamen tenet Diana in tractat. de immunit. Eccles. resol. 23. non posse clericum à Iudice seculari puniri, nisi antea præcesserit trina monitio, alias à suo Iudice Ecclesiastico erit puniendus, etiam si perpetrasset quodlibet atrocissimum delictum, dicens contrariam sententiam esse exterminandam à Tribunalibus, tradens requisita in fin. ad hoc, ut possit puniri per Iudicem laicum.

Quarta, & postrema, quæ se se offert conclu- 18 sio, ea est, enormia delicta in hac materia omnia ea dici, per quæ infamiam incurrit delinquens cap. infames 3. quæst. 7. item furtum Anchæ. in reg. ea, quæ 112. quæst. de reg. jur. in 6. & inter enormia connumerat Farinac. in d. q. 8. num. 69. & quæ alia dicantur enormia, tam de jure civili, quam canonico, habes per Joann. Mariam Bellet. in pract. loco §. 7. num. 5. qui paulò superius in eod. §. nonnulla requisita refert, ad hoc ut clericus se enormibus immiscens, à Iudice seculari puniri possit.

Quod intellige, si in factis non sint constituti secùs si sint in factis constituti: nam prius requiriatur degradatio secundum veriorem opinionem, & magis tutam Farinac. d. quæst. 8. num. 57. vers. declarata tamen, Bellet. in d. §. 7. num. 3. vers. quæst. ut prius degradetur.

Et quid si clericus in factis constitutus inquiratur de crimine læse maiestatis humanæ, an per Judicem secularis possit inquiri, & puniri, vide per Joan. Franciscum de Pont. dec. 9. & per Gaspar Thesaur. quæst. forensi 22. lib. 4.

Supradictus Michael obiit in carcerebus, & non fuit decisus articulus.

Clericus conjugatus, qui dimisso habitu du- xit uxorem unicam, & virginem, si post- modum illum reassumpserit, an gaudet fori privilegio? Clericus, tam conjugatus, quam non conjugatus, qui per plures annos negotiis secularibus incedens, sine ha- bitu, & tonsura se immiscuit, an, & quan- do fori privilegio gaudet.

SUMMARIUM.

- 1 Clericus si duxerit uxorem unicam, & virginem dimittendo habitum, non prohibetur illum reassumere, & reassumendo fori gaudet priuilegio.
- 2 Clericus conjugatus in Regno per Regiam prag- maticam gaudet fori priuilegio, tam ciuiliter, quam criminaliter, & quid de jure canonico.
- 3 Haec autem exemptionem habebit, si tonsuram, & uestes deferat clericales, & Ecclesia ab Epi- scopo deputata seruat.
- 4 Secundum si uestes, & tonsuram clericalem non deferat.
- 5 Unde clericus conjugatus, si de clericatu excipiat, articulare, & probare debet, quod tempore delin- citi, & capture incedebat cum habitu, & tonsura.
- 6 Clericus coniugatus in habitu laicali delinquens, in eoque deprehensus, & negotiis secularibus se immiscens, atque Ecclesia sibi ab Episcopo deservata, non deserviens, an & quando gaudet fori priuilegio, & num. 7.
- 8 Clerici coniugati priuilegium clericale levius ausi- tur, quam non coniugati.
- 9 Clericus, & si non coniugatus in minoribus ordi- nibus constitutus propter latitationem pro alio delicto Ecclesia non deserviens, & sine habitu, & tonsura incedens, an fori priuilegium absque alia monitione amittat, & quid decisum.
- 10 Clericus miles effictus an fori privilegio gaudet.
- 11 Clericus non coniugatus si sœvis, atque enormitatibus delictis se immiscuit, & in iis diu perseveravit, an ad hoc, ut fori priuilegium amittat, requira- tur trina monitio, & quando dicatur sœvis se immiscisse, ac in iis diu perseverasse, & n. 12.
- 13 Clericus coniugatus non potest impediare fori iudi- cationis sententiam per presentationem Bullæ prima consura, non probans requisita necessaria, attentis Fisci probationibus non incessisse in hab- itu, & tonsura, & exercuisse officia contraria, & ita decisum.
- 14 Clericus in minoribus ordinibus constitutus an fori priuilegio gaudet, si deserviat alicui Ec- clesia ab Episcopo non designata.

DECISO XIV.

- 1 Clericus si duxerit uxorem unicam, & virgi- nem, dimittendo habitum, non prohibetus postmodum illum reassumere, & reassumendo gaudet fori privilegio iuxta communem opinio- nem, de qua per Joann. Ant. de Nigris in repet. extravag. unic. de vita, & honest. cler. in ver. habi- tum num. 27. vers. iusta prædicta quo, ubi mul- tis rationibus, & authoritatibus hanc lenteñiam sustinet, & contrariis respondet Vxores clericorum utrum, & quando privilegio gaudeant fori eorumdem, & quid si sint uxores clericorum Græcorum, & an eorumdem filii, August. Barbos. jur. Eccles. univers. de privileg. cler. cap. 39. §. 2. à nn. 62. lib. 1. & Sanchez de matrins. lib. 7. disp. 47. n. 2.

D 2 Phi-

28. D. REG. JOAN. FRANCISCI SANFELICII

Philip. Paschal, de iur. potest. p. 4. c. 3. cuius dicta videntur ad versari sententia Sanch. & Aug. Barbos, item posita per Dian. in tract. resolut. moral. tract. 8. resol. 6. tom. 6. de uxoribus Equitum Di. Jacobi, Alcantar., & Calatrava., qui dicit, Sanch. se tristasse in opus. c. tom. 2. lib. 6. c. 2. dub. 3. num. 3. sed advertatur, quod opusculum fuit impressum post mortem authoris, & non est rece-dendum ab opinione Sanch. & Barbos. optimis mediis, & authoritatibus fundata.

Et in Regno per Regiam pragmaticam primam sub sit. de clericis seu diaconis salvas. criminaliter, aut civiliter pro delicto ad Iudicem secularis trahi nequaquam potest; in causis autem civili-bus non est exceptus a jurisdictione Iudicis secularis, & tenetur solvere onera, gabellas, & fun-ctiones fiscales, ut per Covat in cap. 31. prag. qu. 3. num. 7. vers. prima igitur constitutur interpre-tatio, qui omnino videndus est in hac materia, Foller. in cap. insuffariis, & c. de Episcop. & cleric. num. 29. Rovit. in pragm. 1. de clericis, seu diaconis salvas. num. 1. & 2.

3. Predicatam autem exemptionem habebit, si tonsuram, & vestes deferat clericales iuxta Boni-facii Constitutionem in cap. 1. de cleric. conjung. in 6. & pragm. citatam, & Ecclesias ab Episcopo deputata serviat, prout statutum est per S. C. Trid. in sess. 23. cap. 6. loquens de clero conjugato, ibi, modo bi clerici alioius Ecclesia servitio, vel ministerio ab Episcopo deputati sicut Ecclesia servit, vel ministrant; tecum si vestes, & tonsu-ram clericalem non deferat Aufr. de potest. facit. in Ecclesiast. personas 7. li mit. nam non est remitten-dus clericus conjugatus propter ejus crimen caput ad Iudicem Ecclesiasticum, nisi doceat se contraxisse cum ynica, & virgine Rot. dec. 250. Aufr. de potest. Judicis facit contra Ecclesiast. person. in 4. reg. 20. fallit. ver. adverte insuper, & quod tempore delicti incedebat in habitu, & tonsura, & quod deserviat Ecclesie servata forma decreti Conc. Trid.

6. Unde si in habitu laicali deliquerit, vel in ha-bitu laicali apprehenus fuerit, nulla monitione precedente, ut laicus per Iudicem laicum pu-niendus erit Guid. Pap. qu. 138. & quod clericus coniugatus non deferens habitum, & tonsuram sori privilegium amittat, etiam quod non sit mo-nitus, probat multis rationibus Farin. p. quaest. 8. de inquisit. num. 6. & eam communem refert, & tales clerici uxorati, si tonsura dimissa negotian-tur, ut laici, perdunt privilegia, & alia clero-8. lia, Isern. in Concl. apostolantes vers. & si tabernacula exercetas, nam Iesus amittunt privilegium clericale clericij coniugati Ioann. Monac. in Concl. Bo-nifacij de cleric. conjung. in 6. unde Farin. par. 1. tom. 1. quaest. 8. num. 69. in fin. refert ex eo solo, quod clericus coniugatus bipartitas caligas duorum colorum habebat, fuit laicus reputatus, & pro crimine tanquam laicus condemnatus, & laqueo suspensus Tulos teste Aufr. decis. Tolos. 227. q. 252.

9. Reliqui vero clerici in minoribus ordinibus constituti, & non uxorati semel habitum clericalem dimiscentes, non dicuntur privilegio clericali privati, si tamen tempore delicti in habitu incedebant Covat. in d. cap. num. 8. sed secun-dum Castellion. in cons. 5. num. 9. necessaria est tanta perseverandi fuit consideratum per Decian. in tract. crit. lib. 4. cap. 9. de cleric. & religios. num. 9. qui Doctorum inter se dissidentium opinio-

nes cogordando, tenet, quod ubicumque quis non incedit in habitu eo animo, ut non modo in illo tantum delicto, in quo deprehensus est, haberetur pro laico, sed generaliter in omnibus, quia nullo tempore volebat haberi pro clericis, puta quia per agnum, & ultra semper commora-tus est, & vixit, & negotiatus est palam ut laicus, tunc per Iudicem laicum venit puniendus, refert, & sequitur Tap. in Conf. Regu. de personis num. 24. vers. Quinto licet in clericis, facit do-ctrina Joann. Andr. in cap. perpendicularis de sent. ex-comes. ubi clerici histiones, & scurra illam ac-tem per annum exercentes, perdunt omne privi-legium clericale, quam adducit Bossius in sit. de foro compet. num. 139. vers. & magis. Joan. Andr. & Decian. in d. cap. 9. num. 86. & faciunt dicta per Aufr. de potest. seculari in Eccles. pers. 20. fall. reg. prima, ubi clericus, qui relicto ordine cleri-cali, & habitu suo in apostasia, tanquam laicus conversatur, si in criminis apprehensus fuerit, per Ecclesiam non liberatur, ergo videtur per Iudicem laicum posse puniri, ubi Bossi. in add. affere Conf. Leon. X. (ut diximus in prag. num. 14.) qui contra tales clericos ordine clericali, & habitu relicto in apostasia tanquam laici ambulantes, & in criminis apprehensionis statuit, quod ij per Iudi-cem secularis capi, inquiri, & distingui de-beant, & ibi vetat omnibus Iudicibus ordinatis, ne quovis modo directe, vel indirecte Iudices secularis in eo impediunt sub pena suspensionis a divinis, cuius Bullas non sunt immemor Cal-san. relatus per Bossi. loc. cit. & ita per M. C. & Sacrum Consilium iudicatum fuit de mense Julii 1617. contra Joannem Carolum de Rentio, qui reassumpit clericatum cum benedictione Episco-pi, verum per plures annos sine habitu, & tonsura incelsit, exercendo officium Notarii, & ad-ministrationis Universitatis, que clericis sunt in Regno interd. Eta per Confessionem in locis de-maniis nostri in titulo de Indicibus, & Notariis, & per pragmaticam primam de Ecclesiasticis per-sonis; acta sunt in banca Grotii penes Parascapu-
dolum.

10. Et quid si effectus sit miles, idem Aufr. in d. prima reg. o. fullent verb. & idem in clericis in minoribus constituto, Ioannes Franciscus de Pon-te cons. 34.

11. Quod idem observatum fuit in clericis in minoribus ordinibus constituto, quamvis se excusaverit, quia latitabat pro alio delicto, & ideo Ecclesie non serviebat, & sine habitu incede-bat; nam respondit unus ex dominis, quod & si Ecclesie servitio vacare non poterat propter latitatione; attamen poterat habitum deferre, si animum dimisendi clericatum non habuisset arg. text. in l. milita testamento 6. s. si servos f. de cas-dit. & demonstr. & sic fuit determinatum in M. C. in causa Ioan. Laurentii de Mauro, nam tri-na illa monitio, que de jure communis requiritur, ad hoc ut clericus non conjugatus sori privile-gium amitterat, jux ta cap. in auditio de sent. ex-comes. in 6. de qua late per Farin. in prag. crit. in titul. de inquisit. quaest. 8. num. 60. pers. ac secun-dum magis communem locum sibi non vendicat in Regno per sacraug. unica de vit. & honest. clericorum, quo est Clem. VII. & per ea, quo refert Campagn. in d. exterrav. in verbo monitione num. 458. vers. Secundum istam exterrav. Marta in sr. de jurisd. cap. 135. part. 4. cons. 2. num. 9. vers. Confirma-ri potest, & in decreto Sacri Concilii Trident. patet sub;

DECIS. XV. LIBER I.

29

sublatam fuisse monitionem, cum de forma per dictum decretum requiratur habitus, & tonsura, alias non gaudet fori privilegio, ut advertit Mart. præcitat^o loco in fine, & latè in sequenti decis. quod eo magis hoc in casu procedit, in quo talis clericus sacerdos, atque enormibus delictis se immiscerit, diù in his perseverando, temporis namque diuturnitas idem operatur, quod tria monitio, si in enormitatibus fuerit deprehensus, ut in calu nostro; ita Anchæ*in cap. ea, que in 12. quæstio. ver. Quandoque dimittit de reg. iur. in 6. Aufrer. de potest. facul. in Ecclesiast. person. fall. 19.* Vinc. de Franch. *decis. 463. num. 6.* qua videtur communis secundum Bossium *in pract. crim. tit. de foro compet. num. 139.* & Farinac. *in d. q. 8. d. num. 60.* in d. vers. ac secundum magis consumunem opin. & alios, quos refert Caball. *resolut. crim. casu 60. n. 9.* alios quoque affirmantes hanc tanquam magis communem opinionem servandam, atque ab ea tam in consulendo, quam in judicando minimè recedendum fore refert Petr. Ficar. *in recoll. commun. opin. loco primo tit. 13. cap. 13.* de clericis habitum, & tonsuram minimè deferentibus in vers. clericus non coniugatus, il secundo circa medium, & si Marta aliud voluerit in dicto cap. 135.

12 Quando autem dicatur sacerdos, & enormibus se immiscerit, & in iis diù perseverasse, vide per Capyc. *in decis. 161.* Decian. *in pract. crim. lib. 4. tit. clericat. & ordines, ac religio tribuunt jurisdictionem num. 107.* & per Farin. *in d. q. 8. sub lim. 6. n. 59.* & est dictum latè lupra *in præced. dec.*

13 Ex dictis supra *num. 3. 4. 5. & 6.* fuit iudicatum per M. C. non impediri sententiam sociudicationis per presentationem Bullæ prime tonsuræ cum fide matrimonii, cum declaratione remanere clericum coniugatum, attentis fisci probationibus non incessisse in habitu, & exercuisse actuariatum in sua patria, & non fuisse probatum cum unica, & virgine matrimonium contraxisse, quæ probatio requirebatur tanquam de forma, & ita dictum sub die 2. Martii 1638. in causa Regii fisci cum Carolo Siniscalco.

14 Clericus in minoribus ordinibus constitutus inserviens alteri Ecclesiæ, quam illi, cui ex mandato Episcopi fuit a scriptus, an fori privilegio gaudeat, & an servitium requiratur cum frequenter, vide infra in *cap. 245.* ubi latè.

ARGUMENTVM.

An per matrimonium invalidum clericus beneficiatus amittat beneficium ipso jure, & an requiratur sententia declaratoria, & an sit proferenda per Judicem Ecclesiasticum.

SYMMA RYM.

- 1 An per matrimonium nulliter contractum ipso jure vacent beneficia, vel ijs per sententiam beneficiatus sit privandus? plurimum sanè controversa, & agitata quæstio in qua Doctores in quaenam se se distribuunt classes, & n. 4. 6. & 7. ea tamen ultimo loco relata magis arridet, quæ indistincte ponit, per matrimonium nulliter contractum, fave scienter, fave ignoranter, fave bona fide, fave mala, beneficium ipso jure vacare.
- 2 Tacita renunciatio non potest esse maioris virtutis, quam expresa.
- 3 Expressa renunciatio non inducit beneficij vaca-

- sionem, nisi fiat in manibus Episcopi, vel superioris.
- 5 Renunciationis cessante ratione tacitè quoque debet cessare ipsa renunciatio.
- 8 Ubi eadem ratio viget, idem quoque ius statui debet.
- 9 Magis peccans non debet esse melioris conditio nis.
- 10 Ex suo dolo novo consordium reportare debet.
- 11 An ipso facto amittatur beneficium, si matrimonium contrahatur sine Parochio, & confessibus transformam Concilii Tridentini remissive.
- 12 Sententia declaratoria necessario est ferenda super beneficij vacatione, etiam ipso iure inducta per matrimonium nulliter contractum. Per quens antem Indicem ea erit proferenda declaratur, n. 18. Et quid dictum *num. 26.*
- 13 Sententia, qua declarationem inducat regulariter in pax etiam ipso iure statutis, est excessaria.
- 14 Sententiam declaratoriam, sicut ipso iure, sicut non vacet beneficium, necessariam esse propter possessionem avocandam declaratur.
- 15 Ea tamen lata retrotrahitur ad tempus matrimonii contracti.
- 16 Si clericus beneficiatus in favorem alterius renunciarit beneficium ante sententiam, post contractionem matrimonium de iure invalidum, renunciatio non valeat.
- 17 Porro sententie declaratoria in facto notoria, quod nulla tergiversatione celeri poterit, ex commun. DD. sententia non erit interponenda.
- 19 Dubium uero spiritualia concernens per Judicem Ecclesiasticum terminari debet, & ita dictum *num. 26.* Iudex enim laicus de spiritualibus, nec principaliter, nec incidenter potest se intromittere *num. 23.* Quinim uero de eo, quod est spiritualibus annexum *n. 24.*
- 20 Verum si super facto sit quæstio, incidenter poterit Iudex facultatis de ea cognoscere, Et sepe super ipsu facto recipere.
- 21 Quando autem quæstio dicatur esse facti remissione.
- 25 Iudex facultatis, & si super beneficij amissione directè pronunciare non possit, per modum causæ causa poterit.

DECISIO XV.

V incentius Bucinus inquisitus de tonsione monetae declinatoriam fori opposuit uti clericus beneficiatus.

Pro falso adducitur matrimonium contractum post collationem beneficij licet invalidum ob affinitatem in primo gradu, quæ apud contractum non latebat.

Fuit de pluribus dubitatum.

Primo, an per matrimonium invalidum clericus hic beneficiatus amittit, beneficium ipso jure.

Secundò; an si amittit, necessaria si sententia declaratoria.

Tertiò, an hæc ipsa sententia sit proferenda per Judicem Ecclesiasticum.

Quoad primum aliqui Doctores tenuerunt, per matrimonium nulliter contractum ipso jure non vacare beneficia, sed per sententiam beneficiatum esse privandum, in horum numero sunt Card. *in clem. gratia de rescriptis num. 10.* Buts. & Imol. *in cap. 1. de clericis conjugatis in 6. Boremond,*

confilia collecta de anno 1606.

mond. de public. concub. fol. 404. quem sequitur
Jul. Clar. in §. final. quæst. 73. num. 4 quando non
est sequuta copula carnalis, congerit Garz. in
præf. de benefic. cap. 8. pars. 11. num. 5. & noviss.
Sanchez, qui id optimis fundat mediis in præf.
de matrim. in disput. 43. lib. 7. num. 3.

Inter cætera fundamenta illud potissimum af-
fert Sanchez præcitat loco, quia aut hic beneficia-
rus emittit beneficium in pœnam delicti & tunc
exigitur sententia, aut ex tacita renunciatione
habita ratione status incompatibilis assumpti, &
tunc etiam non amittit, quia tacita renunciatio
non potest esse majoris virtutis, quam expressa,
ut probavit idem Sanchez eod. lib. d/p. 37. num.
34. renunciatio expressa non inducit beneficii va-
cationem, nisi fiat in manibus Episcopi, vel lupe-
rioris cap. xiiij. cum pridem cap. admonet, cap. quod
in dubiis de renunciat, vel tandem ex tacita re-
nunciatione cum assumptione status incompatibi-
lis, & hoc etiam non habet locum, quia verè
non assumitur status incompatibilis, nec voluntas
assumendi quantum in se est, & proinde dimitten-
di beneficium sufficit, sicut nec renunciatio ex-
pressa non facta in manibus superioris legitimis sus-
ficeret.

Alii vero distinxerunt, tunc vacare beneficium
ipso iure, quando clericus hic beneficiatus matri-
monium contraxerit ignoranter nullum, secus
vero si scienter, huius opinionis fuerunt Imol. in
relata clem. gratia num. 25. de rescriptis, Dapr.
ibid. in sua repet. num. 45. Decius in cons. 166.
Prob.add.ad Monac. in relat. cap. 1. num. 15. & 16.
de clericis conjugatis in 6. & Diaz in sua præf.
crit. canonica cap. 81.

Horum fundamentum præcipuum illud est ex
disparitate rationis delumptum: quoniam tota ra-
tio, cur per matrimonii contractum videntur bene-
ficia, ea esse videtur, ut omnes fatentur, quia
matrimonium contrahendo, videtur quis habere
animum commutandi statum, simulque recedendi
à clericatu, ut Sanchez mox allegatus dicit; hæc
autem ratio videtur cessare in eo, qui scienter
contrahit matrimonium nulliter, quia hic talis
non hanc videtur habere animum, nec incompati-
bilem assumit statum, sed potius videtur hoc fa-
cere animo deludendi atque decipiendi mulierem
ipam. Quare cum renunciationis tacite cesse-
ratio, debet quoque cessare ipsa renunciatio
argumento, l. adigere §. quamvis ff. de jnr. pa-
tron.

Garz. verò in dicto præf. de beneficiis cap. 8. par.
1. num. 8. relatis aliorum opinionibus in ea refi-
det sententia præcedenti ex diametro contraria,
quippe qui existimat, contrahentem matrimo-
nium in gradu prohibitio ignoranter, atque bona
fide beneficium non amittere, cuius opposi-
tum censet esse retinendum in casu, quo ma-
trimonium scienter, & mala fide fuerit contra-
sum ut taliter contrahens amittat beneficium.

Nonnulli tandem Doctores indistinctè per ma-
trimonium nulliter contractum, sive scienter, si-
ve ignoranter, sive bona fide, sive mala benefi-
cium ipso iure vacare arbitrati sunt; in hanc de-
scenderunt sententiam, Gregor. Lopez. Covarr.
Salzed. & Cœvall. in recollect. communis. opin. contra
compar. quæst. 147. num. 5. vers. sed contrariam
opinionem, & hæc opinio fuit in foro recepta, &
secundum eam iudicatum, & per Rotam Roma-
nam approbata fuit opinio, quod ipso iure indu-
catur vacatio beneficij teste Farinac. decis. 8. post

Hæc sententia ea nititur ratione: quoniam non
ex eo, quod clericus hic beneficiatus matri-
monium nullum scienter contraxerit, videtur in eo
defuisse consensus contrahendi, ex traditis per
Covarr. in epist. ix 4.lib.decret. ix 2.part.cap. 3. §. 7.
num. 2. Petr. Ledesm. de matrim. q. 55. art. 9. circa
fin. & innum. de matrim. cap. 15. conclus. 15. ultim.
diffic. Thom. Sanchez lib. 2. de matrim. disput. 37.
qui alios refert, Suarez 5. tom. disput. 23. sect. 5.
num. 19. contra Navarrum in man. cap. 22. num.
43. Armill. in vrb. matrimonium num. 44. Vega 2.
part. cap. 34. casu 58. 59. & 84. & alios relatios per
Thomam Sanchez ibi, quos refert Garz. incitat.
cap. 8. num. 7. & sic, sive scienter, & mala fide,
vel ignorantia, & bona fide, matrimonium fue-
rit contractum de iure invalidum, amittitur be-
neficium ipso iure, ipsoque facto, cum in utro-
que casu eadem militet renunciationis ratio ma-
trimonium contrahendo, sive scienter, sive igno-
rantia, semper videtur habere animum mutandi
statum, simulque recedendi à clericatu, ergo
idem quoque ius statuendum, nec enim est igno-
rum, ubi eadem ratio viget, idem quoque ius
statui debere, l. illud ff. ad l. aquilam cum co-
cord.

Confirmat quoque hanc ipsam sententiam ar-
gumentum ab absurdo vitando ductum, illud au-
tem est, si ille tantum, qui matrimonium igno-
ranter contraxit de iure invalidum eo ipso, quod
contraxit, statim amitteret beneficium, & per
consequens ipso iure nulla expectata hominis sen-
tentia, in hoc casu, qui scienter contraxerit, to-
tum oppositum constitueretur, hunc scilicet be-
neficium ipso iure non amittere, sequeretur ma-
gis peccantem esse melioris conditionis contra-
tex. in cap. enas, qui de præbendis in 6 hoc autem
videtur maximum absurdum ex vulgata juris re-
gula dictante neminem ex suo dolo commodum
reportare debere, ne ergo hoc sequatur absurdum
& ut illud videtur, necessariò dicendum, non
solum eum, qui ignorantia & bona fide, sed
etiam qui scienter, & mala fide matrimonium con-
traxit de iure invalidum, in utroque casu ipso
iure beneficium amittere.

Utrum autem ipso facto amittatur beneficium,
si matrimonium contrahatur sine Parocho, & tc-
stibus contra formam Concilij Tridentini: hanc
ponunt controversiam, atque resolvunt Garz. in
d.c. 8. num. 13. & Ric. in præf. fori. Eccles. dec. 240.
num. 2. hactenus de primo dubio.

Quoad secundum utrum admissa pro vera hac
quam sustinemus, sententia, per matrimonium
de jure invalidum à clericu beneficiato scienter, ac
mala fide contractum beneficium ipso jure vacare,
utrum, inquam, ulterius sententia super hoc facto
requiratur declaratoria: In hoc secundo capite
existimo, sententiam declaratoriam esse necessa-
riam ex Archid. in cap. felicis de penit. n. 13. vers.
verum tamen necessaria erit, quem sequitur eodem
in loco Joan. Andr. num. 2. vers. putat Archid. quod
quoad penas, unde frequentissimo ferè omnium
consensu receptum est à Doctoribus, sententiam
regulariter in penis etiam ipso jure statutis ne-
cessariam esse, quæ declarationem inducat, ut
est videre per Covarr. in 3. relectionis parte in cap.
alma mater §. 2. num. 9. vers. His etiam in locis de
sententia excom. in 6. & est tex. expressus in cap.
cuus secundum leges de hereticis in 6. præf. Ge-
ner. num. cap. 7. num. 8. & Andr. quo temp. mil. investi-

cap. 1. §. sancimus vers. dannetur, dixit, quod sive ipso jure, sive non, semper est necessaria sententia propter possessionem avocandam, verum lata sententia declaratoria retrotrahitur ad tempus matrimonii contracti ex dictis per Andream in præcit. loc. paulo inferius in vers. hoc est dicere eo convictio, & probata culpa faciunt adducta infra cap. 218.

16 Et si in favorem alterius beneficium renunciasset ante sententiam post contractum matrimonium, renunciatio ipsa nou valeret ex dictis per Cœvall. in d. q. 147. num. 6. secus si non esset privatus ipso jure per eundem loco cit.

17 Quod tamen limitatur ex communi DD. sententia in facto notorio, quod nulla tergiversatione celari poterit: hoc enim casu non requiritur sententia declaratoria, ita Felin. in cap. cum non ab homine num. 10. vers. livita primo de iudiciis, Hern. in usibus fendorum in cap. 1. §. sancimus illico secundo num. 2. vers. quid se esse notorium, quo tempore mil. invest. pet. deb. Covarr. qui communem esse testatur in d. cap. alma mater in 1. relationis parte §. 2. num. 9. vers. & tamen.

18 Quoad tertium, per quem Iudicem Ecclesiasticum, vel laicum sit proferenda hæc sententia declaratoria, quam haec tenus ovendi necessariam esse; tametsi ipso iure vacet beneficium, dubitati potest ex eo, quia seculari Iudici non est prohibitum pronunciare super competentia, quando pronunciat incidenter per modum cause; nam eti ditecto pronunciare non valeat super amissione beneficii attamen poterit per modum cause super declinatoria fori illam non competere: quia per matrimonium vacat beneficium, ita Bald. in auth. ad hoc C. de lat. liber. toll. Barb. in 1. Titia num. 23. vers. item quanvis ff. solut. matr. Capyc. decisi. 7. num. 4. Gutierr. canon. que. cap. 34. num. 47.

His non obstantibus tenenda est opinio, eam per Judicem Ecclesiasticum esse proferendam, quia quando aliquid dubii est circa ea, quæ spiritualia sunt, indubitatissimum est apud omnes illud per Iudicem Ecclesiasticum terminari deberet, sed super facto sit quaestio, & incidenter, poterit Judex secularis de ea cognoscere Bar. in 1. omni innovatione. C. de Sacros. Eccl. ubi etiam tradit exempla, Doctores in 1. Titia ff. solut. matrim. ubi præ ceteris Barbos. num. 23. notat, quaneo 21 quæstio dicatur esse facti Capyc. d. decisi. 7. Vinc. de Franch. decisi. 5. 12. Menoch. de recuperan. possess. remed. 15. num. 338. & de retinenda remed. 3. num. 328. Farinac. in tit. de inquisitione quæst. 8. Villalob. in tract. commun. opin. vers. Index secularis, practica Genuens. in cap. 7. num. 8. in fine, & reliqui adducti per Petram. in addit. ad relatam Capyc. 22 decisi. 7. & testes potest recipere super ipso facto juxta notata per Caball. in suis resolutionibus criminalibus casu 98. num. 31. vers. poterit talis Judex laicus, at in casu, de quo agitur, quia sententia declaratoria venit interponenda super re spirituali, non poterit interponi per Iudicem secularis, qui in spiritualibus, nec principaliter, nec incidenter potest se intromittere cap. tuam or. 24 dñe cognit. cap. dator, qui filii sint legitimè, qui nimd nec de eo, quod est spiritualibus annexum cap. quanto extra de iudiciis, Caball. in suis resolutionibus criminalibus cent. 3. casu 224. num. 38. & 39. ergo sententia hæc declaratoria per Iudicem Ecclesiasticum erit proferenda. non obstat, quod per modum cause; quia ut supra fundatum fuit, est necessaria sententia declaratoria, quæ

per indirectum excluderetur.

Sub die ... mensis Octobris 1618. per Regium Consiliarium Rovitum delegatum super fabricatione monetæ in causa Vincentii Boccini inquisiti de tonfione monetae; quia notorum erat præsumtum Vincentium Boccinum clericum beneficium scienter, & mala fide contraxisse matrimonium de iure invalidum ob affinitatem in primo gradu, quam ipse contrahens non ignorabat, conseqüenter non erat necessariò interponenda super notorio sententia declaratoria, fuit dictum, esse procedendum per Iudicem secularis, habita pro vera, & absoluta sententia illa, quæ ponit propter matrimonium nulliter, & in gradu de iure prohibitio contractum, sive ignoranter, & bona fide, sive scienter, & mala fide ipso iure beneficium vacare

Sub die 3. Iulii 1619. introducta causa in Collaterali Consilio ad relationem eiusdem Consiliarii Roviti votantibus Dominis Regentibus, videlicet Marchione Corleti, Ioanne Baptista Valenzuela, Jordano Ursino, & Camillo de Marra Proregente fuit confirmatum decretum prædictum, & si aliqui ex eis ad Iudicem Ecclesiasticum esse remittendam pronunciationem, an vacet beneficium per matrimonium nulliter contra dictum ipso iure data varietate opinionum super articulo merè spirituali nihilominus major pars in illam descendit sententiam.

26 Sub die 22. Octobris 1619. in reclamatione interuenientibus Regentibus Marchione Corleti, Ioan. Baptista Valenzuela, Jordano Ursino, Consiliario Scipione Rouito, adiunctis Marchione Sancti Angeli Praef. S.C. Consiliariis Ioannes Baptista Meliore, & Ferdinando Brancia ad relationem eiusdem Consiliarii Rouiti fuit reuocatum decretum prædictum, & prouisum; quod articulus, vtrum vacet beneficium per matrimonium, remittatur ad Iudicem Ecclesiasticum.

ARGUMENTUM.

Confugiens supra tectum, turrim, seu campanile Ecclesiae gaudet illius immunitate.

SUMMARIUM.

1 Confugiens in Ecclesiam, potest in ea citari, & contra eum non comparcentes, ut contumacem procedi, modo per talern sententiam citato aliqua sanguinis pena, vel corporalis non infligatur.

DECISIO XVI.

Confugiens quoque supra tectum Ecclesiae gaudet immunitate, Ital. de immunit. Eccl. lib. 1. cap. 4. §. 9. in fin. num. 24. & quoad hanc immunitatem comprehenduntur tectum, & tota Ecclesiae fabrica, turris, & campanilia Suarez de relig. cap. 9. num. 8. lib. 3. vers. sed quid se quis, Ioan. Mar. Bellott. disquis. clerical. part. 1. de favor. cleric. real. num. 32. §. 4. & ita decisum fuit M. C. de mense Februario 1619. in causa Octavij Mutarelli, qui supra tectum, seu astracum Ecclesiae confugit, & à loco non religioso milites accesserunt, & apprehenderunt, fuit judicatum esse in Ecclesia relinguendum, & si deinde immunitate non fuit gravatus,

vilis, ex quo delictum fuit competum sive propteritorum.

100. 106. & 107. Ex his arbitrium Iudicis mul-
tum in hoc versatur.

ARGUMENTUM.

Causa consistens in mero iuris articulo an ab
que termino sit decidenda.

SUMMARIUM.

- ¶ **S**cribentes in hoc articulo in duas contrarias abi-
runt opiniones.
Recensentur primo loco DD. qui opinati fuerunt
esse omnino dandum terminum, nec non deter-
minatio conformis.
*His contrarii subjiciuntur num. 2. & ita novissi-
me pariter decisus num. 3.*

DECISIO XVII.

¶ **P**ro opinione negativa facit; quia terminus in
qualibet causa, & exceptione, omnino est
concedendus, Inn. in cap. cuius venisset, de testib.
Reg. de Pont. cons. 62. num. 7. lib. 2. Mura decis. 99.
num. 33. & ita observatum testantur Regniculæ,
& præ ceteris D. de Franch. decis. 221. & 262. ix
fr. Anna Engul. 470. qui refert, fuisse datum ter-
minum super mero iuris articulo, an legato seu
do debeatur affirmatio, Capiblan. in prag. 8. de Ba-
ron. num. 5. & in artic. iuris intricati; qui sequi-
ratur questioni facti, altiorem indaginem requi-
rit, ita tenet Capyc. decis. 10. Gratian. discop. fo-
ren. cap. 536. num. 19.

¶ At contraria opinio fundatur auctoritate
eiusdem Inn. cap. cuius inter, & Bald. in cap. con-
stitutus, de elect. cum cœt. adductis per Annam
filium in dict. Engul. 470. ea ratione; quia quando
illud, quod in iudicio deducitur, constare pos-
sunt sine probationibus facti sunt per iura, ne
partes fatigentur laboribus, & expensis, statim
de illo iudicandum est, cum iura sint nota, & li-
ceat supplere de iure, hanc rationem assert Inn.
ubi supr. idem fundat D. Reg. Capyc. Galeota lib.
2. controv. 44. num. 17.

¶ Et ita decisum fuit per S. C. sub die 5. No-
vembbris 1640. in causa III. Comitis Conversani
cum Magnificis Gubernatoribus Montis quon-
dam Julie Caraccioli in banca Borrelli, quod
petito termino non obstante procedatur ad ex-
peditionem cause!

Sub die 23. Augusti 1641. instante Regio fisco
petente virtute Regiarum literarum procedi ad
venditionem planicie Surrenti opposita exceptio-
ne pragm. editæ Thori per Cives Civitatis Sur-
renti petentes dari terminalum, fuit in Collaterali
Concilio ordinatum, quod procedatur ad ven-
ditionem non dato termino, exceptio enim prag-
mat. editæ Thori determinari solet absque termi-
no ex dictis per D. de Curt. in divers. iur. f. lib.
bro primo in cap. incip. declarata igitur num. 53.
sicque decisum refert Reg. Salern. decis. 37. & die
4. Iul. 1641. in causa Ecclesie Sancti Nicolai de
Bario utilis domini iurisdictionis civiles S. Nican-
dri, potentis prefetti in venditione criminali ju-
risdictionis cum Francisco Grifone, per Collater.
Concil. fuit decisum absque termino esse proce-
dendum ad expeditionem cause, & confirmatum
decretum in causa reclamationis sub die 2. Octo-
ber. 1651. de hac prelatione fuit dictum supra dicit,

ARGUMENTUM.

Patet ex Summario.

SUMMARIUM:

- ¶ **C**onfugiens ad Ecclesiam non datus perfecto con-
fratrum illius gaudet immunitate, & num.
seq.

DECISIO XVIII.

¶ **C**aptus fuit quidam in Ecclesia nondum per-
fectè constructa, fuit dubitatum, an sit re-
ponendum, uti captus in loco, in quo gaudet
immunitate Ecclesiastica, & fuit judicatum sub
die 22. Augusti 1618. in causa Andreæ de Amend-
ola esse reponendum, dummodo sit auctoritate
Episcopi adflicata, Bellet. disquis. cleric. part. pri-
ma de favor. real. §. 4. num. 27 & iuxta distinctio-
nem Italæ de insmuni. lib. 1. cap. 4. §. 3. nuns. 15. per
text. in cap. Ecclesia, de insmuni. Eccles. per Abb.
Boic. & Felin. quos refert. Italia in dict. loco, ea
quidem ratione: quia cum primus lapis auctorita-
tis Episcopi positus sit, talis Ecclesia eo ipso ma-
net perpetuo dicata divino obsequio, nec potest
ad profanos usus converti cap. ad hoc de relig. de-
cim. quam rationem consideraverunt Abb. in d. c.
Ecclesia num. 5 & contrariis respondet secundum
eum Suar. de relig. cap. 9. de insmuni. Eccles. num. 2.
vers. minor. patet.

ARGUMENTUM.

Immitas Ecclesiastica non suffragatur pa-
trantibus homicidia, & mutilationem mem-
brorum in ipsis Ecclesiis, eorumve cœmete.
teris: Cœterum controvertitur an eodem
privilegio gaudet atrium Ecclesiæ.

SUMMARIUM.

- ¶ **I**mmunitas Ecclesiastica non suffragatur commis-
tentibus homicidium, & mutilationem mem-
brorum in ipsis Ecclesiis, eorumve cœmetiis,
& de ratione, & num. seq.
Sed quoniam est; an eodem privilegio potiatur
atrium Ecclesia, nuns. 2. 3. & 10.
4. Dispositio prædicta an sit favorabilis, & latè in-
terpretanda, vel è contra, & quando dispositio
dicatur odiosa, vel favorabilis nuns. 12.
5. Ecclesia nomine venit locus cum illa conjunctus
6. Qua religiosis adharent, religiosi sunt.
7. Rens confugiens ad atrium Ecclesia, illius gaudet
immunitate.
8. Præfra legis auxiliis invocat, qui in legem com-
mittit,
9. Delinquens in locis, in quibus gaudet immuni-
tate si in eisdem locis homicidium committat,
vel membrorum mutilationem, an gaudet im-
munitate, & quid decisus, & num. 10.
11. Diu in, apposita loco, an requirat tantum loci.

ECclesistica immunitas non suffragatur iis, qui homicidia, & mutilationem membrorum in ipsis Ecclesiis, eorumvè coemeteriis committere non verentur, sub verba Bullæ Gregorij IX. in cap. final. de immunitate Ecclesie.

2 Dubitatur, an appellatione Ecclesie, & coemeterii veniat atrium, quod est ante Ecclesiam intra parietem, ita ut si quis ideo homicidium, seu mutilationem membra commiserit, & postmodum in claustrum Monasterii confugerit, immunitate gaudeat.

3 Privandum esse immunitate, sustineri potest, quia ita Pontificis declaratio, ut non suffragatur immunitas iis: qui delinquent in Ecclesia, est inducta in favorem Ecclesie, ut debitus honor Ecclesie deferatur, Rebuff. art. 1. glof. 1. in tract. immunit. Eccles. num. 3. & ex verbis eiusdem Bullæ fundat Mar. Ital. in tract. de immunit. Eccles. lib. 1. cap. 5. in §. 3. in vers. satis colligitur nostram coniunctionem, ne scilicet domus Dei fiat spelunca latronum, & ne immunitas, quæ ad bonum finem fuit introducta ob reverentiam Ecclesiarum, tribuat malum, & delinquendi incentivum contra tex. in cap. iniusta 24. q. 4. & sic tanquam in favorem Ecclesie latè interpretanda est, cum favores ampliari conveniat cap. odia de reg. iur. cum concord. & nomine Ecclesie locus cum illa conjunctus venit Suarez l. 3. cap. 9 in tit. qua Eccl. propria gaudet immunitate u. g. & qua religiosis adhaerent, religiosa sunt l. qua religiosis ff. de rei vend. unde de atris Ecclesie extrahere non licet, ibique reus gaudet immunitate cap. si quis concubans 17. q. 4. cap. id constitutus eadens causa. Bar. in l. praesenti C. de his qui ad Ecclesiam confug. Suarez loco citato.

Pro hac opinione est tex. in cap. si quis in atrio Ecclesia 17. q. 4. ubi si in atrio quis homicidium committat, solvit penam violatæ immunitatis Ecclesie & statutum puniens vulnerantem in Ecclesia comprehendit vulnerantem juxta Ecclesiam, ita ex autoritate Guidonis de Suzi. tenet Joann. Andr. ad Specul. in tit. de immunit. Eccl. in fin. refert, & sequitur Alex. conf. 146. in fin. num. 14.

8 Insuper attenta alia ratione tradita in dict. cap. fin. de immunit. Eccl. qua est, quod indignum se fecit, cum frustre legis auxilium invocet, qui committit in legem, concordantes adducit Boer. decis. 110, in princ. at cura immunitate gaudeat delinquens in atrio Ecclesia, ut supra fundatum est indignum se fecit, si in ipso atrio deliquit, in omnibus igitur locis, in quibus gaudet immunitate, si in ipsis delinquat immunitas ei non suffragatur, & ita fuit observatum in diœcesi Aver-sana in anno 1623.

10 Sed his non obstantibus per M.C. fuit judicatum, esse reponendum in Ecclesia Joannem Ortiz inquisitum de homicidio rixoso, qui est expressus casus in d.c. ult. de immunit. Eccl. nempe ut homicidium, seu mutilationem membrorum committatur in Ecclesia, ut non gaudeat immunitate, ibi: homicida, seu mutilationem membrorum in ipsis Ecclesiis, eorumvè coemeteriis committere non verentur, quæ dictio, in, significat in loco, & requiri rit tactum loci, l. 1. §. in flumine ff. de fluv. cum concordan. adductis per Cæpoll. in tract. de serv. urb. præd. num. 7. & intrinsecitatem in loco, quando jungitur ablativo, & ita ex vi dictioris, in, censuit Barbos. 131. u. 11. & sustinuit Ital. in d. lib.

1. cap. 5. §. 3. num. 4. usq. nam per illam propositionem in, perpendunt quoque vim pronominis ipsius qualificatam restrictivè, hanc probant, & replicant Alex. Peregr. tract. de immunit. Eccles. cap. 6. num. 32. Gambacort. lib. 4. de immunit. cap. 11. n. 12. **12** dum odiosam esse dispositionem, non favorabilem dicant, quamvis in favorem Ecclesie, idèque restringendam: nam ad cognoscendum utrum aliquia dispositio sit odiosa, aut favorabilis, inspiciatur, seu attenditur id, super quo principaliter intendit providere, l. qui exceptionem, per Bart. ff. de condit. indeb. Capyc. dec. 62. num. 7. at cum intendit Jūdex providere ad exclusionem immunitatis, & ad puniendum reum, videtur esse odiosa.

Cùm in anno 1638. accidisset casus in Provincia Barij, fuit fundata opinio per meum Nepotem tunc Regium Auditorem, per quem allegata sequuntur.

Ioannes Græcus Bariensis accusatus de occiso Nicolao Antonio Tatio in una aedium, quæ in Attio Divi Nicolai coluntur, inseguitus ab ap. paritoribus, advolavit ad templum Princeps, ibi. que vicit, & armato satellite vallatus immunitatis clypeo an sit tutandus, ambigitur; mei inex. politi ingenii facinus non est conthurnato stylo trutinare omnes omnia sententias: quippe meis viribus impar, sed meam, quatenus mea interest, vix in medium proferre; non esse scilicet immunitatis subdicio indignum.

Fundamentum à priori sit Gregorianum statutum in cap. fin. de immunit. cuius hæc verba, homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis, eorumvè coemeteriis committere non verentur, ex his deducitur decisio ultra casus enarratos cæteros, & præcipue nostrum sub generalitate immunitatis assertari, inclusionem enim unius esse exclusionem alterius, & exceptionem firmare regulam in non exceptuatis, vulgata sunt juris axiomata, l. uana quod liquidè §. final. ff. de pen. legat. l. cibis §. ultim. ff. de milit. testam. cap. Dominus 32. qu. 7. eo fortius cum simus in odiosis, in quibus non datur extensio, cap. odia de reg. iur. in 6. sed rationibus non est morandum, ne aliena hic transcribam, cum pleniùs, per iuris Interpretes adducantur.

Et primò per Mar. Ital. de immunit. lib. 1. cap. 4. §. 7. & num. 11. usque ad 27. & cap. 5. §. 3. à num. 4. usque ad 7. qui in questione proposita, & authositatibus, & rationibus scitissimè differendo nostris annuit dictis; optimè ad hæc faciliter decis. Mastrill. 22. nempe statutum punitens delinquentem in Ecclesia non animadvertere in delinquentem in ostio Ecclesie, ad Nostrates pertransiundo non absone videtur decis. Vinc. de Franc. 402. arguentis, an indulgentia concessa delinquentibus exceptis sacrilegiis gaudeat delinquens in ostio Ecclesie, qui articulus licet non fuisset decisus; ex rationibus tamen ibi congestis affirmatur videtur, ostium enim est de Ecclesia, non autem in Ecclesia, ut ait Ricc. add. ad decisionem supra narratam, in cuius calce examinando articulum immunitatis utitur his verbis: Hinc Constitutio disponens; delinqusutem in Ecclesia non debere gaudere eins immunitate, non habet locum in delinquente in ostio Ecclesia, quia cum statutum utatur dictione in, comprehendit locum intiorens, non exteriorem Ecclesie, allegat Bar. in l. Gallus §. ille casus ff. de lib. & possib. demum incidi in Viscont. add. ad Vinc. de Franc. dec. 709. cuius

juvat hic dicta referre, sic sit: *in causa Episcopi Melitensis contra illos de Raginato, & Monetios inquisitos de homicidio in personam Francisci Cарати de Polifena commissi in dormitorio Sanctissimi Rosarii dicta Terra, & per Collaterale Concilium, & Scriptorium factum ordinatum non esse extrahendos, sed gaudere immunitate praedita, quia dictum homicidium non fuerat commissum in Ecclesia, vel cemeterio secundum Bullam predictam, & consequenter non posse extende, hac ille; nec sub silentio prætereundi Farinac. cons. q. 76. n. 14. & Peregr. in suo tract. de immunit. Ecclesie cap. 6. num. 30. 31. & 32. qui ad dicta Farinac. loc. sup. cit. huc subiectit num. 32 Quæ opinio procedit dabo, quod homicidium, vel maulitatio membra sit facta in locis privilegiatis non extra, sed propè Ecclesiam, ut intra spatiis quadraginta, vel triginta passuum circum circa Ecclesiam, intra claustrum supra tecum Ecclesiam, vel in loco subterraneo, & ratio est: quia nomen Ecclesie sumitur quandoque stricte, quandoque longe, quando tractatur de pollutione Ecclesie sumitur stricte. Unde campanile, & atrium, & familia loca non veniant nomine Ecclesie in dicto casu, quia non sunt principaliter Deo dicata, sed in quandam consequentiam, & sanguis humanae iniuriae effundatur in dictis locis, non polluitur Ecclesia, ut docet Suarez de relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 9. num. 7. quando verò tractatur de privilegio immunitatis, tunc supradicta loca veniunt nomine Ecclesie, ut docet Suar. in loco præallegato, unde cum per supradictam tertiam exceptionem restrin- gatur immunitas Ecclesie, propter nomen Ecclesie, propter nomen Ecclesie, vel cemeterii stricte su- mendum est.*

Addo ego Amaro. de immun. & libert. Eccles. cap. 5. num. 4. vers. Nec subsistunt, Barbos. iur. Eccl. de immun. cap. 3. num. 117. & perspicacissimum Donat. Ant. de Mar. resol. quot. cap. 170. num. 9. cum seqq.

D. Joseph Maria Sanfelicius.

ARGUMENTVM.

Utrum vulnerans clericum gaudeat Ecclesiastica immunitate?

S U M M A R I U M.

- 1 Fadī species.
- 2 In obiecta difficultate Doctores in variis abiernant sententias.
Et negantum fundamenta, & rationes primò recensentur, & num. seqq.
Ambrosi distinctio uti not. observatur.
- 3 Notorius clerici percussor, quando fit ab Ecclesia expellendus.
- 4 Clericus representat Ecclesiam.
Ecclesie satisfactio fieri debet de iniuria in clericis irrogata.
Fori electio non minus Ecclesie, quibus clero pro iniuria sibi illata competit, & ita praxis forensis invaluit.
Mart. Ital. uti parum diligens in hoc notatur.
DD. qui affirmativas sustinent partes referuntur, ibid. in fine.
- 5 Nunc commemoratur ratio super qua fundatur affirmativa, & sic contraria opinio.
Necnon celebris distinctio Bonif. de Vital.

Et ex remissione oruditio Farin. sufficiens, etiam clericis homicidium, nequum illum vulnerantem eadem gaudere, immunitate.

- 6 Propter commemorata DD. diffidia contraria prolata sunt decisiones, quæ hic referuntur.

DECISIO XX.

Masillus Pepe clericum vulneravit dolo ex proposito; & indictatus de mandato alterius confugit ad Ecclesiam, à qua ex tractus fuit. Dubitatum fuit, an sit ad eam reponendum.

- 2 Et pro negativa adducebantur infra scripta.

Primo, quia confugiens ad Ecclesiam, si ex eodem delicto, pro quo ad eam confugit, ipso facto sit excommunicatus, ut in praesenti facti figurata, tunc non gaudet praefata immunitate, ex adductis notissimè per Ambros. in tract. de immunit. cap. 8. in fin. vers. & minus obstat, & ante eum hoc uoluit Decian. in tract. crim. lib. 6. c. 26. de casibus, qui respiciunt personam num. 3. in fin. & num. 11.

- 3 Hinc ex concordi DD. consensu notorius clerici percussor vel excommunicatus ab Ecclesia expellendus venit tempore celebrationis divinorum officiorum, et si expelli non potest, omitenda sunt officia, sic ex Coyar. Sayt. Tab. Sot. Navar. & aliis tenet Emanuel Sa in aphorism. confessar. in verbo excommunicatus num. 34. iuncto num. 40. & ideo si cum tempore, quoad Ecclesiam confugit, divina celebrantur officia, recte ex hoc videbatur extractus, tanquam excommunicatus, & licite captus post extractionem in loco non immuni.

- 4 Insuper eadem opinio, & hac juvatur ratione, quia dictus Masillus commisit in Ecclesiam dum percussit dictum clericum, qui Ecclesiam representat, Decian. in d. lib. 6. cap. 28. num. 11. unde iniuria facta clero dicitur tacta Ecclesie cap. 2. §. fin. de foro competenti, cap. accusatio secunda q. 7. Et ideo requiritur iustificatio Ecclesie, cap. desideres §. fin. de sententia excommunicationis, ex qui his fuit plures iudicatum, & in dies observatur, quod sicut competit electio fori Ecclesie, ita patiter clero pro iniuria sibi illata ex traditis per utrumque Annam in allegatione 146. quod non animadvertis Italia in tract. de immun. cap. 5. §. 3. num. 80. vers. & cum hac distinctione concordare videtur, qui in sacrilegio ad locum tantum restinxit. Et hoc argumento, quia clericus representat Ecclesiam, tenuit vulnus infligentem clericu non gaudere immunitate Ecclesiastica Bova. dill. in polit. 1. cons. lib. 11. cap. 14. num. 46. in fin. vers. pero ni es que le hytro, eadem sequitur Villadiég. in politica cap. 3. dell' immunità Ecclesiastica numero 212. vers. tan poco gozara hanc etiam opinionem tenet Riccius in practi variarum resol. 309.

- 5 At pro affirmativa, quod gaudeat immunitate, adducebatur haec ratio, quia non reperitur de jure, nec ex tenore Bullæ Gregorii prohibita immunitas in hoc casu, nec per excommunicationem illa privatur, quando confugit ad Ecclesiam, ut corpus salvet, vel membra sua, nam tunc non est extrahendus invitus, sed desistendum à celebratione missarum, securus quando cum sua protervia stat, impediendo illarum celebrationem, ita distinguit Bonif. de vital. in repetitio-ne Clement. gravius num. 23. vers. Praterea alius extrahere de sententia excommunicationis, nam com-

DECIS. XXI. LIBER I.

35

communicatus' gaudet immunitate Ecclesie, ex adductis per Farinac. de carteribus, & carceratis,
q. 2. nro. 39.

Qui amplius in tis. de immunitate Ecclesie cap. 7. nro. 114. sustinuit, vulnerantem, imo occidentem clericum gaudere immunitate, quia Constitutio hunc casum non excipit.

Denique hac aincipiti controversia duas ortas sunt decisiones invicem, & ex diametro contraria in proposito casu sub die 5. Aprilis 1619. per S.C. fuit decisum D. Pepe non gaudere Ecclesie immunitate, & in reclamatione fuit confirmata decisio, deinde in anno 1621. sub die 8. Novembris per M.C. delegatam fuit judicatum esse repnendos in Ecclesia Joannem Baptis. & Joannem de Russis inquisitos de homicidio in personam Sacerdotis Thesaurarii, & Viceprioris Ecclesie Sancti Nicolai in Civitate Barij, acta sunt in banca Frauli in M. C. & decretum confirmatum per Collaterale Consilium.

ARGUMENTVM.

Filius, & famulus an gaudeant privilegio patris & domini quoad fori declinatoriam, & quae requiratur.

SUMMARIUM.

- 1 Esercitium, & descriptio matricula requiritur, ut competat cognitio Curia artis lana, & serici.
- 2 Descriptio in matricula patris, & Domini operatur etiam in beneficiis filiorum, & famularum quoad competentiam Judicis, & ita decisum.
- 3 Familia quando gaudeat privilegio Domini, & quid in familia Episcopi, & clericorum, & in famulis Ecclesie remissius.
- 4 Et quid si tempore delicti erat de exercitio, possea ancem illud dereliquit, an tempus indicii attendatur, & proinde puniendum sit per Judicem ordinarium, vel mittendum ad Judicem artis, & quid est converso, & quid de pena, & modo procedendi remissius.

DECISIO XXI.

- 1 Exercitium, & descriptio in matricula requiriuntur ad hoc, ut cognitio spectet ad Curtiam artis serici, & artis lanae, de quibus habes per Praesid. de Franch. decis. 481. & sufficit descriptio patris, seu Domini, ut dicatur competens in causa filii, seu famuli, cum privilegium sit concessum ratione professionis, seu exercitii.
- 2 Jo. de Plat. in l. in filiis num. 4. C. de decur. lib. 10. cuius verba haec sunt, *Si autem privilegium sit concessum alicui ratione professionis officii, vel exercitii, quod gerit, vel cui deseruit, hoc privilegium transit ad filios existentes in servitio illius, & quandiū ille vivit, & morte illius extinguitur, sicut extinguitur exercitium, quod erat privilegii causa, & ita firmat idem Jo. de Plat. in l. viros, de comit. consistor. lib. 12. & in l. ue ad diversa 4. C. de silent. oib. eo. & in l. eos, qui 6. C. de fabricens. lib. 10. & judicatum fuit de anno 1587. in causa Cæfaris Mangiapia famuli Sebastiani Marchesii artis serici, & in causa Tyberii Cammayoli filii Michaelis Cammayoli sub die 9. Decembris anno 1545. & in causa Francisci Antonii Paterni exercentis artem serici sub patre matriculato de mense Novembris 1598. Et in causa*

Joannis alias Joannelli Cammayoli filii Pompeii Cammayoli sub die 3. Decembris 1640. revocando sententiam Magna Curia quæ aliter judicaverat, & in causa reclamationis confirmata sub die 9. Martii 1605. Et novissimè de anno 1611. ita observacum per M. C. in causa Francisci de Amore.

- 3 Et quando familia gaudeat privilegio Domini quoad forum vide Capyc. decis. 12. & quid in familia clerici, & Episcopi, & ibi Addentes, & Marta in tract. de jurisdic. pars. 4. contur. 2. cas. 3. & Thesaur. decis. Pedona. 22. & latè sunt tradita supra in cap. 1. ubi etiam quid de famulis Ecclesie.
- 4 Et quid si tempore delicti erat de exercitio, postea autem dereliquit exercitium, an tempus judicij attendatur, & sit puniendum per Judicem ordinarium, vel remittendum ad ludicem artis, vide Vinc. de Franch. decis. 417. & per Caball. cas. 147 ubi etiam quid est converso, & quid de pena & modo procedendi.

ARGUMENTVM.

An ad fisci instantiam sint recipiendi testes post publicationem contra inquisitum accusatore existente in judicio.

SUMMARIUM.

- 1 Ex officio posse Judicem publicatis attestacionibus novos recipere testes, adfronatur, & ita prædicatur, & nro. 3.
- 2 Quod exceeditur in omni eo, quod Judex ex officio faceret, ne publicatione ipsius non impeditur.
- 3 Usus forensis inolevis causas supersedenti etiam in linea expeditionis sub praesertim novorum testimoniis.
- 4 Et tandem pro inventanda innocentia, quam si pro maleficio desegendo procedatur, & nro. 6. & 9.
- 5 Et in quaenamque judicij parte.
- 6 Non enim impunita debere remanere delicto.
- 7 Neque innocens puniri.
- 8 Locum quoque obtinebit bac nostra particularis assertio in fisco, ac inquisitionis promotore à Principe doputato, ut ad eius instantiam pro reperiendo maleficio ad sententiam usque testes recipere Iudea teneatur, & in causa supersedentur, & nro. 12.
- 9 Etenim in fisci procuratore calumnia, vel subordinationis omnino cessat presumptio, cum commodum, inconveniendum ad ipsum minimè spectet, & ex officii necessitate procedat.
- 10 Quo officii necessitas à presumpta excusat calumna, & fisci procurator publicata testimonia dicta apud se semper habet.
- 11 Fiscus admittitur etiam post publicationem ad confirmanda testimonia fisci dicta, eaque vovenda, testes producere.
- 12 Quod quod quando locum sibi vendicet, exemplificatur.
- 13 Vnde ad probationem iudicij contraria posse publicationem, tamen actor, quam reus admittitur ad confirmanda dicta testimonia examinatos rursus ante publicationem.
- 14 Directè probatio contraria quando dicta remisit se.

96 D. REG. JOAN. FRANCISCI SANFELICII

- 39 Accusatore existente, quando fiscus, seu Iudex ex officio ad offensam reorum post publicationem testes producere possit.
- 40 Moderorum observandum in tali receptione, & ita decisum num. 21.
- 42 Accusatore existente, an censeatur fiscus inhaerere appellationi iuxta Regiam Pragmaticam.
- 43 Accusatore appellante, & deinde renunciante, an fiscus possit prosequi.
- 44 Testes ut & quando possint repeti in secunda iustitia.
- 45 Testes non bend repetiti ex errore Actuarii, sed indicis, possunt repeti etiam publicato processu, & sermone dato ad repetendum.

DECISIO XXII.

Posse Iudicem ex officio publicatis atestationibus, novos recipere testes tenuerunt Dicit Reginaldus, Foller, in præc. crimi. in rubr. fiat publicatio in fin. dicens, quod publicatio non agat Iudicem in eo, quod ex officio saceret, assert de ceteram Bald. in l. data opera C. qui accus. non poss. col. 11. vers. item nota, & si practicatur, & idem Bald. in s. Presbyteri in prima C. de Episc. 3 & clar. num. 8. vers. 10. in criminali siquidem est Carav. rit. 69. 12. p. qui testatur, videlicet servari 4 causas in lumine expeditonis supercederi praetextu novorum testimoni, non sicut pro invenienda innocentia, ita etiam pro reperiendo maleficio 5 Iudex potest in quaunque iudicij parte ex suo officio testes recipere Affl. in Consil. terminatum 6 vita num. 44. vers. Ego semper temere, dixit 7 tam ad defensionem quam ad offensionem ex officio, Ju- 8 dicem posse post publicationem in causa testes recipere ne delicta remaneant impunita, vel ne in- 9 nocens puniatur. & inferius in versiculo inde dicit Angel. de Aret. hoc procedere; sive agatur per viam inquisitionis, sive accusationis assertit, & Bonacossi in recoll. cons. opin. loc. 9. cap. 4. in fin. vers. Testes ad defensionem recipi possunt per viam inquisitionis, sive accusationis, erit ergo conclusio, quod ad defensionem inquisitor per Iudicem ex officio, sive quandocunque post publicationem ante sententiam possunt recipi testes, Affl. loc. cit. vers. Sed in causa criminali, Vrshill. ad dec. Affl. 216. num. 3.

10 Et etiam ad fisci instantiam pro maleficio repe- 11 riendo ad sententiam usque testes recipere tene- 12 tur, & in causa supercedetur Baiar. ad lul. Clar. quib. 62. vers. Non quinam secundum aliquos, Thel. decis. 262, in prima ampl. Far. nac. quib. 77. 13 num. 413. ubi communem refert. Quia cum fi- 14 sci procurator ex officio necessitate procedat, nec ad eum commodum, vel incommodum pertineat, non presumitur in eo calumnia, vel subornatio, ut tradunt Cyn. & Bal. in l. Iancinus C. de iudic. 15 necessitas enim officii excusat a presumpta ca- 16 lumnia, ut in l. 2. c. de calumpniator. sicut ergo Iudex admittitur ad recipiendos testes vel ad re- 17 petendum, ita & promotor inquisitionis & Prin- 18 cipe deputatus, Aret. in cap. cum clamor num. 5. vers. Unde non possumus dicere, & melius do- 19 tes ea enim ratione, quia cessat subornationis timor, & fisci procurator habet apud le publicata testimoni dicta, quod confidaverunt Ioann. Andr. & Felic. in d. cap. cum clamor, & Marian. Socin. in rep. cap. qualiter, & quando num. 1084. vers. Quoniam Iudici inquirenti ex uno officio eas. de accus.

20 Ed maxime ad confirmanda, & fovenda dif- 21 gestum fisci, ut in casu, de quo agitur, ex di- 22 citis per Innoc. in d. cap. cum clamor, de testi. ubi Innoc. ponit exempli, videlicet. Probavi per duos 23 testes me emissi die tali, adversarius probavit, me alibi fuisse, postum post publicationem atte- 24 stationum alicet producere testes ad confirmationem, & fovendum dicta meorum testimoni, scili- 25 get, quod eadem die sui praesens, & emi, quem referunt, & sequuntur Bai. Abb. & Anch. in alleg. cap. cum clamor, & ita judicatum fuit in Conclu- 26 sion. Panor. ut testatur, Mar. Giurb. decis. 73. in fin. 27 pro quo faciunt dicta per Capyc. decis. 62. unde ad directe contraria probationem admittitur, tam actor, quam reus post publicationem, & in 28 casu predicto exemplificat directam Imbrian. in tract. de repulsa confid. 2. num. 160. & num. 161. vers. At indirecte.

Remanet tamen dubium, an accusatore existente possit Iudex ex officio testes ad offensionem examinare.

In qua questione variè DD. loquuti sunt, ita quod tam affirmativam, quam negativam senten- 29 tiam communem referunt moderni, quos con- 30 gerit Farin. in tract. de testi. quib. 77. num. 414. in 31 6. ampliat. & si negativam communioram assertat, eam tamen inferiorum num. 418. vers. quid dicen- 32 dum, restringit, quando Iudex esset certus, nullam adesse subornationem, & in fin. d. quib. num. 430. in præxi autem affirmativa est recepta, & secundum hanc judicavit Senat. Pedemont. teste Thesaluro decis. 262. Affl. qui in judicando in Sa- 33 cro Consilio plurimum vacavit, eandem tenuit in d. Consil. terminata vita num. 44. vers. inde dicit Angel. de Aret. Jul. Clar. quib. 61. num. 3. vers. si vero delictum est zelo, pro quo etiam ex officio procedi potest.

34 Que opinio servanda est cum aliquibus circums- 35 stantibus, scilicet absque interventu, & notitia ac- 36 cusatoris ex dictis per Affl. & Jul. Clar. relatibus in 37 locis, & ex causa, vbi non adest falsitatis suspi- 38 cione juxta ea, que advertunt Jul. Clar. & Farin. 39 quib. sup. & his circumstantibus adhibitis sublata re- 40 manent omnia, quæ pro contraria parte adducun- 41 tur.

Et iuxta predicta observatur in M.C.

42 Item accusatore existente, & eo appellante non 43 censetur fiscus inhaerere appellationi, & hoc casu cessat dispositio Reg. pragmas. 8. de appellat. Vin- 44 cent. de Franch. decis. 366. in fin. Reg. de Pont, in tract. de potest. Proreg. sis. de elect. official. §. 1. num. 33. Rovit. in d. pragm. 8. vnde potest in præjudi- 45 cium fisci renunciari, idem Dom. de Franch. dec. 658. & ita resolutum fuit per M. C. vti delega- 46 tam in causa Francisci Antonij David Ducis Castelutij de mente Novembri 1625. nam dum accusator reclamasset à decreto liberatorio renun- 47 ciata reclamatione, fiscus prosequi posse præten- 48 debat, fuit per M. C. denegata prosequitio: ob- 49 tinuit à Prorege absque voto Collateralis Consili- 50 hi rescriptum, quod revideatur causa accidente consilio cuiusdam Regij Consiliarij, qui mecum alloquitus, dicebat, quod sicut accusatore, vel 51 denunciatore desidente Curia ex officio procedit per authoritates adductas per Carav. in rit. 202. 52 num. 1. & 132. num. 14. ita desidente in causa re- 53 clamacionis justè per Principem mandari poterit 54 prosequitio ad fisci instantiam.

55 Et redeundo ad materiam receptionis testimoni post publicationem fuit de mente Septembri in anno

DECIS. XXII.

anno 1627 per Magnam Curiam resolutum esse repetendos testes in secunda instantia, qui fuerunt repetitis habiti in prima instantia à procuratore non habente potestatem, pro quo facit tex. in Clem. testibus juncta gloss. in verb. ritu de testib. & dicta per Affl. in Conf. Iuris peritorum num. 6. & in terminis Vinc. de Franch. decis. 668. fuit etiam per M. C. judicatum concordi sententia, & confirmatum per S. C. esse repetendos testes post publicationem in causa examinatos in alma urbe in causa ibi vertente, per quorum depositiones fundabatur delictum in genere, & elapo termino dato ad repetendum ad instantiam fisci, nulla habita ratione de dispositis in pragm. 3. de cit. quia per errorem actuarij non fuit transmissa copia testium, qui erant repetendi in causa vertente in M. C. sed penitus diversa, pro quo faciunt decis. Guid. Papæ 124. Vinc. de Franch. decis. 371. & adducta per Vivium in Silva in comp. opin. opin. 911. testes nulliter recepti; in causa Duciiss. Sermonetæ, & Caroli Caracciolo cum Octavio Carbono,

ARGUMENTVM.

Votata causa fisco, inaudito non dum prolatæ sententia ob paritatem votorum, an sit ei prohibitum novos producere testes,

S U M M A R I U M.

- 1 Vota prolatæ, fisco inaudito nulla fuit.
- 2 Potest fiscus novos producere testes votata causa ipso inaudito, maxime cum vota non operantur effectum sententia, num. 3, & ita judicatum.

DECISIO XXII.

Fiscus usque ad sententiam admittitur ad novas probationes, ut suprà est fundatum in præced. decis. num. 10.

Sed quid si fuit votata causa, & Judices fuerunt in pari voto, non auditio fisco, an testes produciti pro parte Regij fisci ad probationem delictis antequam cum adjuncto sententia proferatur, sint recipiendi, & dandus terminus super novis reo,

Pro fisco dicebatur, nulliter suisse prolata vota predicta ipso inaudito juxt. tex. in l. fi. fiscus ff. de iure fisci, ibi: quare si sine fisci Advocate, pronunciatur sic, Divus Marcus rescripte, nihil esse actum, & ideo ex integrō cognosci oportere, idem disponitur per Reg. pragm. quo actu annullato potest fiscus juxta dicta in proximè præcedenti definitione novos producere testes.

Et maximè cum vota non operentur effectum sententia ex dictis per Affl. in decis. 303. num. 2, vers. omnibus fuit visum.

Ex quibus per M. C. coram Regente Corleti, qui ibi reperiebatur pro visitatione carceratorum ipso approbante fuit admissa probatio, & datus terminus super novis sub die ultimo Martij 1618. in causa,

quod in S. C. sub 10. Maij confirmatum fuit.

ARGUMENTVM.

Testium depositio in tormentis an egeat ratificatione.

LIBERI.

S U M M A R I U M:

37

- 1 Testis convictus negans subiiciendas est quaestib. nibus.
- 2 In tortura contra testes compertos, vel negantes ab procedatur absque disputatione, & non data copia iudiciorum, & processus.
- 3 Au testis confessi in tormentis dictum operatur absque ratificatione, & de observantia num. 6.
- 4 Testis tortus an ex intervallo dictum suum sponte corrigeretur posse, & num. 6.
- 5 Confessio rei in tormentis emanata metu tormentorum suspecta dici potest, ideoque ex ea rens ipse uti confessus, nisi in ea perseveret, puniri non potest.

DECISIO XXIV.

Testis convictus negant subiiciendas ex questionibus juxta ea, quæ traduntur per Bart. in l. unius §. Indem in fine, in Lex libero in princ. num. 1. col. 1. vers. secundus si convincitur, & in l. 1. cui ff. de quaest. Bossi. in cit. de tortur. seb. num. 8. Jul. Clar. lib. 5. qu. 25. num. 8. vers. torturatur etiam testes, Gomez in cit. de panis cap. 13. num. 29. & alios quam plurimos DD. ad hoc concessos per Farinac. de testib. in cit. de testib. in cit. de oppos. contra examen test. quaest. 74. num. 20. cum seqq. & proceditur absque disputatione non data copia judiciorum, & processus ex dictis per Bart. & Marsil. in d. l. unius §. Iudea in fine ff. de quaest. quæ opinionem communem refert Jul. Clar. in d. qu. 25. num. 9. solle dubitari, & latissimè Scacc. in tract. de jud. can. civil. & criminis in cap. 100. poft num. 16. vers. si non fugillat, & probans opin. Farinac. de judic. & tortur. qu. 39. num. 116. limit. 7. assert allegationes Advocatorum pro verae opinione, & distinguendo questionem determinat num. 148. vers. sublimitanda videsur.

Id autem in oontroversiam venit, an si testis confiteatur, ejus dictum absque ratificatione operetur, Doctores alij affirmativam, alij vero negativam tenuerunt,

Qui affirmativam sequuti sunt, nimirum testem de maleficio per alium commissio deponentem cum tortura probare absque eo, quod postea ex intervale extra tormenta confirmat, & ratificat dictum suum, ea nixi sunt ratione: quoniam testis tortus non potest ex intervallo dictum suum sponte corrigeretur, ut in cap. præsored extra de testib. ideoque nulla in eo requiri perseverantiam asseverant, ita concludunt aliqui DD. è quorum numero sunt Bst. in l. fin. num. 2. vers. in ea gloss. ibi contra se c. de quaest. Aug. de Arimin. & Onofr. Camajan. Baldo se subscriptentes à Caball. relatedi, qui in eandem descendit sententiam in suis resolutionibus criminalibus 10. 1. cas. 33. in princ.

Negativa vero tententia, quæ habet, testis torti dictum absque ratificatione subsequente nullius roboris, atque probationis esse, neque aliquid operari, eo fundatur argumento, nam confessio in tormentis emanata metu tormentorum suscep. Etta dici potest, ad tex. in l. prima §. questioni, & §. si quis vulnero in princ. de quaest. in l. 2. jun. Etta gloss. in verb. sed admissa C. de custod. reorum, quam ob rem ex ea reus vti confessus, nisi in ea perseveret, puniri nequaquam potest Accurs. in l. prima §. divus Severus rescriptit in verb. pro exploratis ff. de quaest. Foller. in præst. in verb. & si confessibus en. num. 81. vers. 25. requiritur. At vero hæc ipsa ratio ita locum sibi vindicat, cum in

ca.

caput suum ; quis confiteatur , sicut cum in caput alterius , imo fortius , cur ergo in hoc secundo capite nulla alia potest testis torti ratificatio , & perseverantia extra tormenta requiei non debet ? & ne dum eadem , quae in ipso principaliter in reo inquam , sed imo major , atque fortior in eo viget ratio , & hoc argumento hanc sectatus opinionem Gomez var. resol. in sit. de penit. cap. 13. num. 29. & ante eum Boss. in sit. de confessis per foras. num. 7. ceterique adducti per Bajard. tandem sententiam amplectentem in addis. ad Jul. Clar. relata quaevis. 5. num. 4. vers. item addo , quod serpara testimoniis.

Et secundum hanc judicare tutius esset ex dictis per Caball. in d. casu 33. in fine , & firmior fundamento fundaram , & posset responderi ad fundamentum contrariae opinionis , quod tunc est & dictum tuum corriger non potest , nisi incontinenti , quando non adest dubium , quod me tu tormentorum dixit , quae iusplicio tollitur per perseverantiam , seu per ratificationem , verum junta primam opinionem obseruatam fuit per D. Reg. Rovit. tunc Reg. ut Confiliar. vti delegatum contra sonentes , & fabricantes falsam modetam.

ARGUMENTVM,

An remissio assertorum coniunctorum defunctorum non probato coniunctionis gradu sufficiat ad sustinendam gratiam impetratam;

S U M M A R I U M.

- 3 Remissio assertorum coniunctorum defunctorum non probato coniunctionis gradu sat non est ad sustinendam gratiam impetratam , sed est necessaria probatio , quod includi possit intra gradum successionis , & quod proximior non adsit , & ita indicatum , num. 9.
- 4 Actio remissioendi per pragmaticam 8. de complicitate quibus competit.
- 5 Quocies aliquis vult ut aliquia dispositione , sive patre , quod requiris certam qualitatem , ad hoc , ne patre , sive dispositio locum habeat , & verificari possit , debet agens ex illo probare qualitatem illaque , nec sufficit agens sine qualitate dare.
- 6 Consanguinitatis gradus quomodo sunt probandi , A quo autem sit qualitas bac probanda & reo , vel & fisco , declaratur num. 6. & 8.
- 7 Decretum praembuli invenit rit. M. C. non interponitur , nisi ad instantiam filiorum , & descendenter , ad instantiam verò aliorum , qui sunt ex linea transversali , nequaquam , nisi (quod difficile est) probetur , non adesse proximiorem.
- 8 Ex antiqua observantia tam in Magna Curia ; quod in aliis Italiæ locis non vales gratia , prius quam à M. C. seu à magistratu , ubi pondere inquisitio , sit decretum super eius exequutione interpositum.
- 9 Qualitas proditoris non expressa vitias gratiam super homicidio proditorie patrato.

DECISO XXV.

IN S. C. relationem M. C. fuit dubitatum super nullitate gratiae impetratae per Vitalianum de Andria in remissio assertorum coniuctorum defunctorum non probato gradu coniunctionis sat sit

ad sufficiendum gratiam impetratam quam fiscus impugnabat ex eo , quod actio remittendi competit his quibus competit successio per pragmatis. 8. de complicitate . Et sic non sufficie remissio ; sed est probanda haec qualitas , quod remittendi competit successio nam quoiescumque aliquis vult ut alii qua dispositione sive statuto , quod requirit certam qualitatem , ad hoc ut statutum sive dispositio locum habeat , & possit verificari in casu suo debet agens ex illo probare qualitatem illam , nec sufficit actum sine qualitate probare Mascard. de probat. conclus. 1254. num. 9. vers. cum igitur probanda sit qualitas . Imo necesse est probare sigillatim singulos consanguinitatis gradus , & certa computatione distingueret , vt de testibus super consanguinitate deponentibus dicit tex. in cap. licet et quadam vers. testis autem , & ibi Panor. column. ult. de testib. nam non omnis conjunctus admittitur ; sed his tantum , qui potest succedere si est omnium proximus ; asserendo igitur , & probando simpliciter , se esse consanguineum sine certa graduum computatione , incerta est probatio , quae potest includi , vel non includi intra gradum successionis , ideo non relevat , cap. in præsentia de probat. latè Tiraq. de retract. l. 1. gloss. 16. num. 4.

S Vnde decretum praembuli juxta ritus M. C. 178. non interponitur , nisi ad instantiam filiorum , & descendantium ; ad instantiam verò aliorum , qui sunt ex linea transversali , nequaquam : nam neesse esset probare gradum , & non adesse proximiorem , quod cum sit difficile nemo se ponit in hoc , propterea dicit Carav. in rit. 181. num. 4. vers. adverte tamens.

6 Hoc sine dubio observandum erit , quando reus petit exequutionem gratiae in M. C. nam ex antiqua observantia non prius valet gratia , quam si à M. C. sed à magistratu , vbi pendet inquisitio , sit interpositum decretum super exequutione , si- cuit etiam obseratur in aliis Italiæ locis teste Theofaur. dicti , 1. 1. in princ. cum id sit fundamentum sue intentionis.

8 At quando jam reperitur interpositum decre- tum super exequutione gratiae , & fiscus agit ad annullandam gratiam , tunc erit fundamentum si sci agentis probare alios adesse , quibus successio competit : quia presumuntur pro Judice ex dictis per Alciat. presump. 9. reg. 1. & quia est in possessione libertatis propter gratiam , & est conveniens , secùs verò quando agit dicens velle gaudere gratia : quia plenè probare debet requisita ad validitatem gratiae , ita Abb. distinguit in causa liberali in cap. auditis num. 30. in fin. vers. in causa tamen liberali de prescripte.

9 In M. C. V. sub die 15. Octobris 1619. in causa Ferdinandi Blaschi fuit judicatum , remissionem avunculi , non probato , quod sit proximior , non sufficere ad exequendum gratiam , in qua adera clausula , dypmodo Partis remissionem habebat.

10 Secundo fuit oppositum , non fuisse expressam qualitatem proditionis , sed tantum homicidium , & super tali assertione concessam gratiam , quo casu non probest gratia , non expressa proditione . Ses. in tract. exhibit. & magistr. cap. 1. §. 5. num. 60. vers.

ver. iusq; quid plus est, Thesaur. d. decis. 21. num. 2.

ARGUMENTVM.

Vxor an admittatur ad necem uiri deferendam, & an requiratur eius remissio pro obtinenda compositione, seu gratia.

SUMMARIUM,

- 1 Vxor ad necem viri deferendam an admittatur, ejusque remissio pro compositione, vel gratia obtinenda necessaria sit, queritur, & seq.
- 2 Vxoris remissionem necessariam non esse argumento ostenditur, contrarium tamen observatum; & dictum fertur, & nu. 25.
- 3 Vxori non defertur successio, nisi agnatis, & cognatis, ceterisque transversalibus usque ad decimum successionis gradum deficientibus.
- 4 Vxorem ex juris communis dispositione de necे viri accusare posse non dubitatur, quamvis non sit mariti haeres, & n. 7.
- 5 Itidem de morte saceri.
- 6 Sacer vxori conjungitur mediante persona mariti.
- 7 Ritus M. C. illos ad accusandum tantum admittit, qui suam, vel suorum prosequuntur injuriā.
- 8 Vxor in uiciscendo viro necem suorum appellatio ne continetur.
- 9 Imo suam prosequitur injuriā, dum viri necem vindicat.
- 10 Vxor una caro cum marito dicitur, & quomodo hoc pronunciatum, intelligatur, declaratur, & num. 17.
- 11 Explicatur pragm. 8. de composit.
- 12 Declaratur lex item apud Labeonem §. si quis virgines ff. de injurijs.
- 13 Injuriam facere dicitur, qui se injuriā facere non ignorat.
- 14 Injuriantis affl. s. considerari debet.
- 15 Voluntas, & propositum distinguunt maleficia.
- 16 Declaratur rit. M. C. 191. secundum ordinem Caravit.
- 17 Statuta extenuans non recipiunt interpretatiō nem, nec ad futura extenduntur casum, nisi casus futus expresse specialiter exprimatur, & num. 22.
- 18 Interpretari ad casum futū, & impropriū existentiam importat.
- 19 Fictio in statutis locum sibi non vindicat.
- 20 Vxor orbata viro inter miserabiles, ut vidua recessetur.
- 21 Titum occidere volens, & Sempronium occidens quamvis animus non habuerit occidendi Sempronium, adhuc Sempronij remissio necessaria erit.

DECISIO XXVI.

Pro opinione negativa adducuntur verba pragmatica 8. de composit. ibi. La volontà nostra è, che s' ottengano le remissioni predette da tutti li parenti di detti occisi più prossimi, e più gionti, alli quali si deferisce la successione del morto. At cum vxori non deferatur successio existentibus agnatis, sequitur jus accusandi, & remittendi non habere, nisi deficientibus agnatis, & cognatis, ceterisque transversalibus usque ad decimum gradum successionis ex dictis per Foller. super pragm. fin. de composit. num. 5. 1. vers. ampliate modo vos utramque materiam, novissimè Hier.

Ferdinandez de Otero lucubrat. Roman. disp. 27. adductis pro vtraque opinione argumentis in ea residet, attento jure communī, vxorem admittendam esse, tam ad viadictam necis mariti, quam ad compositionem, & remissionem illius; attento vero jure Regni Neap. eandem admitti ad accusandum ex traditis per Caravit. non autem ad remittendum, concurrentibus alijs consanguineis, & successoribus hæreditatijs ex dispositione Reg. Pragmatica.

- 4 Pro affirmativa adducuntur dispositiones juris communis, & ritus. De jure igitur jure communī nemo est, qui dubitet, vxorem accusare posse de necē viri, quod probat Bart. in l. 2. num. 12. ff. de accusat. sumpto arguento à majori, nam si potest accusare de morte saceri, ut in d. l. 2. junct. a 5 l. lege Iulia ff. de testib. qui sacer sibi conjungitur mediante persona mariti, multò magis poterit accusare de necē ipsius mariti, quamvis non sit mariti haeres Roman. in l. prima §. potuisse ff. ad syllanian. & hanc multi DD. sequuntur, & communem referunt, vt per Farinac in tit. de accusat. part. prinea, quāb. 13. nn. 14. Andr. de Ifern, & Affl. in Conf. summo periculo per ritum. M.C.V.
- 8 secundum ordinem Caravite disponitur, ad accusandum illos tantum admitti, qui suam, vel suorum injuriam prosequuntur, & inter hos cōnumeratur vxor non solum quia suorum appellatione venit Caravit. in d. rit. 191. nn. 6. vers. quot
- 10 sic dicunt, sed etiam, qui suam prosequitur injuriam, suumque damaū metitur, adducit tex. in l. item apud Labeonem §. si quis virginem in vers. tenetur ff. de injurijs, Glol. in Constitutione summo periculo in verb. mater vers. sed quid de uxore, Foller. in d. pragm. 8. de composit. num. 24. vers. d. Reg. pragm. Cartaglia ibid. num. 3. Vulpell. in tract. de pace quāb. 11. ex quo est una causa cum marito, & propter magnam amorem ad invicem afficiuntur Gloss. in l. sc. cum doceas §. si maritus in verbo participes ff. solut. matr. cap. gaudemus §. quia vero de divorcijs, Genes. 2. & juxta illud Proprietij.

Omnis amor magnus, sed aperte in conjugi major.

Ex his p̄fati DD. & Regniculae p̄fertim indabitanter, & jus querelandi, & jus remittendi competere affirmaverunt.

- 12 Nec obstat pragmatica p̄dicta, quae tantum suos declaravit, ut ex verbis ejusdem pragmaticæ colligitur ibi. Et havendoci questa gran Corte facta instantia per dichiaratione da che grado congiō: ti li offisi, &c. nec de ijs loquuta fuit; quibus suam injuriam prosequi est permisum.

Verum qui negativam sustinuerunt, respondebant ad text. in l. item apud Labeonem §. si quis virgines, ibi Vulp. dat actionem comiti, quando in injuriam ipsius comitis fuerit commisum homicidium, quod patet ibi in vers. abducisse videatur, ibi, ut comes cum ea non esset, et paulò inferius, qui persuaserit comiti, ut eam deseroret, at quando animus fuit tantum uicisci in virum, non occidit, ut vxorem desereret, nec considerata vxoris persona; sed odio ipsius viri, tunc nulla injuria, dicitur illata vxori, cum nemo injuriam faciat, nisi qui scit se injuriā facere, l. illud §.

- 14 sācē cum si, & l. sequenti ff. de injur. et effectus injuriam facientis considerari debet, l. eum, qui
- 15 §. si injuria ff. volens, unde maleficia uoluntas, et propositum committentis distinguunt l. qui injuria ff. de furtis.

17 Itemque ad id, quod dicebatur, esse unam catenam

Nem cum marito, et quod dicatur persona, et pars corporis, cum id dicatur impropriè, et fictè, et titus admittens eum, qui suam injuriam prosequitur, intelligendus est secundum ueritatem, non secundum fictionem, & hoc illa ratione, quia statuta non recipiunt interpretationem extensum sed interpretari ad fictum, et improprium esset extendere, uerba sunt Bart. in l. si isti, qui pro empore nam. 33. ff. de usucap. unde fictio non habet locum in statutis, letè Joann. Bapt. Const. in tract. de retrotraxio. regul. 5. c. 11. nec statuta extenduntur ad calum fictum, nisi expresse specialiter exprimat ut calus fictus Ann. alleg. 70. n. 7. & seq.

23 Ad quæ poterit responderi, quod damnum fuit illatum uxori, quæ orbata uiro remansit miserabilis. Et inter miserabiles connumeratur, ut vidua Innocent. in cap. significantibus de off. deleg. l. unic. C. quando Imperator inter vid. & pupill. et quamvis non habuerit animum occidens offendendi uxorem, adhuc eius remissio erit necessaria ratione damni illati, sicut dicitur in eo, qui volens occidere Titium occidit Sempronium, quamvis animum non habuerit occidendi Sempronium; nihilominus ejus remissio requiritur Julius Cl. in §. homicidium num. 4. vers. bene verum est.

25 Et si de anno 1605. fuit judicatum, non esse necessariam uxoris remissionem, de qua decisione testatur Viscont. add. ad decis. Io: Vinc. de Franc. 382. attamen contrarium postmodum fuit servatum, & judicatum, & novissime in M. C. in causa lo. Garzilli de mense Aug. 1619.

ARGUMENTVM.

Ius vindictæ, & successiue, ius faciendi pacem an sanguinis, vel hæreditario iure deferatur. Pragmatica 8. in ordine sub tit. de compositionibus vario modo expeditur.

S U M M A R I U M.

- 1 Famine au in Regno sit exclusa à jure vindictæ, & quid si renunciavit, & n. 6.
- 2 Una pars orationis alteram declarat.
- 3 Ius vindictæ competit jure sanguinis non jure hæreditario.
- 4 Unde ius faciendi pacem competit proximioribus consanguineis etiæ quod hæredes non sint.
- 5 Iura sanguinis non possunt tolli statuto.
- 7 Statuta si excludat filium dotatam non dicitur exclusa per masculum tantum; sed propter dotem & tunc non dicitur exclusa a jure vindictæ, scilicet si excludat simpliciter, subdentes quod debet dotari.
- 8 Intellectus Constitutionis Regni in aliquibus, quod ad exclusionem faminarum.
- 9 Dos, & paragium est portio filia.
- 10 Intellectus Consuetud. Si moriatur circa exclusionem faminarum.
- 11 Dos de paragio succedit loco legitimo.
- 12 Filia in Civitate Neapolis si congruo tempore non dotentur, succedunt uti masculi.
- 13 Ius vindictæ, & successiue faciendi pacem jure sanguinis, & non ratione successionis bonorum, & consequenter proximioribus sanguinis etiæ quod hæredes non sint de jure communione ex communi DD. sententia competit, & 26. 27. & 65.
- 14 Dilataetur bæc communis sententia, ut locum obtineat etiam in faminæ proximioribus occisi, quæ sicut & ipse accusare possent, sic & ipsi patens facere debeant, quando suam suorumque

injuriam exequuntur, licet locus sit de jure Longobardo, quod locale est, & in Longobardis tantum viget.

- 15 Quin etiam faminam per statutum à successione exclusam, aut per renunciationem ad pacem facienda debere probatur cum inter masculos, & feminas nulla sit differentia.
- 16 Prædicta autem an locum sibi vendicent etiam de jure Regni attentis Regiae pragmaticæ verbis 8. in ord. sub tit. de composit. ut etiam sorori à successionem bonorum exclusæ, vel per statutum, vel per renunciationem jus vindictæ, & successivæ pacem faciendi competit, vel nè, latissime discutitur, & n. 17. 18. 19. 20. & à n. 28. cum pluribus seqq. & per tot.
- 17 Statutum ubi disponit homicidia componi non posse, nisi prius ab hæredibus occisoris pacem habuerit, an sit necessaria aditio hæreditatis, vel sat sic remissio, seu pan facta ab eo, qui hæreditatem adivit, vel etiam necessaria sit ejus, qui qd hæreditate per renunciationem abstinuit, vel illam repudiavit, vel incapax sit, qui ab hæreditate per renunciationem abstinuit, vel illam repudiavit; vel incapax sit, quippe qui monasterium ingressus fuerit, & n. 37. 38. & 46. 48. & 56. cum plurib. seqq.
- 18 Hæres sanguinis, qui pro reuersione facienda pecuniam habuit, pro illa creditoribus hæreditariis non tenerur, neque per talern pecunia receptionem hæreditatem bonorum adire dicitur.
- 19 Decisio Vincentij de Franchis 661. expeditur, à num. 63. cum seqq.
- 20 Et an cum masculi in eodem gradu hæredes bonorum. & sanguinis reuaserint, excludatur pecuniam soror à successione exclusa, à tali jure vindictæ tam de jure communio; quam de jure Regni contraria inter se opiniones enunciatur, & n. 40. cum seq. & n. 62.
- 21 Proregis onus est discordias sedare, odia deponi facere omniaque pacare.
- 22 Pace desideranda est, velut necessarium bonum, & plura de pace memoranda.
- 23 Superior ad publicam quietem potest Partes ad concordiam inducere.
- 24 Maximè Princeps.
- 25 Præcipue ubi timor adebet, ue partes ad arnae veniant.
- 29 Successoris appellatione iuris universi successor significatur, non particularis.
- 30 Emphyteusis si recepta sit pro se, & successoribus filia etiæ, si in re certa fuerit instituta, dato universalis hærede, ad illam non vocatur.
- 31 Dispositio in beneficium liberorum, vel conjunctorum hæredum facta, ultra sanguinis coiunctionem hæreditariam etiam qualitatem requirit.
- 33 Hæres defuncti personam representat.
- 34 Hæres pecuniam acceptam pro remissione ad creditorum commodum in inventario describere tenetur.
- 35 Verba statuti ubi non convenient, ibi & eius dispensatio cessare debet, & n. 55.
- 36 Statutum ubi duas exprimit qualitates, omnes intervenire debent.
- 39 Filia per renunciationem à numero liberorum excluditur, & pro mortua reputatur.
- 41 Hæreditas delata dicitur, quam quis adeundo consequi potest, neque potest dici delata, si nullo jure illam consequi potest potest, & n. 65.
- 42 Verba masculini sexus, quibus uicitur Reg. prag.

- 8.de composit. licet ad feminas quandoque trahantur, id tamen non ex sermonis proprietate, sed extensiva interpretatione procedit.
- 43 Quo casu feminas non veniunt, ubi materia non ita feminas, prout masculo congruit.
- 44 Vindicta materia, à qua pax regulatur, non ita feminis, prout masculis congruit.
- 45 Masculinum non continet femininum, ubi statutum adest feminarum exclusum, tunc enim masculi tantum censentur vocati feminis exclusis.
- 47 Filio in patris potestate constituto, qui per l. 12. tabular. necessarius siebat hæres, pratoris beneficio ab hæreditate se abstinerre permittitur.
- 49 In his tamen, quo filii pavorem respiciunt, remaneat hæres, & remanet existentia sui hæredis.
- 50 Existentia sui hæredis tabulas confirmat pupillares non obstante, quod pupillus ab hæreditate se abstinererit.
- 51 Quod in favorem inductum est in odium retor. queri non debet.
- 52 Prator legem condere non potest, idque nec efficiere potest, ut qui per legem necessarius est hæres def. nat ipso iure hæres esse.
- 53 Frater extraneus dicitur, ipsoque iure hæres non efficitur, nisi volens.
- 54 Ratio legis ubi cessat, & eius dispositio cessare debet.
- 55 Decisio Vincentii de Franch. 100. sub num. 8. & seq. expeditur, & num. seq.
- 57 Vindicem judicialiter animam exhibere indecorum inter nobiles reputatur.
- 58 Negligere is videatur, qui in nihil se ingerit etiam vocatus.
- 59 Actus cum alio gestus non dicitur repudiatio qua solo repudiantis consensu effici potest, sed potius liberatio, & sic pacificando, & remissionem faciendo, quis censetur prius acquisivisse, & postea finem, & remissionem facisse.
- 60 Filius familias quis presumitur, nisi emancipatio probata fuerit.
- 61 Filius familias hæredem non habet.
- 64 Ecclesia hæredi instituta jus vindictæ non competit.
- 66 Quocumque semper habuerunt interpretationem mutando non sunt.

DECISIO XXVII.

AN extantibus masculis admittantur feminas ad quærelandum, earumque remissio requiratur in concessione gratiæ, Clat. in quæst. 58. nn. 34. vers. bene verum est, Regens de Ponte in tract. de potest. pro reg. de provis. fier. solitis §. 4. à num. 18. & post eum Molfes. in cons. 10. posito post comment. ad Consuet. Neapol. à jure vindictæ in Regno exclusas esse filias feminas sustinuerunt, horum fundamentum fuit ex prag. 8. de composit. per quam duo copulativè requiri tenuerunt, ad hoc ut jus istud competat, proximitas scilicet gradus, & successionis delatio, unde cum alterum deficiat, à jure vindictæ excluduntur, & ita decisum refert Reg. de Pont. in causa III. Marchionissæ Burgenia cum III. Duce Sanctæ Agatae, de qua meminit etiam Reg. Rovit. ad pragm. 8. de composit. nn. 80. & Reg. Tap. per Rovitum allegatus, verum ex eiusdem pragmat. verbis dubia redditur hæc opinio, mens enim statuensis in d. prag. 8. fuit gradus proximitatem attendere, & quod de successione postmodum subiuxit ad declarationem gradus

- posuit, nam dum in principio ponit instantiam M. Cur. per hæc verba. Et havendoci questa gran Corte fatto istanza per dichiaratione da che grado congionto all' offeso, s'ha da ottenerre dall' inquisiti per farseli bona la grazia, & compositione, che da noi otteneranno per loro delitti, dubitando alcuni, ch' in virtù di dette lettere fosse necessario ottenersi remissione da tutti li parenti dell'i morti, oltre quelli, che sono più prossimi, & in precedenti gradu congionti, alli quali si deferisce la successione, ed eredità dell'i morti; Ci è parso declarare, fin come per la presente declariamo, che la volontà nostra è, che s' ottengano le remissioni predette da tutti li parenti di detti occisi più prossimi, e più congionti, alli quali si deferisce la successione del morto, & sic de gradu coniunctionis tantum fuit dubitatum, & ad 2 gradum respondit, & pro declaratione gradus subjunxit successionis exemplum: una enim pars orationis alteram declarat l. qui filiab. ff. de leg. 1. & per precedentes assertiones declaratur dispositio Bal. in l. prima. §. quibus C. de nov. cod. facie. declarat igitur proximiores per gradus successionē, nil disponens quoad successionem, quæ non consideratur in jure vindictæ, quod jure sanguinis competit juxta decis. S. C. de qua per President. de Franch. decis. 611. unde ius faciendi pacem proximioribus consanguineis competit etiam, quod non sint hæredes secundum commun. opin. de qua 4 per Fatinac. in tit. de accus. quæst. 14. n. 19. sufficit ergo, quod sint in gradu successibili de iure, & si per renunciationem, seu ut conserventur bona in familia à testatore sint exclusæ à iure sanguinis, quod statuto tolli non potest l. iura sanguinis ff. de reg. iur. cum concord. adductis per Tartagl. qui 5 hanc opin. defendit in d. pragm. 8. num. 20. & bona est interpretatio secundum ius comm. cap. causam, quæ de rescript.
- 6 Sed dato, quod successionis delatio requiratur, adhuc dico, posse dici non esse exclusas à successione feminas in Regno, & paragium esse earum portionem, idè ponderanda statutorum verba tam Constitut. in aliquibus, & Consuetud. Neap. Si moriatur iux. dist. Paul. de Castr. in l. Titio centum §. Titio genero ff. de condit. & demonstr. nn. 7. quam communem refert Molfes. ad Consuet. Neap. par. 4. quæst. 15. num. 17. in fin. quod aut statutum dicit, quod filia dotata extante masculo non succedat, quo casu non excluditur tantum propter masculum, sed etiam propter dotem: quia si non esset dotata, non excluderetur, aut dicit extante masculo filia non succedat; sed si non est dotata, deficit dotem, & hoc casu excluditur propter solam existentiam masculi, etiam si dotata non esset, primo casu non est simpliciter exclusa à successione, & ex consequenti à jure vindictæ; secundo vero casu sic; deveniendo ad verba statutorum, & primo ad Regni Constit. vocat enim feminas, & masculos ad successionem parentum, subdit postea Präferri volumus masculos feminis, dum tamen sorores, aut amitas, fratres, aut nepotes pro modo facultatum juarum, & filiorum superbiuum numero secundum paragium debeant maritare, dictio hæc tamen, sive pro modo, sive pro conditione accipiatur, imponeat, ut non præferatur masculus, nisi docet Isern. in d. Cons. In aliquibus §. col. vers. totum hoc est disputare: non enim excluditur solum propter dotem Afflict. latè in d. Cons. num. 18. vers. quinta nota ex text. oportet ergo, ut sit exclusa, fuisse dotatam, & habuisse totum, quod pro dote debet habere, quasi dos, &
- dotis

42 : D. REG. JOAN. FRANCISCI SANFELICII

dotis paragium sit pars sua Ifern. in usib. feud. cap. 1. col. 5. de nat. succeſſ. feud. vers. oportet ergo sorores ex quibus verbis patet secundum prefatam distinctionē Paul. de Caſtr. non posſe dici in totum esse exclusas à ſucceſſione , & ita ponderando verba dictæ Coſt. retulit Molfes. in d. quæſt. 20. in quaſtione an filia ſemina faciat partem in legitima in beneficium fratum.

10. *Conſuetudo ſe moriatur vocat masculos, ſubdens, & tenetur maritare ſorores, & amitas ſecundum paragium, & facultates , & ſi Antonius de Ale- xandro ibidem in primo verſ. ponderando verba , tenuit ex verbis Conſuetudinis praedictæ eſte ex- cluſas ſeminas ob existentiam masculorum iuxta prefatam diſtincti. Paul. de Caſtr. nihilominus in hac materia idem dicendum erit , quod diximus in caſu Constitutionis , cum eadem Conſuet. de- beatur de parentum bonis paragium ſororibus , unde ius ſuccedendi transfulsum fuit in paragium, ita Napod. in d. Conſuet. in verb. & tenetur verſ. ſatis videtur , & ipſa dōs pē paragio ſuccedit loco legitimæ, latè Molfes. in d. quæſt. 17. num. 23. & in- tantum non dicuntur exclusæ , quod ſi congruo tempore non ſint doctatæ , admittuntur ad portio- nem , ſicut masculi , patet ex seq. Conſuet. Bas au- 12 tem , quæ autem ſit differentia , quando ſimpli- citer eſt ſemina excluſa , ſoluta tantum dote, vol- ſub conditione nempe ſi non do tetur , ſuccedat , advertit optimè Molfes. in d. quæſt. num. 26. tam- igitur ex verbis Conſuet. quam Conſuetudinis patet , non eſſe ſimpliſter exclusas à ſucceſſione juxta praedictam Paul. de Caſtr. diſtinctionem, & ex con- ſequenti à iure vindictæ, & quod dicitur per Reg. de Ponte de deciſ. in cauſa illuſt. Ducis S. Agathæ cum Marchionissa Burgentia , adverſendum eſt , quod fuit deciſum per M.C. non autem per S. C. in quo non fuit relata cauſa , quamvis in proceſſu ad eſſet regium decretum ad preces Marchio- nissæ , quod M.C. verbum faceret , & cum alias accidiffet cauſa , fuit dubitatum , & uſque ad huc non deciſum, quæ autem allegata fuerunt in pra- dicta cauſa pro utraque parte , patent infe- gius.*

Quæ adducuntur pro Reg. fijco ſunt seq.

13. Quod ius vindictæ , & ſucceſſivè ipsi faciendi pacem competat iure ſanguinis , non iure hæ- reditario bonorum , & ſic , quod ius faciendi pacem competat proximioribus ſanguinis , etiam quod non ſint hæredes , de communi ſententia , à qua non ſit recedendum , ampliſſimè probat Farinac. in tñ. de accusat. quæſt. 14. num. 19. & 20. cum multis ſequentibus , quia ius vindictæ , & ſucceſſivè faciendi pacem non eſt hæreditarium , ſed in ſanguine conſiſtit , qui Farinacius multos copioſe allegat de communi teſtantis , quem Farinacium, ne transcribam , quos allegat , videri rogo , qui adducendo etiam pro hac communi ſententia Clar. in quæſt. 57. verſ. quero nunc pone, reprobant; quod illa obſervantia , quam ipſe Clar. dicit obſervari in Ducatu Mediolani ſcilicet quod in ipſo Ducatu non eſt ſolitum admitti pacem ab hæredibus ſan- guinis , niſi etiam habita eſſet ab hærede bono- rum , non obſtat dictæ communi ſententia , à qua non eſt recedendum , tum quia illa obſervantia haberet locum in ipſo solo Ducatu , non in aliis Regni , tum etiam , quia dum dicit , quod bonum eſt habere pacem ab hærede ſanguinis , & bono- rum , non ex hoc excludit , quod hæres ſanguini- nis non poſſit concurrere in ſimul cum hærede bonorum , nec probat , quod hæres ſanguinis

poſſit excludi ab hærede bonorum;

14. Et idem Farinac. loco praedicto num. 25. probat; hanc communem ſententiam procedere , etiam in ſeminiſ proximioribus occisi , quæ ſicut , & ipſe accuſare poſſent , ſie & ipſe quoque pacem face- re debeat , quando ſuam , ſuorumque injuriā prosequuntur , & quod licet aliqui contrarium diſerint , loquuntur de jure Longobardo quod locale eſt , & in Longobardis ſolum viget.

15. Et probat Farinac. loco praedicto num. 26. quod licet aliqui diſerint , ſeminaſ exclusam à ſuc- ceſſione per statutum , tanquam doṭatam ad pa- cem faciendam admitti non debere , hoc non eſſe verum per illam veram , & naturalem rationem , quod ius faciendi pacem competit iure ſanguinis , & non hæreditario bonorum , & ſic , quod inter masculos , & ſeminaſ nulla fit differentia.

16. At quia tota diſſiſtas iſtius quaſtionei de- pendet à Reg. pragm. num. finali de compositionibus , quæ vult , quod remiſſio ſeu pax ſufficiat à proxi- miogibus , quibus occisi hæreditas defertur , & cum in caſu noſtro pacem feciſſent masculi fratres quibus occisi hæreditas deferebatur , cum fo- tor , de qua hodie traſtatur , per eius renun- ciationem à ſucceſſione praedicta ſit excluſa , quod hæc ſola remiſſio masculorum ſufficiat , & ſoror praedicta ad accuſandum admitti non debeat.

17. Repondet fijcus , hanc quaſtionei particula- riter habere decisam , Doctores ponunt caſum , quod ſi extat ſtatutum mandans homicidas com- ponni non poſſe , niſi prius ab hæredibus occiſorum pacem habuerint , prout in Italia communi- ter obſervatur , an filio , qui ab hæreditate ſe ab- ſtinuit , quia renunciavit , ei competit ius facien- di pacem , vel ſufficiat ſolummodò remiſſio , ſeu pax facta ab aliis veris hæredibus , & determinant , & pro communi probant dicto filio , licet ſucce- dere non poſſit , & ſe ab hæreditate per renun- ciationem abſtinuerit , competeſſe quoque ius facien- di pacem , & non ſufficiere pacem ab aliis hæredi- bus factam , quia ius faciendi pacem eſt ſanguinis , non hæreditatis bonorum , ut in terminiſ Octa- vian. Vulpell. de tregu. & pac. quæſt. 11. quem pro- bat , & ſequitur Farinac. loc. praedicto num. 20. in fine , & expreſſiſſimè tenet , & probat Tartagli. ſu- per d. pragm. de compoſit. num. 20. & 21. reprobatο Luc. Foller. qui voluit tenere contrarium in ead. pragm. num. 46.

At cum ſint duo DD. ad in vicem ſibi adverſan- tes ſuper d. pragm. de qua diſceptamus , eſt vi- dendum , quem ſequi debeat , & non dubium , good Tartagli. reprobatο Foller. ſequi debe- mus.

Primo , quia Follerius ſuam probat opinionem per argumentum , ſciliſter , quod cum filius re- nunciasset hæreditati , tollit ſe de medio , & ſicut ſe tollit de medio quoad ſucceſſionem , videtur etiam ſe tollere de medio quoad ius faciendi pa- cem , & quod propterea non requiritur eius pax , ſeu remiſſio , quod argumentum non procedit , quia ius faciendi pacem non eſt hæreditarium bonorum , ſed ſolummodò ſanguinis in tantum . 18 quod ſi hæres ſanguinis pro remiſſione facienda haberet pecuniam illam , non diceretur hæreditaria nec pro ea creditoribus hæreditariis teneretur , nec ipſe hæres per talementum pecuniae receptionem , hæ- reditatem bonorum adire diceretur , ut per DD. omnes communiter tenentes ius faciendi pacem competeſſe iure ſanguinis , & non hæreditario bo- norum adire diceretur , ut per DD. omnes commu- niter

niter tenentes ius faciendi pacem competere iure sanguinis, & non hæreditario honorum, taliter quod diversum est tollere se à medio, quoad successionem honorum à successione sanguinis, & sic cum tantum in dicta pragmaticæ teneatur, & probetur ius faciendi pacem competere sorori, non obstante, quod à successione honorum fuerit exclusa per statutum, aut per renunciationem propter illam rationem naturalem, quod ius faciendi pacem competit iure sanguinis, & non hæreditario, ipsum Tartagl. sequi debemus.

19 Secundò quia d. Tartagl. decisionem in individuo pro communi probat per DD. ut supra diximus, de qua non potest esse dubium, cum novissime in terminis dictæ nostræ pragmaticæ fuerit per S.C. iudicatum, ut per D. de Franch. decis. 611. in 4. volum. quem rogo videri in qua decisione, dum apparet fuisse iudicatum ius vindictæ competere iure sanguinis, & non hæreditario honorum, & quod propterea fuit admissus nepos occisi ad faciendam partem in iudicio, non obstante, quod occisus alium instituerit hæredem; remanet indubitate decilio Tartagl. quod requiratur etiam remissio sororis, licet hæreditati renunciaverit, vel à statuto à successione honorum sit exclusa.

20 Et non obstat, quod hæredes masculi fecissent remissionem, & sic, quod videtur illam solam sufficere debere, tum quia sunt masculi, tum quia sunt plures, & successivè præferendi, quia si vera est decisio, prout verissima est, quod ius faciendi pacem competit iure sanguinis, & non hæreditario honorum, & sic est iudicatum in Sac. Conf. benè probat Farinac. in d. qu. 14. num. 27. usque ad 28. quod si essent 1000. masculi hæredes honorum, & sanguinis, non excluderent dictam eorum sororem, quod etiam pro notabili observavit Afflct. in Constitut. Justitiarii nomen per calendulas num. 15. quem rogo videri adductus per D. de Franch. dec. 100. num. 8. 9. & 10. Cætera sup. pleant doctissimi iudicantes.

Hac verò pro inquisito.

21 Satis jam discordiis, odioque deposito, quod jam diù inter Ducem Sanctæ Agathæ, cum coniunctis, quod Lelii Garaccioli viguerat pacatisque omnibus prævio Illustrissimi Domini Proegis iussu, cuius hoc agendi onus erat, l. congruit ff. de offic. Præfid. pacem enim desiderandam vel ut necessarium bonum, inquit, Bal. per illum text. de pace tenenda in princ. pos. uir. 3. Hinc

22 Cicero de amic. nulla inquit, Civitas tam firma, tamque stabilis, quæ non editis Ciuitum labefactetur, nec ullum tam grande Imperium, quod civilis discordia non evertat, pluraque memoranda Roma. norum exempla congerit Valer. Max. lib. 4. sub rubr. de iis, qui eis initio in iuncti sunt anicitia, & necessitudiae, præludii loco inquiens, nam sicut placidum mare ex aspero, Cœlumque ex nubibus serenum bilari asperè sentitur, sic bellum pace mutatum plurimum gaudii afferit, & odii acerbitas deposita candida relatione celebranda est, & plura tradit Guliel. de Bened. in cap. Raynati part. 2. in verb. mortuò itaque testatore il primo num. 228. & 229. & aliqua per Bossum in 23 tit. de pace. Hinc ad publicam quietem potest superior partes ad concordiam inducere, quod tradit Bart. in d.l. congruit in fin. ff. de offic. Præfid. Bald. in l. ovnia in §. quies per illum text. ff. de offic. præ 24 fct. ver. maximè in Principe, cui hoc facilius permittitur cap. eum inter R. de elect. ibique Innoc.

in princip. & Felin. qui latè materiam prosequitur rubr. de tregu. & pace in 2. limit. num 3. Belug. in 25 speci! princ. rubr. 27. num. 49. nec vidi aliquem dissentire, ubi timor adest, ne ad arma partes deviant, quod præ cæteris tradit Claud. Seisellus in l. 1. §. & post operis num. 4. ff. de oper. novi nuntiat. Adde Fulvium Lanar. ad Ioan. Anton. Lanar. in repet. §. sed & res, col. 1. fol. 319. ubi voluit, quod quando in communione adiunt contentiones, & discordia poslunt, & debent bona dividi, ex l. in re communi, & ibi gloss. in verb. contentiones ff. de servit. urban præd. & fortius pro bono pacis potest cogere ad vendendum feudum, reliqua pro bono pacis permitta, & à Principe obser-vata sunt posita infra dec. 142.

Novissimè ad tanti boni destructionem, & ad Principis deludendam (si ita loqui fas est) autho-ritatem comparuit Ill. Marchionissa Burgentia defuneti soror petens ipsam adverbum Ducem audiiri, & contra ipsum sententiam forjudicationis proferri, hoc ius sibi competere afferens, non obstante, quod fratres, quibus hæreditas fuit dela-ta, remiserint, & quod Ill. Marchionissa à succe-sione repellatur, nedum ex huius Civitatis sta-tuto per existentiam masculorum, sed etiam ex propria ipsius renunciatione, & dotatione; nihil aliud agens, nisi odium iam depositum, ac bellum iam extinctum per vitæ insufflationem revivisce-re, quod ex eo forsan ipsius defensores probare nituntur; quod ius vindictæ non hæreditatio, sed sanguinis jure deferatur, ideoque etiam non hæredi tale ius competere, l. quæstum ff. de sepul. viol. Bart. per illum text. in l. pro hærede §. fin. ff. de acquir. hæred. & in l. damni infecti §. Sabinus num. 2. in fine ff. de damn. infect. Felin. & Dec. in l. in pra-sentia de prob. ille num. 60. iste num. 215. & Paris. de syndic. in verb. compositio cap. 8. in cap. ultimo circa prædicta num. 8. quod videtur decidi ex tra-ditis per Bart. in l. si filius, qui patri in fin. ff. de vulg. cum quo magis communiter DD. ibi per-transirent, & per D. Præfid. de Franch. decis. 100. num. 9. & 10. & dec. 611.

Re tamen diligenter perpensa, diversam sen-tentiam, & iuri magis conformem, ac Docto-rum opinione subnixam, rerumque iudicatarum authoritate roboratam facile ex infra dicendis ap-parebit, & quæ in contrarium afferuntur, di-versa non adversa esse constabit, quicquid com-27 muni iure inspecto dicendum fit, quo iure non hæreditaria, sed sanguinis qualitas attendi vide-tur d.l. quæstum, & d.l. pro hærede §. finali atten-tis tamen Pragmaticæ verbis olim in anno 1567. sub die 15. Octobris conditæ, quæ extat sub ti-tulo de compositionibus pragm. 8. aliud dicen-dum est, cum dicatur ibi: Declaramo, che la vo-luntà nostra è, che s' ottengono le remissioni pre-dette da tutti li parenti di detti occisi più prossimi, e più congiunti, alli quali si deferisce la successione del morto, & iterum subdit, Tutti quelli che sono nel medesimo grado alli quali si deferisce la suc-28 ceSSIONE. Duo itaque a statuto requiruntur ad hoc, ut legitima sit remissio, alterum, quod re-mittens sit in gradu proximior, alterum vero, quod successio deferatur: successoris autem ap-29 pellationis iuris universi successor significatur, non particularis, l. quædam §. nihil interest ff. de edendo, Bald. in l. emptorem num. 8. Cod. loc. infe-rens Bald. ad emphiteusim receptam pro le, & successoribus non vocari filiam, etiamsi in re certa fuerit instituta, dato universalis hærede.

31. Et autem exploratissimi iuris quod ubi aliquid disponitur in beneficiorum liberorum, vel coniunctorum heredium, requiritur ultra sanguinis conjunctionem in hereditaria etiam qualitas, Andr. in cap. 1. §. hoc quoque num. 7. de successio, feudi in cap. 1. num. 9. vers. sed quid si acquisitus de alieno pat. feud. pater. & plures referunt Addentes ad Andr. in d. §. hoc quoque in verb. sibi, & hered. vers. si diarium est, principiū Pinelli. in l. 1. part. 3. num. 84. vers. omnium ramen, ibi, non facta mensio: & heredum num. 86. in fin. vers. cum fonda, ubi in omni materia hoc procedere afferit, & clarus num. 90. vers. inde etiam infertur, Camer. in cap. 1. num. 21. 22. & 23. ad agnat. Reg. Lanar. cons. 80. num. 10. & seq. vol. 1. Paris. late cons. 48. num. 9. & 10. vol. 4.
32. Et omnis generalibus, quae communibus in locis late cumulantur, ad rem proprius dependent, quod ubi statutum qualitatem hereditariam exprimit, sit habenda pax ab eo, qui hereditatem adivit, non autem ab eo, qui illam repudiat; tradunt Crot. in repet. §. Catol. 4. ff. de verbis, oblig. num. 159 in prima repet. & num. 158. ubi patet, quia, si non esset heres occisi, ipsius non haberetur consideratio in hac pace facienda, & ibi Socin. jun. num. 168. Alciat. num. 226. vers. sed responde, idemque firmat. Ruin. in prima repet. num. 87. vers. Alexand. vero, & num. 88. vers. & quod statutum in Bononiensi impressione, in Lugdunensi verò sub num. 93. vers. Alex. vero, & sub num. 100. vers. & sic quando statutum; quibus absentia videtur ibi Buttigella post num. 278. inquietus mentionem qualitatis hereditariae censeri à statuto habitam, quia per heredem defuncti persona representatur in auth. de iure iur. p. mor. præst. in princ. que ratio cessat in filia, que statuto, vel renunciatione à successione excluditur, & cum prædicti s. firmat etiam Phanut. q. invent. par. 6.
33. num. 57. ex hoc inferens, quod si aliquid heres pro facienda pace recepit, tenetur in inventario describere ad creditorum commodum, idemque tradit. Jas. in l. filios. num. 98. vers. 2. cum num. 99. & 100. vers. sexiō facit, verba enim statuti feminæ à successione exclusæ non conveniunt, ideoque 35. cessare debet quo ad eas statuti dispositio l. 4. §. raties ff. de dam. in fest. l. b. accus. §. omnib. ff. de accus. Dec. cons. 444. n. 16. Bertr. cap. 1. 1. in fin. cons. 66. n. 3. & cons. 98. n. 10. vol. 1. & ubi due qualitates per statutum exprimuntur, omnes intervenire debent, l. si heredi plures ff. de cond. iph. §. si plures in his de heredi in. & plura per Dec. cons. 453. n. 6. & quævis dicatur, alli quali si deferisce la successione del morto, adhuc tamen idem ascendit, est, cum illi dicatur deitate hereditas, qui potest ipsam adepto consequi, l. de lata ff. de verb. signif.
- Et ne particularis desit authoritas, adduco Foller. in commento eiusdem pragmaticæ col. m. ibi 32. vers. sed bac de liberis, & vers. 2. limitate, ubi in terminis illius pragmaticæ b. s. casum decidit.
37. Primo ad exclusionem filii, qui monasterium fuerit ingressus successionis incapax, sic formaliter inquietos, cum capax non sit successionis, non erit eius habenda remissio, cum non succedat secundum verba dicta Regia Pragmatica.
38. Secundò, idem punctualiter decidit in filia per renunciationem exclusa iuxta tex. cap. quamvis de p. d. in 6. ex cuius intentia, nec eo casu, talis remissio est necessaria, postquam stante renunciatione expressa non succedit, & fuit de meo sublata, excluditur enim filia per renunciatio-

39. nem à numero liberorum Napo. in Consuetud. Si morietur num. 31. & pro mortua reputatur, ut tradit post alios Regius Consiliarius de Anna cons. 92. num. 58.

Secundò principaliter, & si hereditaria qualitas non esset necessaria, cuius contrarium apertissimè ex praetensis probatur adhuc dicendum esset, sororem esse excludendam cum masculi in eodem gradu, in quibus, & sanguinis, & hereditaria qualitas concurredit, remiserint, eo enim casu etiam attenta iuris communis dispositione (quod est fortius) non attenditur feminae contradicatio, cum non possit levare fidam id est inimicitiam, ita tradit Angel. in d. 4. §. Cat. n. 18. vers. salvo, nisi biique post alios Claudi. Seisell. n. 40. inquietus, iura in contrarium per Roman. allegata nibil facere, Crot. num. 110. inquietus, quia ad eam non pertinet, facere pacem; idemque sequitur Jas. num. 57. vers. vol. nisi in maiori post Angel. de malefic. in verbo comparent dicti inquieti, & quilibet eorum in termino defensionis nu. 7. vers. quid autem, si statutum, & Florian. in l. perfundam in fin. ff. de servit. rustic prædior. Dec. in cap. in praesentia n. 219. & 220. de probat. & plures eiusdem opinionis recenset Joa. Steph. Lamb. in tract. eorum in glos. 1. num. 340. Ruin. in d. §. Cat. n. 98. in fin. hoc tanè intelligens, ubi mulier non sit heres, ut in casu proposito.

Nec dicatur, præmissa procedere inspesto communī jure, secus autem in Regno, ubi omnium pax requiritur; nam resolutio est facilis; licet enim omnium proximiorum pax requiriatur, tamen subdit Reg. pragm. quibus successio defertur, A1. delata autem hereditas dicitur, quam quis audeunde consequi potest d. l. delata, hic autem cum ex consuetudine, tum etiam ex renunciatione à successione femina repellatur, ideoque hereditas ipsi non defertur, sed masculis, qui jam remiserunt.

Secundò advertendum, quod Regia pragmatica utitur verbis masculini sexus, quae licet ad feminas quoque trahuntur, illud tamē non extermonis proprietate, sed ex extensiva interpretatione procedit l. pronunciatio ff. de verb. signif. l. in adoptivis. vers. qua in filio C. de adopt. glos. in l. prima ff. de verbis signif. ibique Bart. circa fin. vers. quadam, & Alciat. ibidem in princ. Dec. in l. 2. n. 43. 93. ff. de regul. iur. ideoque non veniunt feminæ, ubi materia non ita fit nō, prout masculo congruit, ut post alios tradit Dec. in d. l. feminis n. 44. 91. vers. Secus ergo; materia autem vindicta, à qua pax regulatur, secundum Clar. in præd. crim. 44. 58. column. 7. vers. visum est in fine, non ita feminis, prout masculis congruit, ut per Angel. 45. in d. §. Cat. cum aliis supra relatis, hinc etiam masculinum non continet femininum, ubi adest statutum exclusivum feminarum, tunc enim masculi tantum censentur vocati, feminis exclusis Jas. in l. si quis id, quod num. 18 ff. de iuris d. Dec. in d. l. prima vers. feminas, & non requiri eo casu sororum remissionem, bis in facto servatum testatur Clar. d. qu. 58. col. antepen. vers. hanc verum est.

Superest contrariis respondere, ex quorum resolutione præcedens conclusio solidior appetbit.

Non obstat itaque, quod tradunt Doctores in d. l. si filius, qui patri in fin. nam si recte eorum dicta ponderentur, satis probant Ducus iustitiam, & questionem in terminis in eius favorem appetitissimè decidunt, ponunt enim questionem in

staru-

Statuto disponente, quod ex banniti non possunt ad Civitatem reverti, nisi habuerint pacem ab haeredibus occisi, prout est casus, de quo agimus, si filius in patris potestate constitutus ab haereditate se abstinerit, quod praetoris beneficio permittitur, cum per legem duodecim tabul. necessaria haeredes fuerent. s. si i. infit. de haer. qualit. 48 quodgitur, an possit remittere. Aliqui, quod non, ut Aret. & alii pauci; sed magis communis cum Bart. ut possit, ratio per eos assignatur, quia in 49 his, quae respiciunt filii favorem, remanet haeres, 50 & remanet existentia sui haereditatis, ita Bart. ibi in suis per illum text. ubi existentia sui haereditatis confirmat tabulas pupillares, non obstante, quod pupillus ab haereditate se abstinerit, & hoc ne praetoris beneficium in favorem filiorum inducitum in odium retorqueretur, ut per Alber. ibi in fin. ibi, remanere, aliamque rationem tradit. Castr. ibi column. fin. inquit, non potuisse praetorem legem condere, ideoque nec efficere potuisse, ut qui per legem necessarius erat haeres, delinerat ipso jure haeres esse, & ut hoc addam, lege duodecim tabul. his verbis disponebatur, *Juris disceptator. qui privata iudicat, iudicari que iubeat. Prator esto, juris civilis cuiusvis esto*, ideoque in l. 1. ff. de feriis dicitur praetoris factum iuri derogare non oportere, & l. cum sponsus. s. si res. ff. de publ. in rem ad. ibi, no contra leges faciat, quod pluribus (si locus patetur) comprobaretur, cum Bart. etiam Alexandr. ibi num. 24. *Socia. in final. verb. & D. Raynerius in repet. d.l. num. 23.* ubi in fine inquit, quod cum filius remanserit haeres de jure civili, verba statuti sibi adaptantur, & Riph. in d. g. Cato num. 101. vers. & sic statutum, & in fine eiusdem num. . .

53 Cum itaque in proposito agatur de fratre occiso, qui dicitur extraneus, l. unic. g. accedit vers. extraneum C. de rei usor. ad. qui ipso iure haeres non efficitur, nisi volens g. ceteri infit. de haereditum qualit. certe cessat ratio Doctorum, ideoque dispositio cap. cum cessante de appellat. & ubi vers. 55 ba statuti non convenienti, nec eius dispositio d.l. 4. g. eties ff. de dama. infit.

Nec obstat decisi. D. Presidis 100 num. 8. & seq. 56 imo pro nobis facit, igitur enim ibi post Salic. feminæ non competere ius vindictæ existente masculo, quod tamen limitatur ibi non procedere, ubi masculus esset negligens; haec limitatio non potest ad casum applicari, constat enim fratres interfici nullatenus negligens haec in re fuisse, imo defuncti vindictam extra judicialiter (ut 57 tam nobilem progeniem conveniens erat) longo temporis intervallo procurasse: judicialiter enim vindicem animu. n exhibere non congruum inter nobiles reputatur, ideoque illud non posse dicuntur, l. nepos procul ff. de verb. signif. & melior text. in l. filius ff. de condit. in fin. negligere autem 58 is videtur, qui in nihil lo se ingerit; etiam vocatus, bonus text. in l. de nuptiis que in fin. de re iug. dic.

Ex alia causa dici potest, masculos negligentes non fuisse, immo ius vindictæ ad ipsos spectans agnoverisse, quod ex eo probatur, quia per pactum cum adversariis initium remissiones fecerunt, qui actus cum alio gestus non dicitur re- 59 pudiatio, quae solo repudiantis concessu effici potest, sed potius liberatio, & sic pacificando, & remissionem faciendo consetur prius acquisivisse, & postea finem, ac remissionem fecisse, ita post Bald. & Castr. declarat Ruin. confil. 170. num. 8. & 9. volum. 1. cum itaque masculi jus ipsi. dela-

tum remittendo agnoverint, non potest dici, masculos cessare, ideoque ius finis de ferri, cum illi essent, & agnoverint; ex quibus omnia, quae in contrarium audio allegari, penitus resolvantur.

60 Secundò respondetur, ibi imperfectum fuisse 61 filium familias, quod presumitur, l. si emancipati. ibi, sequitur emancipatum probatum fuerit C. de collat. qui haeredem non habet l. 1. & 2. ff. de casu. pecul. & sic cessabat dispositio statuti de haereditate loquentis, & remanebat questio sub dispositione iuris communis l. si extraneus ff. de condit. causa data, quo aspecto haereditaria qualitas non attenditur d.l. quasitum ff. de sept. viol.

Tertiò cum femina ibi nemo concurrebat, hic autem masculus, & haeres, qui ex octauum mens. 62 te est preferendus juxta superius relata; concurredit enim in eo duplex qualitas, scilicet masculinitatis, & haereditatis ideoque feminæ prefertur, quod expressè tradit uterque Imol. in d. si filius, qui patri, privatis num. 16. in fin. vers. item quod dixit Angel. secundus vero post num. 24. qui addit. hoc verum extante masculo, alias videtur debere haberi rationem ipsius filii.

Quartò illud animadverto, quod illa non est decisio S.C. sed potius partium allegationes referuntur, questio enim illa non fuit aliter decisa, ut ipse testatur ibi post num. 18. & obstant omnia superius relata, quorum ibi mentio nulla habetur.

63 Tandem non obstat eiusdem decisio 61. ex premissis enim facile resolvitur.

Primo agitur ibi de masculo vendictam prosequente, nos vero in femina.

64 Secundò ibi haeres erat Ecclesia instituta, cui ius vindictæ non competit, ut habetur 23. qn. 4. in summa, & fieri per totam.

Tertiò ibi nemo neque ad pacem, neque ad vindictam concurrebat, hic masculi, & haeredes.

65 Nec obstat, quod dicitur ibi, ius vindictæ competere iure sanguinis attenditur, sed adhuc requiritur per statutum haereditaria qualitas, ut supra ex dictis omnium probavi, quae qualitas ibi non attenditur, quia non aderat haeres; qui defuncti necem vendicare posset; hic secus, & DD. ibi relati loquuntur de iure communi.

Quartò dicitur ibi, quod haereditas erat nepoti delata, neq; aperit, qua via, sed forsitan iure consuetudinario, alioquin non posset dici haereditas delata, si nullo iure illam consequi posset d.l. delata, hic vero secus.

66 Tandem non obstat Parinac. authoritas, qui in prima parte practica criminalis sit. de accusat. quas. 14. num. 27. assertit, competere etiam feminæ ius vindictæ, ipsamque cum masculo admittendam.

Primo enim loquimur contra Doctores, uti constat ex relatibus ibi in principio; & ex superius deductis.

Secundò videtur se restringere in femina insimul cum masculo haeredo, ut ibi in fin. vers. 1. ded.

Tertiò loquitur attento jure communi, nos autem secundum Regia Pragmatica dispositionem, qua inspecta ei ius remittendi competit, cui haereditas defertur.

Cum itaque ex premissis constet, authoritatem rerum judicatarum Duci nullatenus obstat, neque contrariam opinionem lege aliqua ratione, aut authoritate fundari, cum pro eo iura, ratios, & authoritates aperte afferantur, nullus videatur

46 D. REG. JOAN. FRANCISCI SANFELICII

detur superesse dubitationi locus maxime cum articulus iste sit plures absque tergipe ratione in Duci favorem decisus , cum itante renuntiatio ne fuerit apertis verbis formina exclusa , ideoque 67 interpretatio haec mutanda non est , l. minime de legib. l. filius ff. ad l. Corneliam de falsi . ibi , sic enim inuenio . Senatus censuisse , maxime cum opinio haec ad liberandum tendat , l. absentia ff. de panis , ideoque instanter petitur , decretum M. C. cum maxima causa cognitione prolatum confirmari.

ARGUMENTUM.

An possit deveniri ad inquisitionem , & torturam non constito de corpore occiso.

SUMMARY.

- 1 Non constito de corpore occiso an possit deveniri ad inquisitionem , & torturam.
- 2 Per induciam , & presumptiones quando possit probari delictum in genere.
- 3 Visus cum persona , qua non reperitur , innata fama , an possit torqueri.
- 4 In delictis , qua habent etiam figuram non delicti , & qua possunt evenire cum scelere , & sine scelere , an , & quando possit deveniri ad torturam.

DECISO XXVIII.

Pro negativa , tortura fit ad liquidationem personae , & non ad liquidationem facti l. 1. §. item illud ff. ad Syll. unde liquidè de facto debet constare , antequam deveniatur ad inquisitionem , & torturam Bal. in l. 3. §. sed & divi fratris in noua additione num. 15. vers. Nota , quod prius debet constare ff. de sebi. Angelus , & Augustinus Add. in tract. de malificis verb. quod fama publica praecedente num. 108. vers. Tu Iudex.

Verum per indicia , & presumptions delicti in genere in delictis occultis , & difficilis probationis potest procedi ad inquisitionem , & torturam secundum communem Doctorum opinionem , quos recenset Farinac. in 21. inquisit. qu. 11. num. 12. in prima limitatione & per Hortensi. Cavalc. de bragh. regio par. 1. num. 20.

Unde si postquam fuerit cum aliquo quis visus , & per spatium temporis non apparuerit , fama existente mortis , vel si aliqua alia indicia mortis concurrent , poterit torqueri , facit text. in l. si certus §. ff. unius ff. ad Senatus cons. Syllan. ubi notat Bart. sexus posse torqueri non comparente Domino , & Jul. Ch. in fin. qu. 4. num. 3. verb. videlicet , quod Senatus , refert per Senatum fuisse procellum contra quosdam , qui simul visi fuerint cum eo , qui dicebatur intellectus , quamvis cadaver non fuisset repertum.

Et fuit observatum in M. C. contra quendam Joannem Camillum Mayorinum in anno 15. inquisitum de homicidio , non constito de corpore re delicti , verum fuit probatum , fuisse vultum cum pretenso occiso , & postea divulgatum ipsum occidisse ex causa adulterii cum uxore Jo: Camilli , & in tortogatus , ubi reperitus N. cum que fuit visus patet ex processu in banca de Cuntio , & cum in anno 1613. idem contigisset , & imputatus quidam Antonius Accialus , fuit carceratus , & eidem datæ defensiones per M. C. & per S. C. fuit confirmatum decretum.

Et idem fuit observatum de anno 1617: per Cesarem Alderisium uti delegatum , tunc Regio.

eis Regie Cancelleriae officium gerentem contra Leonardum de Lauro , qui bis tortus fuit , processus reperitus in M. C. penes Scipionem de Cuntio .

Secus vero si simplex associatio esset probata , quo casu posse torque ri judicatum fuit per M. C. de mense Decembri 1631. in causa Augustini Galli , qui insimul cum eo , qui non reperiebatur , discessit , & ab eo die post aliquot menses non fuit visu , nam fuit liberatus cum cautione in forma.

4 Et sic etiam fuit iudicatum in crimine nefando fidem Medici testificantis non posse apparere signa in adolescenti provectæ statim esse sufficientem pro probatione delicti in genere , concurrentibus indicis sufficientibus ad torturam , & ideo fuit bis tortus de mense Octobris 1591. N. etiam ordine Sacri Consilii , quia in delictis , quæ habent se etiam ad figuram non delictorum , & quæ possunt evenire , aut facto hominis , & sic cum scelere , aut etiam natura , & sic sine scelere , sufficit talis probatio pro delicto in genere .

ARGUMENTUM.

Pœnæ pecuniariaæ ex corporalibus commutatax per M. C. sunt Baronis , ad quem spectat cognitio delicti .

SUMMARY.

- 1 Pœna pecuniaria sunt Baronis habentis jurisdictionem .
- 2 Estiam si à Regio Tribunalis fuit condonatio .
- 3 Pœna pecuniaria sunt Regis , quando cognitio delicti spectat ad Regem .
- 4 Vassallus non potest invito Barone eligere Judicem Regis .
- 5 Baro non potest vassallo invito alteri cum degagere .
- 6 Privilegium Baronii concessum ostenditur ad vassallos .

DECISO XXIX.

Baronis Iudex exilio sententiam tulit contra reum , quæ dcinde per M. C. fuit in pecunia commutata , Baro prætendit ad ipsum pecuniam spectare , quia condemnations pecuniariae sunt Comitis , & Baronis , cuius est jurisdiction , Iser. in tit. de pace sen. in vers. bareditatem . Frec. de subfendis in 13. artib. Baron. in princ. unde proventus jurisdictionis sunt Domini , qui est ordinarius vassallorum , quamvis à Regio Tribunalis fuisse facta condemnatio , ut in propriis terminis tenent Amod. de Pont. in tract. de laudem . qu. 24. n. 13. vers. unde licet namque , tunc enim est Regis , quando cognitio spectaret ad Tribunal Reg. ut quia subfesset Regis jurisdictioni , & ita intelligunt text. in l. multarum C. de mod. mult. & iuste . quæ fuit regal . at quando subfessus immediate jurisdictioni Baronis , ad eam spectant , Alvar. in c. 1. §. quis ult. col. in ult. opposit. de pac. 20. Capyc. in ius. in verbo cum multarum , perarmisque compendiis , & in dec. 185. num. 4. nisi in contemptum supremi Principis deliquisset , ut quia vocatus ab ipso Principe non comparuit , vel si commissus fuit crimen hæc Maiestatis latè Natt. cons. 580. num. 6. & num. 14. nam tunc pœna spectat ad eundem Principem , & an jurisdiction , & popularum , ad emolumenterum perceptio ad vassallos feudarios

tarios spectent, quando per illorum subditos generali Principis edicto contravenitur, an vero Principi reservata censeantur, Gaspar. Anton. Thesaur. *ad decif. Pedem. in responsa post addit. ad decif. 131.* & *in alio in fin. dicti operis.*

4 Nec aditus vasalli ad M. C. prejudicium Baroni afferre potuit, cum non sit in ejus potestate se eximere a potestate Baronis, Jacob. Rebuff. *in l. Cives num. 3. vers. si autem non appareant iusta causa C. de incol. lib. 10.* Vinc. de Franch. *decif. 417. num. 2. decif. 541. num. 3.* qui alias cumulat.

5 Unde quia Dominus, & vasallus non judicantur ad imparia Ifern. *in cap. 1. §. & si Dominus in fin. vers.* & sicut vasallus condemnatur Domino de milit. *vassall. qui contumax est,* late Vincent. de Franch. *in praelleg. dec. 541.* sicut vassallus non potest se eximere a potestate Baronis; ita Baro non potest vassallum ipso invito alii delegare, vel in aliud transferre, Cygnus *in l. primi C. de novat.* & *deleg.* ubiunque enim intereat vassalli non dari, non potest dari Ifern. *in cap. Imperial. 5. nec Dominius vers. ubiqueque ergo intereat,* de prohibit. *fend. alien.* per Feder. & *in sua para-*

6 *pbrafi ibidem Loffred.* & privilegium concessum Baroni extenditur ad vassallos, Joan. Fab. *in l. retribuenda C. de advoc. divers.* *Iad.* pluries in M. C. & Sacr. Conf. & R. A. fuit coactus Baro recipere, & ius dicere in vassallum vassallo instantem.

ARGUMENTVM

Vxor domum scienter praebens ad viri necem, qua poena sit punienda? Et quid si de simplici necis viri scientia accusetur.

S U M M A R I U M.

- 1 Vxor, qua domum scienter praebuit ad sui viri necem, qua pena plectenda sit, ambigitur.
- 2 Namque plectendam esse eadem pena, qua interfector puniendus veniret, qua ultimi est suplicium, efficitur.
- 3 Domum scienter praebens, ut stuprum, adulterium cum aliqua matre fam. vel cuius masculo committatur, cuiuscunq; sit conditionis tanquam adulter punitur.
- 4 Domum scienter accommodans ad faciendum tractatum de committendo homicidium, quod plectra patratum sit, eadem pena cum principali delinquente puniendus est.
- 5 Domum praebens, ut ibi quis occidatur, vel de occidendo agatur, auxilium, & favorem dare conetur, & mortis causam præbore videtur, sicut qui ponit gladium in manu furioso.
- 6 Delinquenti auxilium præfans ante delictum, & *in ipso actu perpetrandi delictum*, eadem pena, qua delinquens, punitur.
- 7 Vxor subdita dicitur viro.
- 8 Cujus subjecti ratione sola uxoris scientia delicti perpetracioni aquiparatur.
- 9 Itemque coniunctionis ratione uxori etiam scientia tenetur; ideoque probibere, ac revelare adstringitur.
- 10 Vxor si de simplici necis viri scientia accusetur, de pena maturius cogitandum relinquitur.

1 Vxor domum praebuit scienter ad viri necem, dubitatum fuit, qua pena esset punienda.

2 Quod sit punienda eadem pena, qua veniret puniendus interfector, quo erit ultimi supplicii, facit tex. *in l. qui domum ff. ad l. Julianus de adult.* ubi scienter praebens domum, ut stuprum, vel adulterium cum aliqua matre familiæ, vel cum masculo fieret, cuiuscunq; sit conditionis, tamquam adulter punitur, concord. tex. *in l. aulianum in fin ff. de minor.* & *in l. prima in fin ff. de extraord. crims.* & *l. marisi §. hoc quinquennium ff. ad l. Julianus de adult.* Iser. *in usib. feudorum §. turpiter lastris in addit. vers. sollicitantes etiam ut lexones, quibus mod. feud. amicit.* & Berons *in cons. 192. per totum vol. 3.* accomodantem scienter domum ad faciendum tractatum de committendo homicidium, quod postea sit lequatum, eadem pena cum principali delinquente, puniendum consuluit.

5 Insuper praebens domum, ut ibi occidatur, vel agatur de occidendo, auxilium, & favorem dare censemur, Bart. *in l. eti ams cis §. 1. in fin ff. de furt.* & *in l. infurti §. op. num. 2. ff. de furt.* & causam mortis videtur praedere; sicut qui ponit gladium in manu furioso ff. de fiscar. l. xibil, Iser. *in §. præterea vers. videtur quidam causam mortis præbere, qua sit prima causa benef. amicit.* & delinquenti praetans auxilium ante delictum, & in ipso actu perpetrandi delictum, eadem pena punitur iux. commun. opin. de qua per Decian. *in cap. 1. num. 63. de offic. deleg.* Menoch. *de arbitrar. ladic. cent. 4. casu 249.* Petr. Caball. *in resolut. crims. resol. 192. num. 2.*

7 Et fortius in casu, de quo queritur, cum sit conjux, qua est subdita viro, Felin. *in cap. mulieres de sentent. excom.* & *in cap. ex parte de spons.*

8 Boer. *decif. 262. num. 9.* & ratione ipsius subjecti, nisi sola scientia aquiparatur perpetracionis delicti, Eti, Bar. *in l. utrum de parric.* sequitur, & alios congerit Boer. *in d. decif. num. 9.* Felin. qui alios assert, tenentes hanc opinionem *in cap. 1. colun. 2. vers. secundum fallit de offic. deleg.* subdens, quod eti Bald. Angel. & Saly. contrarium dixerint,

9 tamen in practica servatur opinio Bartoli, quia non invenitur casus decisus de hoc in uxore, quia etiam ratione conjunctionis tenetur de scientia; nam prohibere tenetur, & revelare, Iser. *in d. §. præterea vers. idem si pro coniunctis, ut uxore;* *lo que sit prima causa benef. amicit. verum si de limpida scientia accusatetur, esset cogitandum maturum de poena.*

ARGUMENTVM

Excusator absentis, an, & quando admittatur? Et, quæ dicatur iusta absentiae causa.

S U M M A R I U M.

- 1 Exceptio de mala aere admittitur, propter quod citatus comparere non tenetur, & exemplificatur in genibus de Aprutio, qui citati in M. C. de mense Iulii, usque ad mensem Septembr. comparere non tenentur.
- 2 Excusator absentis admittitur, si iustam ratione habeat.

48 D. REG. JOAN. FRANCISCI SANFELICII

- 3 Excusator absentiam allegans pro consumaco, non audiatur,
- 4 Excipiens de malo aere, & praefer absentiam alii de causis excusans cautionem praefare, ac promittente tenetur de presentando reum infra certum terminum.
- 5 Excusator absentiam allegans, non repellitur.
- 6 Imo terminus ad ipsum reum absentem certiorandum statuendus est; alias processus redditur nullus, & ita judicatum, & numer. 9.
- 7 Iusta absentia causa qua dicatur, explicatur.
- 8 Audientia, qua contumaci denegatur, an banico conceditur.

DECISIO XXXI.

Fuit iniunctum III. Marchioni Piscariæ mandato Excellentissimi Domini, quod non discedat à Terra Guasti sub duc. 20. m. sequuto postmodum homicidio III. Marchionis Vrbi in Civitate Neap. quod per fiscum de mandato III. Marchionis Piscariae pretendebatur commissum, perquisitus III. Marchio non fuit repertus in Terra Guasti, fuit per delegatum condemnatus ad poenam in mandato contentam, & citatus ad informandum, & ad capitula pro homicidio, comparuit excusator, allegavit absentiam extra Regnum, & non posse accedere sine vita periculo propter aeris mutationem: nam vocati de mense Julii, usque ad mensem Septembris comparere non tenentur, de qua observantia meminit Scaglionus in rit. M.C. 163. num. 27. Foller. in pract. in verb. audiantur excusatores, Baiard. ad Clar. q. 3. t. num. 31.

Dilatus instabat, non audiatur, & contumacem reputari, nam admittitur excusator absentis, si justam rationem habeat, l. pen. §. ad crimen ff. de public. judic. & cum Illust. Marchio contendendo mandatum Principis discesserit, non potest dici iusta causa, nec ei proderit exceptio, l. 2. §. fin. sed est si quis §. illud ff. quis cause.

- 3 Insuper fuit, uti contumax, condemnatus ad poenam, & pro contumace non auditor, absentiam allegans iuxta observantiam M.C. de qua per Foller. in pract. in verb. audiantur excusatores num. 12. vers. & si opponeretur, Carav. rit. 266. in fin. quo 4 ad exceptionem de aere malo dicebat, esse praestandam cautionem de se presentando per viam expromissionis in mense Septembris, nam praeter absentiam excusans aliis de causis tenetur promittere de presentando reum infra terminum certum. Carav. rit. 266. num. 6. vers. licet reguliter.

- 5 Pro III. Marchione dicebatur, quod excusator absentiam allegans non repellitur. l. servum quoque §. publici, & l. absens de procur. d. §. ad crimen, & decretum Regiale inter rit. M.C. in ordine Carav, rit. 266. & statuendus est terminus ad ipsum reum absentem certiorandum alias processus redditur nullus Farin. p. 1. som. 1. de inquis. nu. 52. vers. quod si allegatur Judici simpliciter, & latius in 2. par. de var. & diver. qq. qu. 89. num. 293. Guaz. in tract. ad defensionem inquisitorum defens. 12. circa accusationes pro absente cap. 1. num. 4.

- 7 Tunc enim non dicitur iusta causa absentia, quando culpa est ordinata ad casum contingenter, id est ad non comparendum, & non pendulum citationi, seu mandato ad informandum; sedis vero quando culpa non fuit ordinata ad hunc casum, seu effectum, ut comparere non possit nam tunc absenti non est imputanda l. si rebenda §. 1.

ff. ad l. Rad. do jact. cum concord. ita distinxit Bart. in l. 2. §. fin. in fin. ff. si quis cant. vers. item contra, sequutus fuit Ios. Andr. ad Specul. in tit. de accus. quos afferit, & lequitur Ios. Ant. Canar. de accusatore in tract. divers. tom. 11. par. 1. partic. 2. num. 8. vers. decimad secund quarto.

- 8 Nec obstat, quod secundò dicebatur pro fisco: quia uti contumax fuit condemnatus, nam & si contumaci denegetur audientia, non denegatur damnato d. l. sed & si quis §. illud ff. si quis cant.

Fuit per Regentem Henriquez, Consiliarios Angulym, & Nieuclam unà mecum delegatos sub die 20. Julii 1623. provisum, quod semaneat contumax, verum si comparuerit infra duos menses, deleatur à contumacia, & sic admissus excusator, & concessa fuit dilatio. Act. assumptus Vincentius Migliaccius.

ARGUMENTUM.

Contumaci iterum citato, si tempore secundi citationis sint elapsi duo menses à die delicti, an sit danda dilatio ratione absentia.

SUMMARY.

- 1 Dilatio ob absentiam allegata non est concedenda, quando reus visus fuit tempore delicti, vel ante, vel paulo post delictum commissum.
- 2 Secundus vero, si post duos menses absens fuit, nam tunc cessat dispositio cap. post commissum.
- 3 Dilatio ob absentiam an sit concedenda in beneficiis contumacis (qui erat deneganda iuxta capitulum post commissum) citati postmodum pro eodem delicto. cum abbreviatione termini vi- gore rescripti Domini Prorogis, post duos menses. Decisio.
- 4 5 Comparationes de sero an presentari possint per procuratores, vel excusatores.

DECISIO XXXII.

Citatus fuit reus ad informandum, & ad casum pictula, non comparuit, fuit contumax reputatus, qui ob absentiam excusandus non erat, quis tempore delicti fuit reus ipse visus, & de recenti post commissum delictum discessit, quo casu denegatur dilatio ob absentiam, post contractam contumaciam mandavit D. Prorex Regni, quod procedatur sententiam foriud. non expectato anni circulo, fuit iterum reus citatus cum inserta forma rescripti, cum abbreviatione termini, elapsis duobus mensibus à die patrati delicti, comparuit excusator, & allegavit absentiam instando pro dilatione, quia secunda haec citatio fuit expedita

- 2 longè post delictum, quo casu non est locus disposit. d. cap. post commissum ex dictis per Praes. de Franch. dec. 3. 27. num. 4. & per Foller. in pract. in verb. audiantur excusatores num. 20. vers. pons, quod delictum, & in hoc casu, quia absentia videbatur verisimilis, sub fiducia, quod habebat annum ad comparendum iuxta Condit. Regni, & sic videbatur ut cessare presumpta calumnia, quod consideravit Isern. in Condit. penalis eorum col. 2. vers. sed in particulari casu fuit per S. C. concessa dilatio, Vincent. de Franch. dec. 589.

- 3 Pro fisco replicabatur, quod attenta ratione expressa in d. cap. post commissum est, etiam deneganda dilatio in casu, de quo agitur ratio enim posse.

ARGUMENTUM.

An à denegata dilatione ob absentiam allegatam rei citati, seu à brevitate dilationis liceat appellare.

SUMMARY.

- 1 Non est admissenda allegata absentia; quando reus fuerit visus tempore delicti.
- 2 Appellatio autem admissetur à denegata absentia, vel à brevitate termini, & n. 5. & 7.
- 3 Absentem defendere, & causam absentia allegare pro reo capitalis criminis quibuslibet est presumpta.
- 4 Defensionis species est excusationem propounder.
- 5 Appellatio est species defensionis.
- 6 Practica Regia decrivationis, quando appellatur à brevitate dilatationis ob absentiam concessa, vel denegata.
- 9 Stylus, & observans facit legem, & pugn. 10

DECISO XXXIII.

Denegatur dilatio ob absentiam allegatam pro parte conjuncti, ex eo, quod tempore delicti fuit reus ipse visus, quia excusatio non admittitur, si presumatur malitiosa proponi iuxta disposita per ritum M. C. 266. in ordine Caravita.

Et malitiosa presumitur, si de recenti post commissum delictum se absentavit per Capitalium Regni post commissum, de quo per Pr. de Franch. decis. 327. quod exemplificat Foll. si infra duos menses post commissum delictum abiit in præc. crino. in verb. audiatur excusatores n. 20.

Itemque quando ex alijs iudici videbitur eas lumnia, ut si discessit de recenti, sive ante citationem, sive post citationem, dubitans de citatione, quia tunc ejus absentia presumitur in fraudem, facit cap. de consultationibus de offic. deteg., & ibi Felin. faciunt dicta per Bald. l. quoties e. de rei vend. vbi dicit, quod si est vocatus ad judicium, vel si est timor, quod de proximo citabitur, ista est conjectura, quod in fraudem vendiderit, & sequitur Felin. vbi sup. refert Campag. in d. cap. post commissum n. 21. vers. linea prima, proinde observatur capi informationem ad instructionem Judicis etiam extra informationem delicti absque partis citatione iuxta primum traditam per Vinc. de Franch. d. decis. 327. quod fuerit visus de recenti post delictum, vel ante, vel post citationem.

Et fuit observatum sub die 15. Martij per Judices delegatos Regentem Ferdinandum Branciu, & unum cum Consiliarios, Andream Marchesiu, Thomam de Franchis, & Judicem Commissariorum Campanorum Olivadisium interveniente pro fisci patrone Reg. Fabio Galeota, tunc Pr. R. C. in causa Pauli Gisardi inquisiti de assedio, vti mandantis quem constabat post capturam socij criminis, & si pluribus mensibus clavis post commissum delictum, metu confessionis dicti socij, & ex consequenti citationis, paulo ante citationem ad informandum à Civitate Neap. discessisse, & Beneventum configuisse unum cum altero socio criminis opposita excusatione absentie non obstat, te fuit decretum remanere contumacem, quia talis absentia latitationis vice fungitur, & propter timorem sceleris fuga presumitur d. cap. post commissum.

G

Fuis

Fuit partem quod ex parte, ut complete appellatio conjunctio excusatori, ita ut possit provideri, quod verbum faciat in Sacro Consilio, ibique residendum decretum delegacionis absentiarum per M.C. latum.

Pro affirmativa assertur doctrina Bald. in marg. Innoc. in verbis officium servientis sua, vbi interloquendum esse tenet super excusatione, & procurantibus, an sic admittenda, & a tali interloquitoria excusatorem appellare posse pondere ad hoc tex. in l. liberto in fin. de reg. ges. vbi textus, cum causas absentiarum ab Amico allegari persistunt, subdit culpam coagrasisse non videtur, quod a sententia contra absentem dicta ipse non provocavit, colligit ex hoc, posse provocare, hanc quam tentaciam sequitur Socin. in cap. tensionis col. 3. vers. Et adverte de excusat. quod refertur & sequitur Rebuff. ad Conf. Gallie. in fin. de excusatione. idem refertur Pet. Nicol. super Conf. Regni panam eorum, quae poniuntur in lib. commissarii pragm. 1. anno 15. ad excusatori fore judicandi per tex. in l. scire §. 2. ff. de excusat. 14. 10.

Pater etiam, fuisse admissam appellationem in causa processione dictis per Dominum. Et praecepit mecum Reg. Carol. Tap. in Conf. Regn. cito. statutis litteris in verbis ad resistitatem, & quo decreto. eorum.

3. Pro qua opinione fuit etiam, quia qui buscum, que data est potestas absentem defendere quamvis tecum capitula criminis allegando absentias cassas per te. in d. fin. Et iuste seruare si publice de procurator. Et in l. reos C. de accusata ubi globo in verbis per procuratorem vers. dic. ergo defendi, & per ris. Ad 6. K. in codice Gratuita 269. quilibet admittitur ad excusandum citatum absentem vel infirmum, aut capiendum.

4. Excusare enim est quedam species defensionis, in deuento d. h. publico. Andr. in Conf. Reg. ed. Ser. in verbis excusatio legitima dicitur nam excusare est quedam species defensionis, si enim admittitur ad defensionem, causes absentiae allegando, non est deneganda appellatio, quae est species defensionis cap. cuius socii si porto de appellat. Socius conf. 195. col. 3. vol. 2. Marans. in praef. in verbis & quandoque appellatur num. 249.

Et illa in excusatione ob infirmitatem dum se- nectutem comprehendendi in exceptione infirmitatis pretendebatur, allegata exceptione predicta tempore Grammatici, & non admissa per M. Curiam, fuit per S. C. revocatum decretum M. C. & sic patet, admissam fuisse appellationem, ut refert idem Grammaticus ris. sive aliquis, vel aliqua, 7 super excusationibus infirmorum, & ex dictis per Pres. de Franch. in decif. 589. in vers. habito re. curvus ad Sacrum Consilium, patet, appellationem in S. C. fuisse admissam in causa denegationis distinctionis ob absentiam. Hic tute ad cap. post commis- sionem.

Contrarium opinionem videlicet quod non sit descendendum appellationi, multis modis fundat Rovit. ad commissarii prag. Reg. in rub. de appell. & num. 13. idem & si absque alio fundamento refert Rovit. ad Jul. Clas. in graft. 34. & num. 9. usque ad num. 12.

Quicquid autem sit de jure communis, nulli dubium est, in Regno fuisse semper obseruatum a predicta denegatione excusationis ob allegata absentiam denegata fuisse appellationem, & per Presid. Sec. C. fuisse prouisum, quod cadet in

Magna Cur. justitiam faciat, uel debite prouideat de qua forma decreti testatur Pres. de Franch. decif. 327. & idem Rovit. in praalleg. rubrica un. 13. stylus inueteratus uiget penes Dominos Presidentes S. C. ut patet ex scripturis productis, & in contradictrio sit obseruatum, & hanc eandem obseruantiam uigere in Regno Galliarum, refert Rebuff. in d. cap. 15.

Etsi D. Reg. de Tap. in d. Conf. citationis litera uideatur, contrarium dicere, fuisse obseruatum, dum in illa causa appellatum fuisse refert; at tamen contrarium ex actis apparet; fuit enim id controvrsium in homicidio commisso per Ducem Sancte Agathae, & cum in Collaterali Consilio esset dubitatum, an grauasset Preses Sac. C. denegando appellationem, Dominus Prorex mandauit sub die 20. Septembri 1602. quod M. C. relationem faciat in S. C. super praetensa appellatione, quae non aliter fuit facta prout patet passim fuisse obseruatum per Dominos prae- sidentes S. C. decretationem Mag. Cur. iustitiam faciat, & in contradictrio ita prouisum.

Et casus, de quo per Pramat. in d. rit. differt a casu nostro, ibi enim articulus juris, & dubius fuit allegatus, scilicet, an extendenda sit infirmitatis exceptio ad senectutem, casus de quo agitur, nullam habet difficultatem, cum clara sit dispo- sitio cap. Regni per commissum.

Nec ex relatis per D. de Franch. decif. 589. potest fundari contraria praxis; cum tantum dicat causa introductam in S. C. nec constat, fuisse diffluens articulum, an competit appellatio, quod ex causis in illo recurrentibus potuit evenire, & haec decisiones fuerunt post mortem collectae, & non sunt tantae authoritatis, ut aduertit Reg. de Pont. in tract. de post. Proreg. in tit. de decreti Coll. Consilii super oblig. seu alienas. rer. dotal. un. 13. vers. oportet si in dispositione.

9 Quo obseruantia, & stylus absque dubio facit legem in Tribunalibus hujus Regni, & contra illum non potest judicari, sed est pro lege seruandus Afl. in Conf. praesenti lege 4. notabili, idem in decif. 135. num. 3. & dec. 88. in fin. Caruit. rit. 1. num. 23. in fine post Cyn. & Bal. in l. prima in fine C. quae sit long. consuetudo, Thesaur. in prae- missis ad decif. Pedem. num. 3. 2. vers. quod si ter.

10 Cujus quidem stylus tanta est efficacia, ut nulla necessitas inueniat perquirendi rationem: quia sufficit authoritas patrum nostrorum, quae quidem grauissima est, & pro lege seruanda ex traditis per Presid. de Franch. decif. 470. per totum, & praesertim num. 4. vers. mali etiam fuerunt, & num. 5.

In discussione articuli per Sacrum Consilium in Collaterali fuit dubitatum de stylo predicto ex allegata decif. de Franch. 589. ibi enim patebat esse admissam appellationem, & non resoluto articulo ex consensu fisci Advocati fuit relata causa, & confirmatum decretum M. C. virtute d. cap. commissum, in causa Iulii Pagani inquisiti de ho- micidio sub die 26. Novembri 1617. ad relationem M. C. processus est in banca Danielis.

ARGUMENTUM.

Ascendens cum scalis ligneis ad fenestram aliquius Monasterii furandi causa, per quam Monasterium ingressus Monachum vulneravit, ibique detentus, & M.C.V. consignatus prævia Nuntii licentia, qua pœna plectendus veniat. Arbitrium in pœnis quando possit extendi usque ad mortem.

SUMMARIUM.

- 1 *Vulnerans Monachum in Monasterio, ad quod cum scalis ascendit furandi causa, pœna plectendus sit.* & n. 6. & 8.
- 2 *Pœna mortis plectendus quis non est ex hoc solo, quia cum scalis ascendit causa furandi, sed alia mitiori arbitria.*
- 3 *Scatas ligatas asportans de iure Regni per Regiam pragmaticam usortis pœna puniendus est, ante alia arbitrio Excellentissimi Domini, & sic cum alternativa electio Proregis est, & n. 5.*
- 4 *Flagrancia requiritur, ut asportans scatas puniatur pœna Regiae pragmatica.*
- 5 *Concurrentibus qualitatibus aggravantibus ascendens cum scalis furandi causa, mortis pœna puniri potest.*
- 6 *Qualitas aggravans ea est, cum in Monasterio aliquod committitur delictum, & sic in loco sacro, in quo quædam grave facinus sit, remissive habetur.*
- 7 *Quædam ultimi supplici arbitrari ratione loci multoties observatum fuit, ubi etiam casus habet remissivum.*
- 8 *Qualitas item aggravans dicitur, quando vulnera Monacho illata fuerint, hoc namque crimen ratione persona gravius est.*
- 9 *Loci sanctitas ad personam sanctitatem ordinatur.*
- 10 *Delicta tantè graviora esse censentur quam à persona, vel locus sanctiora sunt.*
- 11 *Arbitrius in gravissimis delictis usque ad mortem extendi recepta glossa opinionem affirmatur in maiori Magistratu, & supremis iudicibus, & ita observatum n. 16. & 17.*
- 12 *Arbitrius in minori magistratu ad mortem non extenditur, nisi consulto Principe, in quo nullam dubietatem haberet glossa sententia, quippe Princeps de novo posset in delictis mortis pœnam imponere.*
- 13 *Princeps potest pœnam arbitriam ostendere ad mortem.*

DECISO XXXIV.

Gregorius Presta ascendit cum scalis ligneis ad Monasterium Fratrum S. Mariæ de Gratia furandi causa, ac per fenestram ingressus, Monachum vulneravit, ibique detentus prævia licentia Nuntij Apostolici sicut consignatus M. C. in qua fuit discussum qua pœna veniret plectendus. **P**ro teo allegabat, opinionem majoris partis DD. tenentium contra Bald. non posse puniri pœna ordinaria mortis, sed alia mitiori arbitria quos congetit Cabal. *resolut. crim. casu 98. num. 2. vers. sunt tamen alii, cæterosque hanc sequentem opinionem tanquam taciorem, & zaciorem asserti Giurba cons. 6. n. 2. vers. secunda fuit.*

Nec posse in hoc calu practicari pœnam imponit a Regia Pragmatica edita de anno 1560. sub tit. *de scalarum probib. ponderando verba.*

- 4 *Bro arbitrio reservata, nam juxta theoretam Bart. communiter receptam in l. si balsatore C. de fidei. de qua latè per Iul. Clar. in pract. crim. in §. fin. quæst. 82. statut. 6. requiritur quod sit capens, cum scalis.*
- 5 *Insuper per statutum est imponi pœna mortis, aut arbitrio Excellentissimi Domini, & electio alternativas est Proregis.*
- 6 *Sed his non obstantibus decisum fuit per Mag. Curiam delegatam esse laqueo suspendendum dictum Gregorium sub die 22. Augusti 1634. Franciscus Tartaglia Act.*
- 7 *Nam quævis non esset puniendus pœna mortis ex eo solo, quia cum scalis ascendit causa furandi ex dictis per Caball. loc. cit. atamen concurrentibus qualitatibus aggravantibus potest puniri pœna mortis, ut tenet idem Cabal. & refert decilum in d. casu 97. num. 20. vers. secunda sit conclusio.*
- 8 *Qualitates aggravantes concurrentes in casu, de quo agitur, sunt: quia in Monasterio, & sic in loco religioso, in quo quædam grave facinus sit, habes in tex. in cap. frater 17. quæst. 4. & ex Luydov. Peguer. decif. 24. num. 7. vers. secunda species sacrilegii est, & multoties observatum fuisse ratione loci arbitrii pœnam ultimi supplicij testatur de Pont. de potest. ro reg. su. tit. de provis. fieri solit. §. 11. in fin. n. 16. ibique narrat casus.*
- 10 *Et quia illata fuerunt vulnera monacho, quod crimen ratione personæ grave est l. *sancimus C. da Sacrof. Eccl. in fine*, fundat Peguer. d. decif. 24. n. 11. 6. vers. prima species est, quia sanctitas loci ordinatur ad sanctitatem personæ 12. d. finit. per togam, & tantè sunt graviora, quanto persona, vel locus sunt sanctiora l. si quis hoc genus sacrilegii C. de Episcop. & cleric. cap. felicis de pau. in 6. Boer. decif. 254. n. 14. vers. quare si sacrilegium.*
- 13 *In gravissimis enim delictis recepta est opinio. gloss. in d. g. in summa in fin. de iniur. arbitrium extendi usque ad mortem de Pont. in d. tract. in d. tit. de provis. fieri solit. §. 2. in fin. n. 19. vers. recepta est opinio. gloss. Caball. latè fundat resolut. crim. cap. 92. & latius omnium opiniones refert, & fodere distinctionis concordat Giurb. cons. 6. qui in Maiori magistratu, & supremis iudicibus fundat per eos mortis pœnam imponi posse ibi n. 20. 113. in 14 minore vero magistratu consulto Principe, si id atrocitas delicti exposcat, nam opinio glossa in Principe nullam habet dubietatem, qui de novo posset in delictis pœnam mortis imponere, idem de Pont. loc. citato n. 14. vers. bac in quæm, Caball. casu 99. num. 103. vers. & quando opinio bac non est admodum rata, & omnes pœnas esse Principi arbitrias, & posse extendi, & imponi, prout melius ipsi videbitur August. ad Angel. de malefic. in verb. & ibi caput à spatu vers. quare aliqua lego n. 46. Farin. de delict. & pœnis quæst. 17. num. 60. latissimè, & copiose Giurb. d. cons. 2. 12. vers. primus est.*
- 16 *Hinc M. C. delegata nomine Regio procedens, vicem majoris magistratus gereas, pœnam mortis imposuit.*
- 17 *Et de mense Junij 1636. Joannem Dominicum Costa, qui adulteris clauibus, apertis ostijs de nocte, cuidam Doctori in lecto cum conjugé jacenti vim intulit, & ambos vulneravit, & furtum tentavit, sed non perfecit ob clamorem Mag. Cur, ut tutius ageret consulto Principe, pœna mortis imponit.*

52 D. REG. JOAN FRANCISCI SANFELICII

plectendum censuit, & facta relatione in Cons.
Coll. sicut approbata sententia.

ARGUMENTVM.

In Regno in furto unciam excedente qualitate sacrilegii, concurrente qua poena locum obtineat? Sacrae res quae di cantur, ad hoc ut per illarum furtum sacrilegium committit debeat.

S U M M A R I U M.

1. Scripiens linteamina altaris, & alia pro ornata illius ex sacro consecrata valoris ultra unciam, qua pena plectendus sit.
2. Pœna ultimi supplicij furantes ultra unciam puniri in Magna Curia nunquam observatum fuit, nisi in magno furto, vel concurrente qualitate effractionis, aut clavis adulteria.
3. Pœnam queque ultimi supplicij in Regno in furto unciam excedente qualitate sacrilegii concurrente, praedicatorum fuisse non ambigitur. & n. 9.
4. Sacrilegii unum qualitas quando concurrere dicatur, & qua res sacra fuit, ad hoc, ut per illarum furtum sacrilegium quis committere dicatur, & in furto unciam excedente ultimo supplicii pena puniendus sit, diffundit explicatur, longaque manu discutitur, & n. 6. & 8.
5. Etiam de iure communi, & n. 7.
10. Et pena ultimi supplicij puniendum esse compotatur auctoritate rei indicata.

DECISO XXXV.

1. **I**annes Dominicus della Rocca ab Ecclesia S. Mariae Salutis in suburbio Civit. Neap. surripuit linteamina altaris, & alia ex sacro consecrata pro ornato imaginis Sanctæ Mariæ valoris ultra unciam, fuit dubitatum, qua pœna esset plectendus.
2. Pro reo dicebatur, nunquam fuisse observatum in M. C. pœna ultimi supplicij plecti furantem ultra unciam, nisi in magno furto, vel concurrente qualitate effractionis, aut clavis adulteria, ut testatur Consil. Gizz. dec. 13. n. 7.
3. Et quamvis concurrente qualitate sacrilegij praetica fuit pœna ultimi supplicij, ut testatur Præs. de Franch. dec. 315. num. 7. ver. 1. item quod licet capitulum prædictum, & inferius num. 10. in fin. & Foller. in fragmentis in tit. de sacrileg. atamen intelligendum dicebant, quando aliqua res sacra furto subtrahitur ab Ecclesia, quia tunc committitur propter sacrilegium, & puniuntur pœna mortis etiam de jure communi l. 4. ff. ad l. Jul. pecul. l. sacrilegii cod. tit. & non semper imponebatur pœna mortis, sed ex qualitate personarum, & ipsius delicti juxta DD. communem opinionem, de qua per Gomez. variar. resol. cap. 5. de furto n. 11. vers. secundus casus est ceteros assert Peguer. dec. 24. num. 14. sacrae autem res dicuntur, custodia, ca-
6. lix, ara, vestimentum, & similes res; non vero alia, quae pertinent ad ornatum, & ad cultum divinum, ut vasa, quibus ponitur vinum, & aqua, vel aliquod pallium, vel lignum, quo cooperiuntur altaria, imo etiam crux, prout decisum refert. In Salmantino Prætorio Anton. Gomez. præcito loc. n. 11. in fin.
7. Fiscus inflebat puniri pœna ordinaria mortis, pro ruijus iustitia fundamento faciat dicta per

Peguer. dec. 24. n. 13. vers. sunt, & tertio aliis res, vbi tenet, quod aliquæ res, quæ etiæ per Pontifices, seu Episcopos consecratæ non sint, sunt tamen ad factorum usum potissimum dedicatæ, ut seruant. Sacerdotibus sacrificia Deo offerentibus, vel diuina officia ministrantibus, vel ad apparatus, seu ornamentum Templi, vel altaris, ut sunt cibaria, phialæ, capsulae, feretra, libri ornamenta, mappæ linteamina altarium, cortina, cera, gazophilacium, aut arcula, in quam sacrae eleemosynæ coniiciuntur, quæ res quoque sacrae dicuntur; idèò quod ad ministerium diuinæ cultus dicatae sunt, ex quibus tenet, quod quando aliquid ex prædictis rebus ab Ecclesijs subtrahitur, tunc dicendum est, sacram de sacro tolli, & subtrahi, quamvis inter dictas res maxima in sanctitate sit differentia, ut idemmet superius fundavit, & hoc sacrilegium de jure ciuili verum, & proprium sacrilegium esse notatur in d. l. sacrilegii penam, & in l. sacrilegi capite, ubi glos. & in l. Divas ff. ad l. Julianum pecul. ubi Dyn. Bart. & Alberic. de Rosat, idem fatentur, & concordat Bald. in l. est non dum nn. 4. C. de furt. ubi dicit de jure ciuili duo requiri ad hoc ut sacrilegium, dicatur verum sacrilegium, res fit sacra, & quod auferatur loco sacro Iodoc. in præc. crimin. cap. 111. in rub. de sacrileg. num. 4. Menoch. de arbitr. Judic. casu 389. num. 2. Decian. quoque in tract. crimin. lib. 9. de sacrileg. num. 19. vers. advertendum tamen tenet, quod aliqua, quæ non conflantur, neque benedicuntur, ut lampades, libri, phialæ, capsula, linteamina, & mantilia, & alia similia ornamenta, tam ad usum, quam ad ornatum, quod si auferantur, sacrilegium committitur, sicut sacra, vel benedicta, ut calices, vel patenæ, & vestes sacerdotales, utrumque enim sacrilegium est, unum tamen altero grauius, & inter sacra connumerat Farinac. in tract. de furt. quæst. 172. post relatas opiniones prædictorum Doctorum num. 56. paramenta altaris, ornamenta Ecclesiæ, num. 72, & 74.

9. Concurrente igitur qualitate sacrilegij non Regno in furto excedente unciam, puniendum est delinquens pœna ultimi supplicij juxta dicta per Præsid. de Franch. d. dec. 315. prout observatum fuit tempore Follerij, ut testatur in loco citato, quem refert Clat. in §. sacrilegium.
10. Et iuxta hanc fisci instantiam fuit judicatum per M. C. delegatam, esse reum mortis, & laqueo furcis suspendendum sub die 8. Septembris 1624. & exequita sententia in loco delicti; & aliis sub die 21. Maij 1627. idem observatum per eandem M. C. contra Andream de Mauro, qui ab Ecclesia argenteas tabulas ex votis fidelium ante imaginem Beatæ Virginis assixas subripuit, & furcis fuit suspensus.

ARGUMENTVM.

Auxilium, & consilium præstans in furto magno à sociis commissio cum fractura in quodam puellarum conservatorio, & ab initio tractatus particeps, qua pœna puniendum sit? Statutum pœnale loquens per verba generalia, & communia commiserit, vel gesserit, vel loquens per verbum, fecerit, an, & quando comprehendat mandantes, mediatores, consulentes, & auxiliatores.

S U M M A R I U M.

1. **F**ar, qui in tradita tantum fuit, & facti sunt,

- port ante obliuio excubavit, bona quo à socijs tradita deinde recepit, an pro simplici tantum furto teneatur, & qua pena puniendus sit, & num. 4.6. & 7.
- 2 Pena mortis pro simplici furto usc de iure communi, neque de iure Regni imposita confetur.
- 3 Capiculum Regni (ad hoc) pro furto vinciam excedente, mortis impunius panam, practicatum non fuit, nisi concorrente aliqua qualitate gravante.
- 5 Statutum penale loquens per verba generalia, & communia, commiserit, vel gesserit, an, & quando comprehendendar mandantes, mediatores confilium prabentes, vel auxiliatores, & quid si loquatur per verbam, fecerit, diffusus traditur.
- 8 Minoratur pena furti in eo, & qui rem rapta scienter occultavit, & qua pena fuerit puniens.

DECISO XXX.

IN CIVITATE Neap. in quodam Conservatorio puellarum fracto ostio ingressi sunt fures, a quo hora valoris ultra ducatorum centum surripuerunt, vnde ex socijs, penes quem bona furto subiecta reperta fuerunt sponte confessus fuit, communis consensu cum effractura fustum commissum, verum ipsum non fuisse ingressum, & in fractura non intervenisse, sed excubasse ante ostium, & sequito furto bona à socijs tradita recepisse.

Diebatus pro reo, non posse putari poena mortis; quod non est imposta pro simplici furto nec jure communi, nec per iura Regni, per text. ix artib. si d. n. i. cap. 1. de furt. fugit per quem com. DD. ita sentiunt, quos congerunt Farinac. tract. de furt. quib. 177. par. 2. Mulcatell. de co- quisitione seu probat. delictorum in tit. de pan. furs. rapin. &c. Caball. cas. 18. num. 2. & si per Capitu- lare Regni ad hoc de furs. pro furto vinciam excedente sit imposta poena mortis; attamen non fuit practicata, nisi concorrente aliqua qualitate gravaente, ut est dictum supra decis. 35. incipiente Joannes Dominicus della Rocca, at cum ipse frater non interfuit, tantum pro furto teneri dicebant, & sic non poena mortis.

Sed his non obstantibus, per Magnam Curiam vti delegatum sub die . . fuit ultimo supplicio punitus per dictum cap. ad hoc consideratis qualitatibus gravantibus, tam fracturam, quam loci, nam quamvis ipse non effregit, consilio interfuit, auxilium prestitit, bona furto subiecta recepit, tenetur igitur de furto cum omnibus his qualitatibus, & puniendus erat poena predicti capitalis, quod loquitur per verbum commiserit, ibi, ut quicumque furturn in robis unum angustatum infra valentibus commiserit, &c. quod verbum, cum sit commune, comprehendit omnes auxiliatores, consulentes, & mandantes hujus opinionis antisignanus est Bart. quem omnes sive contractione sequuntur, qui licet loquatur in mandatario, & mandante tamen idem est in auxiliatore, & consulente.

Distinguendum tamen est, quod si statutum dicit si quis commiserit homicidium, tunc comprehendat etiam mandantem, qua dicitur committere, id est cum alio mittere, & quomodounque faciat, committerit in legem, sive directe, sive indirecte; si autem statutum dicit, qui fecerit homicidium, non comprehendit mandantem Salyc. in l. non idem minus 3. num. 19. Cod. de accusat. recitatis verbis Jacobi Butrigarij, subdit, Sed diffi-

guendus est latius in hoc secundā articulo, and verba disponunt expressè, & specifico de utroque, & tunc propria regula tenetur quilibet, aut verba legis expressè de utroque non disponens, & tunc si, qua lex civilis, vel municipalis vicit, si quis commiserit adulterium, vel homicidium, dico, quod ex proprio significatu verbi uterque comprehenditur.

Lud. Rom. in d. l. si is, qui pro emperore unus. 23. in fine de usucap. optimè declarat ibi, Etiam mandans verò dicuntur committere, & hoc vigore illius verbi committere, quod est commune ad comprehendendum verò tam mandantes, quod mandatarium, & bac est huic verbi natura.

Alex. d. cons. 65. num. 9. lib. 4. transcribit omnia verba Jacobi Butrigarij.

Jas. in d. l. si is, qui pro emperore unus. 359. de usucap. ibi, Quia etiam mandans dicitur verò committere, quia ralo verbum committere est commune ad comprehendendum verò tam mandantes, quare mandatarium, & unus. 380. refert confirmationem Butrigarij.

Alciat. in d. l. si is, qui pro emperore unus. 174. vers. tamen de usucap. refert, & sequitur opinionem Butrigarij.

Coflet. in frag. is verb. committere incip. si Rast. 2num fol. 308. col. 4. ibi, Statutum vicitur hoc verbo committere, para si quis commiserit homicidium ex proprio significatu comprehenditur mandans, & fieri faciens.

Caser. in pract. tract. de homicid. 6. circa tertianam num. 2. fol. mihi 286. refert similes, & sequitur opin. Butrigarij.

Tiber Decian. tract. criminal. lib. 9. cap. 31. nn. 10. ibi; Si statutum loquatur in rem, vel per verba communia, tunc comprehenditur etiam mandans absque dubio, & sineulla interpretatione.

Farinac. de consultor. quib. 135. limit. 7. u. 130. ibi, Mandans comprehenditur sub statuto penali, quando statuti verba sunt generalia, seu communia, apta comprehendere, & mandatarium, & mandantem, ve putat si utatur verbo commiserit, aut verbo gesserit.

Et sic convenient omnes, nemine excepto, quod statutum loquens per verbum generale, seu commune, commiserit includit, & mandatarium, & mandantem.

Reliquum est demonstrare, quod includat etiam consultorem, mediatorem, & auxiliatorem, Alberic. de statut. lib. 2. qu. 44. à principio usque ad finem latè tractat articulum, an comprehendatur in casu proposito per Iacob. Butrig. mandans, consiliarius, vel auxiliator s. 16. & 18. ubi propriè quod sit in committentibus assassinum, & resolvit ibi, Quod si proposita fuit non solùm in mandante, sed in dante consilio, & favore, aut ha- basseus entendatur ad tales, & tenet, quod non extenderatur, nisi homicidio principaliter interfuerit.

Alij verò indistinctè absque interventione auxiliatoris concludunt comprehendendi etiam mediatores.

Geminian. in cap. 1. de soft. in 6. n. 1. ibi, Nota, quod mediator dicitur etiam facere crimen, cuius perfectioni operam dedit, & hoc probat tex. ibi, committitur; quod nota pro statutis imponentibus penam committentibus delictum, quod videtur includere etiam mediatores.

Anch. in cap. fiscus dignum num. 12. de homicid. ibi, Et hoc petat ista verum, si verba legis sunt in rem scripta, pro tali homicidio, si talis pena, fixa autem fuit concepta in personam, ut si dicat, quod benti-

bonsicidium manu, vel enso fecerit, non comprehendat statutum isto enso mandatorum, ferentem opem, vel similem.

Farin. refert, & sequitur hanc distinctionem tom. 4. q. 129. num. 105. & latisimè q. 131. num. 51. post infinitos, quos allegat, more solito firmat in auxiliatore, & opem præstante; neque est, qui contradicit.

6. Poterit enim Judex sequitatem sectando extra ordinem punire, vbi cunque auxilium, & favor fuisset simplici, eo quia maleficium non esset auctum; sed ita esset exequutioni demandatum, si eut si non intervenisset, vt dixi Io. Andr. in cap. *sanctis de pao. in 6. & refert August. Ari. in tract. de maleficiis verbis dicta maleficio sexopor affigit n. 16. vers. idem addo in hac materia unam mirabilem distinctionem, dicens, evasisse à poena furcarum quendam, qui præliterat auxilium quinque latronibus, qui noctis tempore furati fuerant unam apotecam, à qua asportaverant unam petiam veluti, & quidam. alias præstiterat auxilium, & nihil fecit, quia non aperuit apotecam, nec asportauit petiam veluti; sed tantum stetit in via cum alijs quatuor, dum alius surripiebat, & furcum committebat, nam ex quo præstiterat simplicem fauorem: quia omnino illi quinque sine ipso delictum exequutioni mandassent, propterea pena ordinaria puniri non debuit, & ita fuit judicatum, quam doctrinam sequuntur alij per eundem adducti, & Campag. in d. cap. ad hoc n. 62. in 6. ampliatione.*

Secus verò si de rebus furtivis aliquid ad ipsum pervenit: nam tunc puniendus erit pena ordinaria, vt idemmet Campag. loco citato concludit.

Itemque si ab initio fuit in tractatu, nam tunc non erit minoranda pena; sed eadem puniti juxta distinctionem Bart. communiter receptam, & in hoc casu nemo contradicit, de qua meminit Julius Clar. in §. fin q. 90. num. 1. vers. aut delictum commissum est prævia tractatu, & eandem sequitur Thesaur. quæst. forens. lib. 1. q. 46. num. 3. vers. unde in facili contingencia, & inferius un. 4. vers. sed quando ille, quippe tulit, & fuit observatum per M. C. vti delegatam, & facta relatione in Collaterali Consil. loco reclamationis confirmata sententia, per quam Julius Tornacasa fuit condemnatus ad penam ultimi supplicij, & furcis suspensus, qui fuit in tractatu committendi magnum furtum, quod sequutum fuit cum clavibus adulterinis, & fractura, quamvis tempore furti excubabat ante oīsum, & priùs quam bona recepisset, fuit capit. de mensē Martij 1625.

B. Ceterum minoratus pena in eo, qui rem raptam sciens delictum servavit, & si crimen non dissimile sit l. *crimen. C. ad l. Julianam de vi publ. secundum glos. in d. l. crimen per tex. in l. prima h. panas C. de rapt. virg.* & ita obseruatum fuit per M. C. delegatam in causa Santilli dello Piano Ianuensis sub die 24. Ianuarij 1629. & quamvis furtum esset magni valoris, fuit condemnatus ad regandum per decennium.

ARGUMENTUM.

Capitulum Regni, frequens, & ineffrenata qualiter usu servetur.

SUMMARIUM.

1. Capitulum Regni frequens, & ineffrenata moni-

ditur ad furta iusus Ciuitatem Neap.

2. Repetitio, qua in materia dicti capituli facienda est, parse citata, & citatis nominatis, quando sit necessaria, & de illius practica, ubi etiam repetitionis forma reaissive ponitur.
3. Repetitio non erit necessaria, quando proceditur virtute potestatis extraordinaria.

DE C I S I O XXXVII.

1. **C** Apiculum Regni frequens, & ineffrenata, disponens trium latronum dictum post tormenta contra eos, qui nominauerint esse malefactorum suorum consocios, participes, & factores, facere tantam fidem, quantum faceret testimoniū duorum proborum virorum, extendi ad furta intus Ciuitatem Neap. statutum fuit per Pragm. de qua meminit Vincent de Franch. dec. 570. qui repetendi sunt parte citata Carau. in pragm. prima de exulib. num. 73. Affl. in Conf. b1, qui nu. 11. cuius repetitionis formam tradit Rou. in pragm. prima rubr. de perseguendis malefactoribus num. 11. vers. caterum est advertendum, obseruatur in M. C. tempore confessionis, si est præsens reus nominatus, jurati in ejus faciem, si autem non est præsens, cum venerit ad manus Iudicis, si non reperitur exequuta sententia mortis, nominantem iterum torqueri ad conualidandum ejus dictum similiter in faciem dicti nominati, alienis uero nominatis, torqueri citatis nominatis, & ita obseruatum fuit sub die 19. Martij 1625. in caula Baptista, sed Titta Tizzani, & interpositum decretum, quod repetatur cum tormentis, citatis nominatis, & ita fuit exequutum, quæ repetitio non erit necessaria, quando proceditur virute potestatis extraordinaria, ut fundat Grand. in tract. de bell. exul. in speciat. 90. & in alijs casibus positis per Foller. in tract. in verb. & si confiteatur in 3. par. num. 41. & 42.

ARGUMENTUM.

An ementes fasscarum in arcis repositum, in quibus magna argenti quantitas erat recondita, eamque occultantes, furtum committunt, ideoque convicti, & confessi remigatiois paucam tanquam fures subiungandi suus.

2. Pecunias, & argentum ita inventum imperio non esse; sed reconditori, ejusquid successoris vero dubitavit.
3. Ex quo infertur, pecuniam inventam ea forma excusat, ut ex illa confes recentis esse memoria, thesaurum non censeri, atque adeo inventori minimè concedi.
4. Furturn autem invenitor committit, sive scias cuius sit res inventa, sive ignoreas.
5. Cuius rei exempla recensentur.
6. Vnde colonus, qui res in prædio confidente, anime furandi celat, furti paucam experitur.
7. Furturn committit, qui scienter rem alienam iniuste Domino regnos, & si ab initio bona fide

DECIS. XXXVIII. LIBER I.

37

*res ad eam pertinet, scensi quiscaenior invito
Domino rem alienam apud se retines, & contra-
dat.*

- 8 *Purti rauera presumpto uerius inventorem
erit.*
- 9 *Ideoque ejus assertio estiam jurata, quod animo
furandi pecuniam non accepit, standum non
est.*
- 10 *Quae furti suspicio tollitur, quando per cridas, &
proclama inventor protestatur.*
- 11 *Inveniens rem alienam, & domino non restituens
furtum committit non tantum de jure commu-
ni, sed etiam ex Regno Constitutione.*
- 12 *Cap. Regis. Ad hoc ut nosrorum non habet locum
in inveniente rem alienam, & non restituente.*
- 13 *Remigationis pena de iure communis pro magna
quantitatis furto imposta est secundum aquio-
rem sententiam.*

DECISIO XXXVIII.

1 **E**merunt quidam saccarum in officiis repositum,
in quibus argenti magnas quantitas recon-
ditae erat, ipsoque reperto, emptores occultaverunt
cum scirent ad eos non spectare de quibus convi-
eti, & confessi sunt; Ideo puniendi veniunt pa-
na remigationis, tanquam fures secundum sequio-
rem opinionem:

2 **N**on enim dubium est, pecuniam & argentum
ita inventum non esse emptoris, sed reconditoris,
& ejus successoria, easus sing. secundum Bart. &
Bal. in l. a. ex ore ff. de rai vend. & exemplificat
Ang. in d. ab auxis num. 10. in ff. de rerum divis.

3 **i**n eo, qui recondit pecuniam in muro, & poste-
vendit domum, quod illa pecunia in muro recon-
ditae non est emptoria, sed reconditoris, & postea
vendit domum; nec vendita domo intelligitur
alienata dicta pecunia, unde inferitur, quod si pe-
cunia inventa, ea forma sit excusa, ut ex illa con-
sider recentis esse memorie non sensibitus thesau-
rus, neque inventori concedetur Bartol. in repet.
d. si fundas l. diuertio num. 25. in fine ff. solus.
magr. & Add. ad Poetum in d. ab auxis lit. B.

4 **A**t cum ad ipsos non spectet. & alienum sit, &
gacentes lucifaciendi causa surripuerunt, furti ad-
stringuntur, sive sciant, cujus sit, sive ignorent;
nihil enim ad furtum minuendum facit. quod,
cujus si ignoreat, sunt verba tex. in l. falsas cre-
disar d. qui alienam ff. de furt. quem ad hoc addu-
cit Farinac. de furtis quæff. 168. p. 3. n. 62. & eum
exemplificat Angel. ibi num. 8. in princ. d. in vors.

5 **F**urto mercator. in mercatore, cui cecidit valisa
plena florentis, vel qui valisam projectit, neces-
sitate ductus, ut melius fugeret, cum à latruncu-
lis fugaretur, quam jacentem in terra quidam re-
collegit, vnde recolligens tenetur furti, licet igno-
ret, cujus fuerit valisa. Hinc Gomez. ejusdem
loci auctoritate motus, dicit, quod si quis acci-
pit recte, cuius dominus ignoratur, vel inveniat
deperditam, quæra ubi retinet, non demonstrando,
vel peragendo, furti tenetur Gomez proxime
commemoratus de delictis cap. 4. subr. de furtis nn.
8. in princ. vbi de communis testatus sententia.

6 **V**nde furti recutus colonus, qui res in prædio
consistentes celat, animo furandi tex. d. in l. idem
ff. 45. vbi glo. & DD. ff. profectio Cabala q. s. 16.

7 **n**um. 13. o. 3. nem furtum committit, qui scienc-
ter rem alienam invito domino retinet, etiam si ad
eum bona fide ab initio pervenerit, sicuti qui scien-
ter invito domino retines, & connectat apud se
temp aliquam Lucas de pen. in l. prima p. 9. prius.

*in uerb. innudat C. de bis, qua ex publ. coll. illata
iunis non usurp. lib. 10. Caball. cas. 136. nn. 18. vbi
respondet consil. Cravett. 244. qui aliter videbatur
teneat.*

- 8 *Et verè presumptio est adversus inventorem:
quia si habuisset animum non committendi furti,
facile ei fuisset proponere libellum, & propteret
non est standum ejus assertioni, etiam juratæ, quod
9 videlicet pecuniam accepit animo non furandi,
ex quo ei repugnat prædicta presumptio juxta
doctrinam Bartoli in l. inter omnes §. recte ff. de
furt. Menoch. lib. 5. presump. 30. num. 13. vers. 6.
uero presumptio est.*
- 10 *Tunc enim tolleretur furti suspicio, quando
fuisset potestatus per cridas, & proclama juxta cu-
mulata per Bossi. in t. de furt. num. 50. cum alijs
adductis per Caball. casu 292. num. 5. & in casu
de quo agitur: quia certus erat dominus, erat
iphi denunciandum, videlicet Excellentissimo Do-
mino Proregi, ad quem spectabat.*

- 11 *Et non solum de jure communis furtum com-
mittit, qui ad rem alienam invenit, & domino
non restituit per tex. in d. §. qui alienam; verū
etiam per Constitutionem Regni incip. pecuniana
si quis innonorit, qua cavetur, quod inveniens
pecuniam, vel quamlibet rem aliam, qua sua non
sit, animalibus exceptis, & domino non restituens,
vel justitiarijs, sive baiulis non assignans, furti
pena tenetur, & si talis res baiulis, vel justitia-
rijs fuerit assignata usque ad annum completum
per se conservatur, vt si quis forte infra annum
venerit, & rem ipsam suam fore probaverit, con-
sequetur alioquin post transactum annum fiscalibus
utilitatibus adscribitur, quod refert Foller. in
fragment in tit. de furtis num. 130. fol. mibi 410.
col. 3. num. 130. qui tamen addit, locum habere
12 poenam juris communis tantum, nec esse punien-
dum poena cap. ad hoc, ea motus ratione; quia
licet sit furtum; non tamen est furtum regulare.*
- 13 *Poena autem de jure communis imposta pro
furto erit poena remigationis in tract. de furt. qu.
156. num. 42. & seq. reliquos congerit Caball. refe-
rat. crim. cas. 18. num. 2. verum ipse tenet opinionem,
quod poena ordinaria sit puniendus, quod
est intelligendum juxta observantiam, quæ viget
in Regno, ut alibi diximus.*

Mandato Excellentissimi Domini fuerunt torti,
& transmissi ad Regias triremes.

ARGUMENTVM.

Deprehensus cum re furtiva, quando dicatur
fur manifestus, & in flagranti captus. Poena
magni furti, & poena ejus, qui tertio fuit in-
quisitus de furto, & pro aliis duobus puni-
tus, an parificantur.

SUMMARIUM.

- 1 *Deprehensus cum re furtiva, qui non datus est rapo-
porcularat, quod definitur fur manifestus dicitur.*
- 2 *Evidenter captus in flagranti crimine.*
- 3 *Deprehensus cum re furtiva tunc dicitur fur ma-
nifestus, & capens in flagranti, quando in ipso
tempore, multo acta extravaux modio est deprehensus.*
- 4 *Bismarci capientibus an sic fraudum de hac de-
prehensione.*
- 5 *Pana furti magna quantitatibus in Regno, & de-
cilio.*
- 6 *Prædicta procedendi contra capens in flagranti
remissiu.*

7 Pro

D. REG. JOAN FRANCISCI SANFELICI

*Pro tertio furto aliquem inquisitum posse puniri
pana ordinaria, quamvis pro primis duobus fur-
tis punitus.*

DECISO XXXIX.

Magnum furtum in Civitate Neap. factum fuit, & eadem nocte deprehensus fuit procul à loco delicti quidam Jo: Baptista de Risa cum nonnullis ex rebus furtivis, & habitus fuit, ut fur manifestus, captus in flagranti per tex. ix. l. 3. ff. de furtis, & in §. furorum autem inf. de oblig. qua ex delicto nasc. ubi & si non ibi deprehendatur, ubi furtum fecit, attamen esse furem manifestum, si cum re furtiva fuerit deprehensus priusquam eo loco rem pertulerit s: quo destinaverat, astierunt, ex quibus in flagranti captum dici, tenet Isern. in Conf. Regn. justitiarii non per Kalendas in principio, dummodo in ipso rei abstractae punio deprehensus sit secundum Alciat. pratermiss. lib. 11. ff. de fure. l. 111. quod intellige non per magnum intervallum iuventus nullo actu extraneo 3. medio ff. de adult. l. quod ait §. fin. Andre. de Isern. in dicta Conf. vers. aut latitans Foll. in pract. crim. item quod fuit capens in flagranti crimine num. & seq.

4. De loco deprehensionis non est standum dictis hieruariorum capientium in gravi delicto juxta traditionem Farinac. de delib. & pan. que. 2. l. 22. 156. & seq. & per Hortens. Cavalcan. in tract. de brach. Reg. par. 1. num. 222. ad quod facit decisio S. C. de qua per Vinc. de Franch. decis. 379. nisi rem furatam adhuc penes se habeant, quando tei ducti sunt coram Judice à birruatiis : quia re convicti dicuntur, vel quando relatione facta ab illis factitibus reus confitetur, statim Judici delictum presente Actuario, quæ omnia scribenda sunt Cavalcan. loc. cit. d. num. 222. vers. vii. duo obstant.

5. Fuit per Magnam Curiam punitus pena ultimi supplicij per cap. Regni ad hoc, quod practicari in magno furto testatur Confit. Gizzarellus decis. 33. num. 7. uers. hec pana neque in usu est.

Et etiam de jure communi pro magno furto esse imponendam penam mortis tenent DD. ad. ducti per Caball. resol. crim. cas. 18. & ipse eam sequitur.

6. Practicam procedendi contra deprehensum in flagranti crimine habet per Isern. in Conf. huiusmodi, & in Constitutione justitiarii non per Kalendas, per Foller. in pract. crim. in dicto loco iste quod fuit captus in flagranti crimine, per Cavalc. in d. tract. de brachio Regio in prima par. 2. num. 215.

7. Fuit quoque observatum in M. C. puniri pena ultimi supplicij pro tertio furto Antonium Constatibilem deprehensum cum vasis argenteis subtractis valoris duc. 40. & confessum, qui bis penam trisemium ante passus fuerat sub die 27. Octobris 1627. per glos. in autb. sed nono iure in uerb. cassigabitur C. de seru. fugit. ubi Bal. num. 5. uers. ser. id, nota, sequuntur DD. adducti per Gomez. s. 2. resol. cap. 5. num. 6. qui de communione testatur, eandem tenet Caball. dicens ab omnibus ferè recipi, resol. crim. in. cap. 18. num. 8. uers. & quod num. magnum furtum : quamvis fuerit pro illis duobus furtis punitus: illa enim duo fura non computantur ad ea puniendum, sed ad aggrauandum tertium furtum.

ARGUMENTUM.

Quæ pena sumenda sit ab eo, qui cum ad aliud esset in via publica, transiuntem semel tantum, & in re parvi pretii furatus est, & cum armis non prohibitis vulneravit.

SUMMARIUM.

1. *Famulos latro quis dicatur.*
2. *Furtus modica summa qua pana puniatur.*
3. *Furans, & vulnerans qua pana puniatur.*
4. *Latrones qui dicantur.*
5. *Inter furem, & latronem differentia.*
6. *Latrones qua pana puniatur.*

DECISO XXXX.

Fuit in Mag. Curia dubitatum, cum ad hoc esset per Proregem delegata, qua poena esset pleb. Etendus, qui, cum ad aliud esset in via publica, transiuntem furatus est, & cum armis non prohibitis vulneravit, verum non nisi semel, & modicam summam carolenorum viginti.

Furca suspendendum aliquid ex Dominis censuerunt, quorum fundamenta sunt.

1. Primo, ex tex. in l. capitalium & famulos ff. de pax, qui & si de famulo loquatur secundum distinctionem Angel. in d. §. famulos, hi dicuntur famosi, qui cum armis aggrediuntur, aut ui auferunt, refert, & sequitur Add. ad Bart. in d. §. famulos.

2. Secundo, per tex. in l. si quis quinque solidos de pac. tenet, per quem num. 10. ad cap. Regn. ad hoc ut nostrarum, Joan. Anton. de Nigr. vulgo Campag. nuncupatus, tenet, quod furans rem usularem ultra augustale, non tamen valentem unam unciam, in quo est suspendendum.

3. Tertio ex adiectione vulneris, nam eti pro furto non ueniret puniendus pena mortis; attamen ex adiectione delicti major pena esset impunenda ad quod adducebat unus ex dominis Add. ad d. cap. ad hoc in uerb. de plurib. furtis lices uigimis 2. col. uer. quarit, quid in graffatoribus, qui pena capititis puniendum refert ex adiectione vulneris, etiam si lepidus non admiserit.

Alij perpetuae remigationis pena plebendum existimauerunt, in quam sententiam major pars descendit, & ita prolata & exequitioni fuit demissa in anno 1611. ea quidem ratione: quia cum

4. hic inter latrones connumerari possit, pona, quia latrones puniuntur, plebendum erit: latrones enim dicuntur, qui in via seu in mari manu armata viatores aggrediuntur Decian. lib. 9. in sit. de latron. & pirat. cap. 29. num. 4. unde latro dicitur, qui per vim furatur, fur qui clamat aufert autb. sed no- 5. vo iure, & ibi Bart. C. de seru. fugit. qui poena ca- pitis puniuntur l. 3. §. adversus ff. de sepulc. niolap. & intelligenda erit de poena deportationis, vel simili Felin. in cap. qualiter, & quando lo 2. u. 53. de accusat. Farinac. q. 30. lib. 1. sit. de carcere. & carcera. u. 22. uer. primus erit casus, affectus communem, & in judicando sequendam, refert & sequitur Cabal. resol. crim. cas. 8. num. 29.

Itemque cum lex loquatur de poena capitali, non intelligitur de morte naturali; sed de deportatione, vel alia simil. Felin. loc. cit. Bonac. & Suar. in collect. cons. opin. in sit. de pan. & sent. poss. cap. 1. Decian. lib. 7. de pan. in Crim. fals. moner. cap. 27. num. 9. nonnullos congerit Caball. cas. 27. in princ.

6 Et

6 Et in terminis, quod non possit furca suspensi, tenuit Angel. in auth. sed novo iure in fin. C. de seru. fug. ibique latè declarat, quæ remissivè dixit in d. §. famosos, & diffusius Decian.d. cap. 29. num. 12. dixit, solos publicos, & famulos latrones furca suspendi per d. §. famosos, & illi dicuntur publici, & famosi, qui soliti sunt aggredi, depredari, & publicè spoliare, & sic esse publicum, & famosum latronem non est facti, sed juris, quia jus ita illum diffinit, & ideo nisi constet, quod sepiùs depredatus sit, quamvis confiteatur, se plura depredatum esse, & esse publicum, & famosum latronem, non potest ad furcas damnari, subdens inferius num. 14. quod ad hoc, ut quis tanquam latro famosus possit furca suspendi, oportet, quod tria concurrant. Primo, quod solitus sit. Secundo quod cum ferro aggrediatur. Tertio, quod in vijs publicis, alijs ea pena puniri non potest, prout respondit Fulgos. conf. 157. vnde Jacob. dum gradus latronum distinxit, hos plusquam improbissimos appellavit, quos furca suspendendos censuit in d. auth. sed novo iure nu. 6.

Item, & quartum requiritur secundum Bart. in d. §. famosos, quem sequitur Alex. Ias. & Paris de Puteo in locis per Decian. adductis, quod laboret fama publica contra eum, & ex his pates responsio ad primum fundamentum pro prima opin. adductum; pro cognitione verò horum terminorum, videlicet latronum publicorum, & graffatorum viarum est videndum Ital. in tract. de imm. lib. 1. cap. 5. §. 1.

Nec sustineri potest opinio contraria ex tex. in l. si quis quinque solidos, quæ non servatus, prout communiter DD. testantur, & tanquam irrationabilis nunquam fuit practicata, fuit enim protulata illa Constitutio per Federicum pro pace tenenda, & in casu pacis ruptæ ita Bal. in §. iniuria de pac. tenend. Angel. & omnes Scrib. in d. auth. sed novo iure.

Et similiter ex adiectione delicti, quod est simplex vulnus, non est arbitranda pena mortis, augenda est enim pena juxta delictum, quod cum sit leve vulnus puniunt remanet in remigatione, vita durante, & patet ex exemplo tradito per eund. Add.

Verum intus Civitatem, & suburbia de nocte aggredientes viatores furandi causa, quamvis minimum sit furtum, ultimo supplicio puniuntur, ita disponit Reg. Pragm. 18. tit. de furt. 20. 2. pragm. 1. vbi Regens Rovit. & pluries obseruat, & novissime sub die 25. Junij 1625. per M. C. in Coll. Conf. fuit ad furcas condemnatus in loco delicti Antonius Baresius, qui aggressus fuit cum alijs in platea publica intus Civitatem. & duos carolenos tanquam socius furripuit tam in prima instantia, quam in causa reclamationis facta relationis in Collaterali Consilio, accedentibus votis Dominorum Regentium sub die 26. Junij 1625.

ARGUMENTVM.

Argumentum continetur in secundo sumario.

S U M M A R I U M.

- Fur, qui cum re furtiva in aliquo loca reperitur potest ibi puniri ratione contrectationis licet di- eo loco non sit ex aliqua causa suppositus.

2 Delegatio M. Car. contra fures committentes furca in Civitate Neap. & in suburbis non extenditur ad captos cuicunque furtiva, qui alibi sunt furati, & ita iudicantur.

DECISIO XL.

Fur: qui in alio loco reperitur cum re furtiva, potest ratione contrectationis ibi puniri. licet dicto loco non sit ex aliqua causa suppositus juxta doctrinam Bartol. in l. si dominium ff. de furtis in praxi recepta. & si multi DD. eam non approbaverint, ut novissime omnes cumulant Ball. casu 163. & in Regno ita judicatum fuit, & servatur Capyc. decis. 104. Ann. f. 438. Rovit. ad pragm. principes, ubi de delicto quis conuictus deb. remissive num. 35.

Sed fuit dubitatum, an delegatio Magn. Cur. contra fures committentes furta in Civitate Neapol. & suburbis, extendatur ad captos cum re furtiva, qui alibi furati sunt, fuit sub die 8. Augusti in Collaterali Consilio decisum non esse extendendam, sed tantum quando in Civitate res à domino surripitur.

ARGUMENTUM.

Quando artifex torquendus sit, qui fugam arripuit, non restituta re ad exercitum suæ artis data.

SYMMARIUM.

- Artifex, qui ad aliam usum, quæm à domino debilitate res convertit in proprios usus, furti senetur.
- Torquendus est artifex, contra quous ad suis indicia, quod ad proprios usus res ad alia datae convertit, & num. 8. aliisque exempla num. 9.
- Ex brevitate temporis, quo res fuerunt data, & fugam arripuit artifex, praemittitur in proprios usus convertisse.
- Transactione inita inter dominum, & artificem pro rebus ad opus sui exercitii datis, & non restitutis, quando cesset actio furti, & num. 5.
- Si in aliquo contradicuntur dubietas, declaratur per præcedentes protestationes.
- Fiscus, seu Indus ex officio, si parti non competit actio, quando possit causans prosequi.

DECISIO XLII.

Mercator dedit ad vendendum ferrum cuidam rhomborum artifici, vulgo dicto filatoraro, qui post paucos dies aufugit, & se decoxisse finxit, ideo ad pactiones, & iniquissimas conventiones mercatorem traxit, vt in singulos centenos sexaginta remitteret, qui protestatus fuit ante conventionem pactionem prædictam ex necessitate, vt aliquid recuperaret, fecisse, non animo remittendi furti actionem, postmodum querelam expulsoit de furti.

Quod veniat puniendus pena furti, facit tex. in l. itaque fullo ff. de furt. in l. si is, cui C. eod. cum concord. & ex traditis per Caball. resol. crim. cas. 99. num. 37. vers. ad idem benefacit. Lucas de Pen, vbi ex authoritate Jafon. dicit, quod furca suspensus fuit quidam iuuenis, per quem quidam mercator exercebat mensam, & bancum, & ei dedec-

H. rat.

- rat semel centum ducatos , ut eos daret Sempronio , & non dedit , sed pro se retinuit , & in suos vius convertit , quia dicitur commissile furtum per illam contrectationem pecuniae per text. clar. iij. si quis uxori 55. §. Julianus ff. de furt. & in l. is , cui, & nouissima pragmatica edita de anno 1603. in qua criminaliter procedi mandatur , quando se-
ricum dant ad accommodandum , & truffa com-
mititur in non restituendo , & quamvis plenè non
constabat ad alium usum convertisse ; attamen
2 ex iudicis poterat torqueri , cum veniat punien-
dus pena ultra relegationem , ut supra fundatum
fuit , & eo maximè in casu , de quo agitur ex di-
ctis per Matthiensi. in comm. part. partit. Hispan.
lib. i. tit. 19. de decolor. & eorum penas l. prima glo.
prima in fine : nam & si causa esset pecuniaria , &
civilis : quia habet crimen annexum , devenitur
ad torturam ex dictis per Parid. de Put. in prag.
de syndicat. cap. 5. in verb. tortura , & passim obser-
vatum fuit in casu truffae deveniri ad torturam ,
vt in exemplis in fine adiectis , & inter cetera in-
dicia considerabitur brevitas temporis inter diem
consignationis , & fugæ , quod consideravit idem
Matthiensi. bid. z. 13.
- 4 Fuit oppositum , conventionem obstatere , eique non competere actionem de furto post transactio-
nem ad text. in l. post decisionem C. de furtis .
- Ad quod respondebatur , non fuisse initiam
transactioem super furto , quia actio non dum
5 erat instituta , sed potius partem tantum accepisti ,
se , quo casu pro residuo furti agere non prohibe-
tur in d. l. post decisionem in secundo responso , &
si vt partem acciperet , renuntiavit residuo , per
protestationem conservavit sibi ius , vnde in actu
cessionis non renuntiavit , nec transigit super que-
tela furti , & si aliqua dubietas ex ipso contractu
6 oritur , declaratur per praecedentem protestatio-
nem juxta doctrinam Bartoli in l. non solum § ,
morte n. 18. in fin. vers. sed si actus , qui postea ge-
ritur de non. oper. nuntiat .
- 7 Et dato , quod constaret de conventione pre-
dicta , non esset præclusa via fisco prosequendi per
cap. Reg. ad consultationem , vbi Campag. num. 16.
quod fisci procurator prosequi potest , imò iudex
ex officio poterit in his casibus ad vteriora proce-
dere ex adductis per Carav. in rit. 234. num. 14.
& talis transactio non impedit , quin fiscus prose-
qui possit , quod etiam in crimine iniuriam per
Reg. Const. & autoritatem Afflict. tenuit Foller,
in prag. in tit. de injur. num. 142. vers. versus si-
nem uers. & in quantum supra tetigi. Par. de Pu-
teo in tract. de Iyndic. in verb. accusatio , c. an si
aliquis accusaverit num. 2. Foller. in fragmentis
in tit. de injur. num. 142. præsertim in M.C. quæ
ex præminentia potest in omnibus casibus Regem-
tis , & Judicis arbitrio procedere absque accusato-
re , vt probat , & testatur idem Par. loc. cit. in uerb.
inquisitio , cap. 2. & aduerte , num. 2. vers. & cre-
do non habere locum , & in quadam practica Mag.
Cur. manuscripta antiqua ita servari dicitur .
- 8 Ex quibus per M. C. fuit decretum , esse tor-
quendum Ioannem Leonardum de Vrso , & sub
die 6. Octobris 1617 , per Sacrum Consilium fuit
confirmatum decretum .
- 9 Et in similibus sub die 18. Octobris 1595. Nar-
dus Regola Turris Octavæ filiatoratus fuit in exili-
lum missus per triennium , & condemnatus ad
interesse partis per ipsam M. C. & in causa appelle-
lationis per S. C. fuit condemnatus ad remigandum
per biennium , & ad interesse partis sub die
12. Februarij 1596.

Et de anno 1613. Troyanus Talamus fuit con-
demnatus per eandem M. C. ad remigandum per
quinquennium , & ad interesse partis .

Et de mense Maij 1615. fuit exequutum pre-
dictum decretum , processus est in banca Horatij
de Cuntio .

ARGUMENTUM.

Asportans arma prohibita an sit puniendus ,
quamvis non sit apprehensus .

S U M M A R I M.

- 1 Arma prohibita asportandus an sit puniendus , &
non sit apprehensus .
- 2 Et quid observetur in M. C. ,
Delinquens cum armis prohibitis , si non sequitur
cum fuis vulnus , an sit puniendus pena armo-
rum , si est major pena delicti , & p. 5 .
Testis dictus est individuum ,

DECISO XLIII.

- 1 **E**t si de jure communij asportans arma pu-
niatur pena armorum , quamvis non fuisset
apprehensus , quando sta tutum imponit pronam
deferendi arma juxta ea , que late tradit Menoch.
in prag. de arbiter. lib. 2. cap. 304. num. 35. & 56.
Peguer. decis. 55. in fin. nihilominus de sequitur
in M. C. non puniatur , nisi sint apprehensi , vel
cum eis deliquerint , si pena asportationis est maior
pena delicti juxta doctrinam Bald. in l. adversus
C. de fur .

- 2 Sed quid non fuerit sequutum vulnus cum ar-
mis prohibitis , sed testis deponentes de insolitus
4 cum armis prohibitis , illum sequutum fuisset di-
cunt , an possit puniri pena armorum si est maior ,
fuit dubitatum , et decisum fuit posse puniri pena
armorum , quia dictum testis est individuum
Bal. in l. nulla n. 6. ff. de legib. Cons. memori. in v.
testis fidis insuper illa sequitas (et si non scripta
ut non puniatur , nisi sit apprehensus , cessat ra-
tione delicti , et ita obseruatum fuit de anno 1587 ,
in causa Julij de Rinaldo in banca de Serico .

ARGUMENTUM.

Pena eximentis captum à manibus familie ,
& si plures eximentes fuerint , vel aliter de-
linquentes ad quid , & quoniam modo te-
neantur ? Practicæ , quando reus reperitus
fuit innocens post sententiam ,

S U M M A R I U M.

- 1 **P**ena eximentis captum à manibus familie , qua-
fit , & quid quando est indebito carceratus exime-
tus .
- 2 **E**ximentis captum à manibus familie ad inter-
esse , expensas , & ad debitum si pro debito carce-
ratus efficeretur .
- 3 Si plures fuerint eximentes , vel aliter delinquentes ,
quibus insolitum est quod penam cri-
minalem , ac etiam quod partis interesse , ita-
ut unius solus alius non liberet .
- 4 **D**amnum , & interesse partis non solvit se ceteri
insolidum obligati liberantur .
- 5 **P**ni ex obligatis integrè restituendi ceteri satisfac-
cero tenentur .
- 6 **C**ondemnatus innocens competens post sententiam
in integrum aduersus illam responsum .

DE.

DECISIO XLIV.

Eximens reum à manibus familiis punitur atque ab iudicio Judicis, ita DD. adducti per Farinac. quas. 2. de carcerib. & carcerat. num. 7. & latissimè per Cabal. resol. crimi. casu 8. qui tenent etiam quandoque poena mortis posse puniri, si cum armis, & quando notabili capientium offensione efficit facta exemptio Farinac. ibidem num. 27. vers. si verò violenter, Boer. decis. 170. sub num. 5. vers. unde in casu nobro, quos refert in præcitatō loco Caball. sub num. 38. vers. posset sanzen salis esse, & fuit observatum tempore Ducis de Alcalà: quia fuerunt laqueo suspensi, & in frustra divisi quatuor eximentes carceratum pro debito civili, ut eredit Carav. ris. 160. n. 3. in fin. refert Clar. quas. 68. nn. 10.

Et quid in eximente indebetē carceratum vide Thesaur. et Add. in decis. 95.

Fuit sub die 16. Junij 1613. arbitrata pena ultimi supplicij per Magnam Curiam delegatam contra Cicum Strozzam, Cicum Contem, et socios, qui eximerunt carceratum non condemnatū, nec confessum pro capitali crimine intus Civitatem, vim cum armis prohibitis inferendo scribes fiscali, qui reum cōsperat, & exequuta sententia fuit; tenentur quoque eximentes ad intereste, et expensas, et debitum, si pro debitore fideiūsūt, Doct. assert Cabal. præcitat. loco num. 22.

3 Et si plures delinquerunt, omnes tenentur in solidum per text. in l. si plures de injurijs, et est communis regula, vt testatur Natt. cons. 79. n. 10. quem adducit Jul. Clar. lib. 5. §. fin. in præc. criminal. quas. 48. in fin. Caball. num. . itemque quando plures furantur, vel rapiunt aliquam rem, vel aliter delinquunt, omnes tenentur in solidum quoad pœnam criminalem, ita vt pœna unius non liberet alios text. est in l. si quis id, quod in fin. & sequens. ff. de juris d. om. jud. etiam quoad pœnam debitam parti: quia adhuc omnes tenentur in solidum, et pœna unius non liberet alios text. in l. prima C. de condic. furtiv. l. item Mela §. si plures ff. ad l. Aquil. Egid. Boff. in tit. de panis num. 1. verum quoad damnum, et interesse partis uno solvente alijs liberantur d. l. prima de condic. furtiv. in secundo glo. in d. l. item Mela §. si plures in verb. cum sit pœna, idē si plures fuerint, qui eximerint, quilibet ex ipsis tenetur in solidū; unica tamen solutione sufficiente, ita DD. adducti per Caball. crimin. resol. cas. 8. num. 23. vers. in. jantur, vt si plures fuerint, ex quibus fuerunt in solidum condemnati per delegatum ad negotia mensarum nummulariarum Civitatis Neapol. Franciscus Guerterius, et Paulus de Sanctis in solidum pro summa duc. 1512. pro fraude commissa in damnum mensarum nummulariarum Sanctissime Annuntiatae introitu prædicto summa de moneta bona sub die 26. Februario 1684. penes Jo. Andri. Figliola Actuarium.

5 Sed quid si ex quasi delicto tenentur, vide Felin. in cap. fiscis dignis de homicid. Egid. Boff. præall. n. 1. vers. fallit tamen quando plures.

6 Et quid si unus ex pluribus ad damni restitutioinem in solidum obligatus restituerit sem integrum, an ceteri eidem teneantur satisfacere, vide Covart. in 2. part. relect. §. duodecimo n. 4. verb. quid si unus ex pluribus.

7 In eandem causa Francisci Strozzam, etc. post damnationem, questionibus in alias suppositis juxta observantia sumptam ex text. l. qui nescio

supplicio in fin. de pœna. vnum ex soeis jam damnatum non fuisse in culpa declamaverunt; et uestrum esse aliunde compertū fuit. Proinde restitus fuit in integrum adversus sententiam juxta text. l. l. §. si quis vtero ff. de quas. de quo meminit Iul. Clar. in §. finali quas. 98. num. 8. vers. sed unaquid post sententiam.

ARGUMENTUM.

Actuarius, seu scriba, qui pecuniam recipit, ut partem Judicii daret, & partem in sui commodum, promittendum eventum negotij, quod in Judicis potestate erat, qua pœna sit puniendus.

SUMMARY.

- 1 Concessione, extorsione, & corruptionis pœna remissione.
- 2 Accipiens pecuniam offerendo, recipere parvem, ut Judicii daret, eventum negotij promittendo, quod in Iudicis potestate est, qua pœna sit puniendus.
- 3 Actuarius, scriba, & commissarij, & filii, qui per corruptelam, seu extorsionem aliquid fertur, qua pœna sit puniendi.

DECISIO XLV.

4 **N**on de concussionis poena, neque extorsione agendum est, nec de pœna corrupti Judicis, de quibus pœnis ultra pecuniariam, de qua per cap. Regni vulgaris fama proluqiuus extraordinariè sunt puniendi juxta ea, quæ tradita sunt per Menoch. de arbitrar. Ind. cas. 341. per Mulcatelli. in tract. de cognit. seu probat. delict. in tit. de Iudicis corruptela, & novissime per Rovit. ad pragm. 111. de milite. num. 34. & num. seq. qui hos enucleat terminos, quod etiam ad comites Iudicium extenditur juxta text. in l. in consilio ff. ad l. l. l. rep. idem Menoch. de arb. cas. 244. num. 9.

- 2 Hic enim vt scriba, seu Actuarius pecuniam accepit, offerendo recipere partem, ut judicii daret, & partem in sui commodum convertendo, eventum promittendo negotij, quod in Iudicis potestate erat, hoc casu fustigationis pœna imposta est juxta text. in l. qui explicandi C. de accusat. justa gl. in verb. non viuus, & in l. item apud Labecorum §. idem ait, enim, qui evenerit ff. de iuris. & Menoch. de arbitr. cas. 4. casu 34. puniendus erit quoque, vt fur, & latro juxta Reg. sanct. ita dictante Pragmatica in tit. de compone. & per hanc Pragmaticam in terminis ita dixit, eis puniendos Mulcatelli. ubi supra n. 54. vers. secunda declaratio erit.

Sub die 14. Augusti 1618. sequitatem sequuta M. C. vti delegata in exilium extra Provinciam, & ad privationem officij condemnavit quendam Petrum Pirum.

ARGUMENTVM.

Pœna contra custodes carcerum, ob fugam carcerum, qua fufligenda sit.

SUMMARY.

- 1 Custodes carcerum, cum custodiā amittere, torquendi sunt, ut modum fuga iudicent.
- 2 Culpa præsumitur in custode amissente custodiatione officij, & de lata intelligitur.
- 3 Custodi, qui custodiā amisse incumbens prebandi, non fuisse in culpa.
- 4 Castellani tenentur etiam de culpa.
- 5 Culpa cuius præsumitur, de qua intelligatur.
- 6 Custos, cuius culpa evasit carceratus, qua pœna punient, & quid si onus adhibuit diligenter.

- Commentariensis, qui militi idem custodiam
commissit, non teneat id de fuga.
- 8 Secus si Tyroni commisit.
- 9 Culpa, presumptio, quae punitur in custode carcerum, tollitur per probatioem diligentia.
- 10 Non observans mandatum superioris, dicitur faisse in dolo, & sit amissus facere id, ad quod ratione officij conatur.
- 11 Regula quod quadratus causa, etiam facta occurrat à dolo, non procedit in eo, qui se netur ratione officij publici, & quod excusandum dolum justissima causa requiritur.
- 12 Mala negligencia lata culpa dicitur.
- 13 Pena in Regno contra custodes amissentes custodiam.
- 14 Et quid de iure communio.
- 15 Specialiter contra custodes omittentes custodiam,

DECISO XLVI.

Carcinus in carcere Castri novi hujus Civitatis, qui detinebatur mandato Domini Proregis, lege data, quod nemini aditum ad eum dasent, fugam accipuit, fuerunt ejusdem Proregis mandato mancipati in carcere Locum tenens Castellani, cui principaliter fuit commissa custodia, & duo milites, qui praeerant reorum custodie, & delegata causa vni ex Regijs Consiliariis, vni ex Iudicibus M.C. & Auditori exercitatu.

¶ Et si ante omnia erant torquendi custodes, ut modum fugae judicarent iuxta doctrinam Bart. & aliorum, de quibus per Farin. in sit. de carcerebus, & carceras. num. 110. quaf. 31. prout observatum fuit in Mag. Cur. de mensa Novembrio 1617. in cava Marcelli de Amato custodis ad astum M. C. à quo exierat carceratus, & ignorabatur modus fugae, & fuit tortus; nibilominus in presenti causa, quia modus fugae patebat, non fuit deuentum ad torturam, sed discussum, quae pena venirent plestendi.

¶ Contra locum tenetem dicebatur, presumi culpam per glo. in lyc. ff. de custod. reor. Bal. in L. prima 9. ff. de servis fugis. ratione officij glo. in L. operia 5. species ff. de leg. 2. Boer. decis. 216. in princ. Grammat. vot. 29. num. 8. Farinac. in sit. de carcerebus. carceras. quaf. 31. num. 19. unde ipsi si ipsum omnis probandi non fuisset in culpa Bart. in L. 3. 5. effractores ff. de offic. presid. Baiard. ad Clar. quaf. 68. num. 30. Grammat. praelat. vot. quod extenditur ad Castellanos, qui tenentur etiam de culpa, sicut commentariensis Bald. in L. ad commentariensem Cod. de custod. reor. Oldrad. cons. 92. Rom habebas Caprum, Boer. decis. 117. n. 4. Par. in tract. de syndicat. in verb. carcer. & carceratus cap. 5. num. 3. quae culpe presumptio de levi ad minus intelligenda est, non de levissima ex dicto per Bal. in apth. hoc locum C. de collar Alex. cons. 45. col. prima lib. 1. Curt. jun. cons. 19. nn. 6. veram Bosi. in sit. de carcer. num. 11. in dubia latam culpam presumi tecuit per tex. in L. cos. & L. ff. de custod. & exhibit. reorum, & ideo pro modo culpe erit puniendus, l. milites de custod. & reor. imo etiam si solitam adhibuerit diligentiam, quam alii adhibere solent, adhuc Judicis arbitrio erit puniendus, sed non pena ordinaria Boer. dec. 217. num. 5. Paris. de Put. & Grammat. relati per Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 302. num. 6.

¶ Sed his non obstantibus fuit liberatus Locsi. generis, quia duobus veteribus militibus, & com-

muniter idoneis existimatis custodiis commisit, quo casu limitantur predicta, ita Oldrad. in d. cons. 92. Pos. in d. verb. carceratus capito 5. nn. 3. Farin. in d. quaf. 31. num. 35. vers. limite d. de decimam ampliationem, tunc enim punitur, etiam si custodes adhibuerit juxta d. l. commentariensem, quando minime idoneo custodiis commisit, vt puta tyroni in L. fin. de custod. reor. in princ. Grammat. d. vot. 29. num. 14. & ita etiam fuit obser. vatum in majori custode carcerum M.C. qui commiserat custodiis bono viro, qui fidejusorem dedidit de bene administrando de anno 1632. idem contra eum non fuit processum.

¶ Insuper hac culpa presumpta tollitur per probationem diligentia, & fidelitatis, quae bene probata fuit Farin. in d. quaf. 31. num. 31. Grammat. d. vot. 29. num. 15. quod tecus erit, si in specie effigie probata aliqua culpa: nam tunc talis fisci probatio preferenda est probatione resultanti ad favorem custodis ex antiqua diligentia, & fidelitate Farin. in d. quaf. 31. num. 31.

¶ Duò vero milites, qui praeerant custodiam captivorum, non obtemperaverunt Principis mandato prohibentis aditum exterorum, & cum ei alloqui, ideo dicuntur fuisse in dolo, l. non potest dolo carere ff. de reg. iur. cum reliquis adductis per Farinac. in tract. de pau. temporand. quaf. 89. nn. 126. in 1. 2. presump. doli, & fraudis, & contra custodes reorum ponderavit Cirill. Fulgon. in 5. 3. num. 5. vers. item si capiendum, facit tex. in L. si bonum ff. de depositi, ibi, dolo proximum esse, quod factum est, arbitrari, unde si commentariensis omisit facere, quae suo publico officio incumbunt, doli reus censetur, l. tutor; qui repres. rima ff. de administ. tut. & hoc quod non obser. vaverunt preceptum, permittead alloqui cum carceratis, qui in secreto detinebantur per triennium ad remigandum Petr. Ponte, & Franciscus Graffius custodes M. C. per Dominos delegatus, videlicet Rovium; me, & Angulum fuerunt condemnati sub die 12. Octobreis 1623. à quo presumpto dolo ratione publici officij nemo, nisi ex justissimis causis excusat dicta l. ad commentariensem cum ibi not. per DD. & erudit Bald. in cons. 42. lib. 3. qui enim non vult facere id ad quod scit se teneri, & potest, est in dolo, l. dolus est ff. mand. & quamvis adsit regula, quod qualibet causa etiam fatua, & injusta excusat à dolo: l. igit. tar 5. 1. ff. de liberal. causa l. 1. in fin. & ibi Bart. ff. de ambig. tamen non procedit in officio publico, in quo ad excusandum dolum justissima causa requiritur, patet ex dictis per Caball. in tract. de omni genere homicidij num. 317. adjiciens, quod in hoc limitatur illa regula, quod qualibet causa excusat à dolo.

¶ Insuper probata erat nimia negligencia contra hos milites, penes quos tempore fugae aderant claves, quae nimia negligencia lata culpa dicitur, ita Grammat. d. vot. 29. num. 4. per tex. in L. magna negligencia ff. de verb. oblig. & est quasi dolus, l. si merces 5. culpe ff. locas. l. quod si solit. 5. culpe ff. de aduliz. edit. & in proposito adnotavit Farinac. in d. quaf. 31. num. 10.

¶ Cognita culpa restat videre de pena, pena enim in Regno statuta est per Constitutionem Regni custodes, ubi si negligencia custodum carcerati evaserint, bonis suis omnibus publicatis per annum squalore carceris macerari debeant, sin per fraudem capitali sententia punici debent, de qua meminit Pos. in d. verb. carcer. & carceratus cap. 3. num. 11. Grand-

Grammat. d. vot. 29. Add. ad Cirill. in dicto §. 3.
Bajard. ad Jul. Clar. in dicta quaf. 68.

Quoad negligentiam poena constitutionis praedicta non est in vsu, à qua poena recessit S. C. et inhaesit dispositioni juris communis tāquam equitati, vt refert Gramm. in fin. d. vot. 29.

14 Si ex nimia negligentia custodis fuga sequens sit, ejus, qui pro capitali crimen detinebatur, eadem pena, qua reus de crimine convictus veniebat puniendus, puniri debet, l. ad commentariensem Cod. de custod. reor. un., et communiter tenent DD. vt testatur Boss. in tit. de carcer. à num. 10. usque ad num. 13. refert, et sequitur, ita declarans ejus dictum Farinac. in d. quaf. 31. num. 4. ceterum pro modo culpæ juxta text. in l. milites, & in fin. ff. de custod. & exhib. reor. Caball. in tract. de omni gen. homicid. num. 375. qui alios congerit, referens paulo supra vers. demum advertendum est pro singulari, quod pro culpa punitur corporaliter, at quia carceratus sub custodia non detinebatur pro capitali crimen, sed pro bono regimine mandato Domini Proregis, et custodes erant bonæ famæ, fuerunt exercitio privati, et inexilium missi.

15 Ex praedictis habes quatuor specialia contra custodem, qui custodiæ amittit, quorum tria ponderavit Grammat. d. vot. 29. in fin.

Primum, quod præsumitur culpa.

Secundum, quod non liberatur exhibendo militum, seu substitutum,

Tertium, quod pro culpa tenetur pena capitale, quod vide Caball. in præalleg. tract. de homic. num. 157.

Quartum, quod ad excusandum dolum non sufficit qualibet causa, sed justissima requiritur.

ARGUMENTVM.

Quæ pena sumenda sit ab effragente carceres M.C. sine conspiratione non sequuta fuga.

SUMMARIUM.

- 1 Pena effragentis carceres M.C.
- 2 Pena capitalis imposta contra effractores carcerum aut de naturali, aut de alia extraordinaria intelligenda sit.
- 3 Deciso.
- 4 Aut ex iudicijs indubitatis possit deveniri ad penam ordinariam.
- 5 Et aut post torturam aut iudicijs possit puniri pena remissionis.
- 6 Punitus ob iudicia extra ordinaria, non condensatur interesse.
- 7 Deciso, & n. 8.

DECISO XLVII.

IN causa Lutij Antonij Lichæ de Tropea, fuit dubitatum, quæ sit pena effragentis carceres M.C. sine conspiratione, non sequuta fuga.

Variae fuerunt Scribentium opiniones, quas assert Farinac. in tit. de carcer. & carceratis qu. 30. et communiter non dubitant, penam capitale esse posse. in prima ff. de effractor. cui non est contrarius text. in l. in eos ff. de custod. & exhib. reorum, qui puniendos esse reos vult, qui carceri manipati confirat, vt ruptis vinculis, et effracto carcere aufugiant, genus poenæ non declarans, quod declarat Vlpian. in d. prima poenam

capitis esse respondens, prout refert Facchin. controv. iur. lib. q. c. 66.

Et sive effractint facta conspiratione cum casu teris, vel quocunque modo, dummodo animo effugiendi fecerint, et si non evaserunt, nec fugere potuerunt, etiam capire puniuntur Boet. decis. 815. nn. 23. in fin. vers. fin. autem non rausam, Peguer. doc. prima num. 5. vers. autem denique capte in carceribus.

2 Sed controversia est, cum pena capitale in tribus consistat, in perditione vite, libertatis, et Civitatis, Bal. in l. reor. 3. C. de accusac. num. 3. vers. breviter concludo, Maranta in speculo in 4. par. 2. diff. judicij in princ. qua ex eis sit plebendus.

De morte censuerunt Bonifac. de Vitellin. in tit. de carcer. privat. nn. 12. vers. fin. autem non rausam, Covet. var. resol. lib. 1. cap. 3. pos. n. 14. vers. 3. ipso possum est, & vers. signidem corporaliter pena, Marul. in h. assingano num. 36. Bosius in tit. de carceribus nn. 5. vers. maxime, quia verè loquantur de capite naturali, Plaza in episoma delictorum cap. 10. nn. 26. Duar. ad tit. de effractibus, Facchin. controv. iur. cap. 64. in fine odd. lib. 9. qui nonnullos ex praedictis adducit.

Alij de mitiori accipiendam esse, puta exilijs, vel amissionis Civitatis, Authores assert Farin. in d. q. 30. num. 4. Facch. in cap. 64. vers. carceres illam penam capitalem.

3 In M. C. prima opinio observatur contra temtantes effracturam carcerum M. C. cum conspiratione, et si non evaserint, et de anno 1586. fuerunt laqueo suspensi, Oliverius de Crisio, et septem alijs inquisiti de tentata fuga, et fractura cancellis, quamvis non evaserint.

4 Fuit quoque dubitatum an ex iudicijs indubitatis possit deveniri ad penam ordinariam delicti.

Cabal. resol. crimi. casu 288. relatis omnium Doctorum opinionibus residet in ea, quod non possit puniri pena ordinaria delicti, sed mitior ex iudicijs indubitatis, et ita observari in Senatu, refert, in hanc quoque sententiam inclinat Vinc. de Franch. doc. 372. et judicatum fuisse testatur in S. C. neque ex violentis probationibus, ut colligit Thesaur. decis. 13. in 2. limic. num. 4. Dom. de Franch. decis. 538. et in hac descendit M. C. et decrevit esse torquendum.

5 Et post torturam si non sequatur confessio, post test puniri pena extraordinaria juxta observationem, de qua per Vinc. de Franch. d. decis. 538. et per Caball. in cas. 93. num. 37. quo casu nec ad iudicem condemnatur, ex d. casu per eundem cas. 28. n. 15.

Post torturam, quia sine conspiratione, cum solus detinebatur in criminali, effringere caput parietem, & modica apertura reperta fuit, sequentia confessione fuit extra ordinem punitus pena remissionis sub die 5. Novembris 1618.

6 Postea in anno 1621. fuit emanata pragmatica, per quam fuit dispositum, posse puniri ex iudicijs indubitatis ratione atrocitas delicti pena ordinaria, et de anno 1622. declaratum id esse permisum Tribunalibus collegiatis, verdm ante exequacionem relatione faciant in Collaterali Confilio Audientiæ Provinciales in scriptis, M.C. coram, et ita fuit observatum sub die 9. Februario 1630. in causa Scipionis de Angelo inquisiti de homicidio, quod cum solus esset in cubiculo insimul cum quadam muliere, auditio vltimac. fuit

50 D. REG. JOAN FRANCISCI SANFELICII
In eadem causa cum fuisset tempore decreti lati elapsa dilatatio biennij concessa ad pacem obtinendam, instetit Ficus dati brevem dilationem adponendam se in tutto.

Ad:

70 D. REG. JOAN FRANCISI SANFELICII

- 1** Adversus quod dicebatur pro parte inquisiti, cursum temporis ad pacem obtinendam fuisse impeditum ob carcerationem, ob quam non potuit dilatione potiri, & proinde debere reintegritati ex illa die, qua fuit carceratus, ut residuo temporis a Prorege concessio gaudere possit ad pacem obtinendam.
- 2** Pro Fisco dicebatur, omne tempus computati de momento ad momentum, nisi aliter reperiatur in iure, secundum gloss. in l.3. §. minorem, ff. de minorib. notat Iu. Andr. & DD. in cap. super eo de appell. refert Afflct. decis. 73. num. 7. vers. præterea omnis tempus, & regulariter omne tempus debet esse continuum, l.1. cum ibi notatis ff. de divers. & temp. præscripto.
- 3** Nec poterit impedimento carceris se excusare; non enim per hoc impeditabatur, quod minus pacem impetrare valeret: tunc enim diceretur impeditus, cum ita esset in vinculis, & carceribus custoditus, ut nemo secum loqui auderet, quod consideravit Diaz reg. 226. vers. secundum si sit in vinculis in compendio regularem iuris tom. 1. lib. 9. fol. mibi 692. quod non est in casu, de quo agitur; cum libera fuit in carceribus alloquutio, ipsique incumbit onus probandi impedimentum, & quod perfecisset id, quod intendebat, nisi fuisse impeditus, text. est in l. qui conventus, ff. de re milit. & notat ibi Bart. unde onus probandi ei incumbit, impedimentum illud in causa fuisse, ne obtineret, ex dictis per Menoch. cas. 118. n. fin. vers. secundum probare debebit. & debet esse immediatum, hoc est ut sit causa immediata, ita quod debet probare, non solum se impeditum, sed etiam quod si non fuisse impeditus ipse, id egisset, quod propter impedimentum agere non potuit, & debet esse necessarium, ita ut si eo non obstante, potuisse nihilominus agi, quod agendum erat, impedimentum non relevat, nec restitutionem præbet, secundum Felin. & Anan. de quibus per Ioann. Guttier. præc. quæst. lib. 3. & 4. quæst. 34. n. 23. vers. impedimentum namque debet esse immediatum, & n. 25. vers. & addit. idem.
- Et magis in casu, de quo agitur, cum carceratio culpa sua obtinuerit ob contemptum, & inobligavitiam, quo casu non est deducendum ex dictis per Vinc. de Franch. dec. 317.
- Per S.C. fuit decisum, non amissibile beneficium gratia, habendo pro vero contemptum, & iustam carcerationem, nulla determinatione facta super dilatione elapsa.
- Fuit per M.C. de anno 1619, data competens dilatio ad ponendum se in tuto.
- A R G V M E N T V M.**
- An Princeps possit condonare delicta absque partis remissione, & interesse offensi remittere.
- S U M M A R I U M.**
- 1** Tripliciter interesse genus in materia delictorum,
- 2** Interesse vindicta, seu animi savientis,
- 3** Quod pecuniarium potest esse, si procedatur ad iniuria actionem.
- 4** Interesse expensarum in curatione factarum, & operarum amissarum, quodque eveniret, quia iniustus factus,
- 5** Interesse rei familiaris.
- 6** An de distinctione animi savientis, & interesse partis pecuniarium in illa questione non minus est
- gregia, quam inter DD. concordans, an Princeps de potestate ordinaria valeat absque partis remissione delicta condonare, & interesse offensi remittere, adducitur.**
- 7** Et secundum aliquos Principes etiam de potestate ordinaria posse interesse animi savientis remittere absque partis remissione etiam sine causa.
- 8** Interesse animi savientis apud veteres Iuris Prudentes non est in consideratione.
- 9** Afflct. notatur in intellectu Andrea.
- 10** Principes non posse interesse vindicta absque partis remissione sine causa remittente, adversus And. ex aliquorum magis quoque nominis DD. sententia assertur.
- 11** Et quid de generali consuetudine.
- 12** Quid de potestate absoluta remissivit.
- 13** Quid in Regno.
- 14** Quid in aliis locis.
- 15** Quid si Princeps expressè reservaret ius partis offensa.
- 16** Quid si aliter gratia esset concessa, an valeret.
- 17** Quid in casibus, in quibus partis remissio non requiritur.
- 18** Quid absente parte, & ignoratur, ubi moraretur, ubi habes decis. Coll. Conf.
- 19** Princeps causa concurrente publica utilitatibus potest condonare delicta, etiam remittendo interesse pecuniarium, ubi de communione, quicquid in contrarium sentiant Parinac, & Mastrell. & ita observatur in Regno per Proregem, & decisum, & num. 36.
- 20** Minor causa requiritur ad ius vindicta collendum absque partis remissione; maior però ad interesse pecuniarium remittendum.
- 21** Causa condonandi delicta absque partis remissione, & remittendi interesse offensi remissivit.
- 22** Unde inducta conceduntur delinqüentibus ob causam malefactorum, etiam parte non concordata, & in praividicium Baronum ratione favoris publici,
- 23** Princeps regulariter non potest aliquid in tortis praividicium faciunt.
- 24** Fallit ex causa publica utilitatis, ac pro bono pacis.
- 25** Et an in casu, quo Princeps ex causa remitti interest, teneatur resicere de proprio remissivit.
- 26** Semper autem presumitur remittere, ex iusta causa.
- 27** Proinde si mandat sine causa, ut aliquis in furca suspendatur, poterit sine peccato excipi.
- 28** Porro, nisi expressè Princeps remittat interesse expensarum in causione factarum, & operarum amissarum, quodque amissurus esset; quia iniustus factus, & interesse rei familiaris, nunquam intelligitur illis præiudicasse, & n. 37.
- 29** Quinimò pace facta potest pars offensa agere contra alteram partem, qua offendit, ad expensas, datum, & interesse, cum ea nunquam intelligantur remissa.
- 30** Quoties enim duas actiones oriuntur ex delicto, altera ad panam, altera ad damna, expensas, & interesse, una alteram non consumit.
- 31** Remittatio interesse remissio.
- 32** Et in quibus casibus reus condemnatus ad damna, expensas, & interesse, remissio, & ad astimationem operarum, quas exercere potuisse occisus, si vixisset, & interfactus non fuisset, vel in vulnere laesus non remansisset.
- 33** Et an qualibet culpa, etiam levissima, sit in hoc considerabilis.

- 34 Si quid si delictum fuerit commissum casu, ex
enunc ad datur, & interesse senatur, & quid si
cum moderatione inculpata tuola, & quid si
excessus moderationem, quemvis provocatus, & quo-
modo decisum, & quid si ex defensu probationis
extra ordinem fuerit condonatus.
- 35 Au, & quando, & quo, & quibus securitas saluum
conductum, seu guidatim concordi posse, etiam
pro interesse partium, remissum.
- 38 Antiqua observancia Collateralis in expeditione
indulto, ut in eo reservetur interesse rei familia-
ris, ad quod iudiciorum officiis reum condonare
debet,
- 39 Princeps non componit delicta absque pars istre-
missione, & idem observatur eam in compo-
sitionibus, quae in gratia, nec sine causa clausula,
salvo iure partis.
- 40 Sed quid si pena erit arbitraria, ex admittenda
sit compositione loco pena, salvo iure partis, & au-
tem punitus erit in instance parte, ubi affer-
tur deciso, & n. 43.
- 41 Gratia, seu compositione fieri posset super incidenti
absque partis remissione.
- 42 Gratia autem possit fieri de sententia foriudicationis
absque partis remissione, & eius deciso.
- 43 Gratia contumacia sit per Regentes M. Cur. abs-
que partis remissione.

DECISIO LIII.

- 1 Remittendum censeo ad resolutionem ques-
tionis triplex interesse considerandum esse
in hac materia,
- 2 Primum vindictas, quod animi levientis dici-
tut, in l. si venditor, & fin. ff. de serv. export. & memi-
nit Andr. in §. & bona commissentium, qua fuit re-
galia, & hoc potest esse pecuniarium estimando
iniuriam, iniuriarum estimatio, ubi gloss. & Bart.
ff. de insur. & in Conf. Reg. incip. variates.
- 4 Secundum expensarum in curatione factarum,
& operarum amissarum; quia inutilis factus l. ea
lege cum concord. in glof. ff. si quadrup. paup. deciso,
dic.
- 5 Tertium rei familiaris, l. qui novissime, ubi Bart. ff.
ad l. Corneliani de fals. & bodie §. 1. xod. tit. l. si pro-
fure §. is itaque ff. de conducta fure. Bart. in l. Prator
edixit §. 1. de insur. & late de omnibus praedictis
per Marant. in spec. par. 4. d. num. 4. in l. distinct. de
iudicis.
- 6 Et deveniendo ad propositam questionem
Andr. in verb. & bona commissentium in sit. qua
sunt reg. in princ. distinguunt inter interesse animi
levientis, & interesse partis pecuniarium.

- 7 Quoad interesse vindictas, sed animi levientis,
Principem etiam de potestate ordinaria posse illud
remittere absque partis remissione, etiam sine cau-
sa, quoniam interesse tale non inspicitur, neque
habetur in consideratione apud veteres prudentes,
allegat text. in d. l. si venditor, §. fin. ff. de serv. ex-
por. sic eum intelligit de Ponte in tract. de posso,
Proreg. sit. 3. de elect. offic. §. 1. n. 15. qui reprehendit
9 Affl. dum intelloxit Andr. quando ex causa, in
eodem verb. & bona commissentium, ita tenet
expresse hic Andr. hanc eandem opinionem
nem tenuerunt relati per Farin. in quib. 6. de in-
quisit. num. 15. vers. & licet aliqui relati per Boff.
10 Nonnulli Doctores centuerunt, non posse sine
causa etiam quoad interesse vindictas, quod uali-
dissimis argumentis fundat Affl. in sit. qua fin.
regalia, in verb. & bona commissentium crimen
num. 49. vers. invita hoc querit Andr. fundat Ma-
strill. ad indulgatiam generalem cap. 24. decla-

- rando per ampliations, & limitationes, alios
congerit, & ex Divi Thomae authoritate com-
probat prædictato loco Farinac. uer. horum tam
11 opinio, qui testatur de generali consuetudine non
valere Principem huiusmodi delinquentibus po-
nas remittere, nisi parte concordata, ex authori-
tate Gram. & aliorum, in hanc quoque videtur
12 inclinare Caball. q. 58. vbi refert, quid de po-
testate absoluta, idem de Ponte in eod. tract. in
tit. de prouis. fieri solit. §. 3. n. 7. vers. uerum cau-
sa tali concurrente, & Anna in repet. cap. 1. d. uaf.
Sal. decrep. atat. num. 243. & ceteri, quos colligit
Mastrill. in repet. gener. indult. num. 11. par. 2. ma-
13 xime in Regno, ubi adlunt Ritus, & Pragmati-
ca mandantes, quod non possit condonare deli-
cta absque partis remissione, vt testatur idem de
Ponte præcis. loc. & semper ita servatum fuisse in
Regno refert Gramm. in Rit. M. Cur. incip. quod
Curia ipsa nunquam componit, & in alijs locis vi,
14 get eadem obseruantia, prout testatur Joseph
Sese de inhib. & Magistr. c. 1. §. 5. num. 110. etiam si
15 Princeps expreſſe reservaret ius partis offensæ, &
aliter concessa non valeret tanquam contra con-
16 fuetudinem, Sese præcit. loc. num. 111. alias gra-
tia non valeret, Anna in repet. cap. 1. de vassall. de-
crep. atat. num. 254. vers. & ut nihil omittatur, re-
fert fuisse suspensum quendam non obstante indul-
to absque partis remissione per Proregem conces-
so, & quæ Princeps possit, vtendo plenitudine
potestatis, Card. Tusc. in verb. Princeps conclus.
669. & quando dicatur ut plenitudine potestatis
conclus. 670.
- 17 In casibus, in quibus partis remissio non requi-
ritur, posse Principem indulgere, non est dubi-
tandum, vt per eundem Sese præcit. loc. num. 86.
& per Farinac. de inquisit. quib. 6. num. 21. in 1. li-
mit.
- Et adhuc bonum Principem requiritur aliqua
causa, Sese in d. c. 1. §. 5. num. 15. uer. causa autem,
& Reg. de Ponte in d. §. 5. num. 12.
- 18 Itemque si pars offensæ non esset præsens, &
ignoraretur locus, vbi moraretur, apponi solet
clausula, vt præstet cautionem, si pars comparue-
rit, stare iuri, iuxta ea, quæ per Reg. de Ponte
in d. 4. num. 32. uer. sed quid si bares est incer-
sus, & ita pluries obseruatum fuit, & signanter
in Collaterali Consilio sub die 20. Martij 1619. in
causa Titæ Aquarotæ.
- 19 Praefati enim DD. concludunt, causa concus-
rente publicæ utilitatis posse condonare delicta,
etiam remittendo interesse pecuniarium, & hanc
esse communem opinionem, teste Decio conf. 520.
num. 5. alios hanc sequentes opinionem adducit
Farinac. præcis. loc. num. 22. & Gari. Mastrill. in
consensu ad indult. general. cap. 21. num. 13. &
si uterque tam Farin. quam Mastrill. contrarium
sentiant, Joseph. de Sese præcis. loc. cap. 1. §. 5. n.
44. & in 2. reg. num. 58. qui tenet minorem cau-
sam requiri ad jus vindictæ tollendum, ibi n. 50.
vers. ego non invenio aliud.
- 20 Major causa, videlicet publicæ utilitatis requi-
ritur, vt valeat Princeps aliud pecuniarium inte-
resse remittere.
- 21 Causæ autem enumerantur per Affl. in eod.
verb. & bona commissentium n. 50. vers. causa
enim indulgendi, unde Ioan. Grand. in tract. de
22 bell. exculc. in 38. spec. dicit indultari delinquentes
ob capturam malefactorum, etiam parte non con-
cordata, & in præiudicium statuere, l. fin. C. §
contre ins, vel utilit. publ. cum concordant: non
pro:

34 prohibetur tamen ex causa publica utilitatis, ac pro bono pacis jus tertii tollere, l. si ita verbatur, s. si forte ff. de rei vend. cum concord. addu, Etis per Farinac. præcit. loc. num. 24. & propter res prosperè gestas; & per alias causas sibi bene vilas, & siue partis remissione potest indulgere, & commutare penas corporales in pecuniarias, de Ponte de potest. Proreg. de diuersis promisionib. de salvo conduce num. 3.

Et an tunc teneatur reficere de proprio, Sese præcis. loc. num. 40. uers. ita denuo Princeps potest ex causa.

35 Et præsumitur facere ex iusta causa, And. ix 26 præalleg. loc. Anna in d. rep. cap. 1. de ussali. decr. atat. n. 253. uers. ego possem, Sese præcit. loc. x, 61. uers. an autem in Principe, Affl. in d. s. & bona committentium, n. 50. plus dicit in uers. Et dicitur Cyn. quod si Princeps sine causa mandat, ut aliquem in furca suspendat, potest ille sine peccato exequi, quia præsumitur, quod iuste hoc faciat.

36 Verum nisi expresse Princeps remittat secundam, & tertiam speciem supra relatam, nunquam intelligitur illis præiudicasse secdidum Ruin, Clar, Olach, Plaz, Gabri, quos assert Farin. in ead. quæstione num. 25. idem tenet Affl. præcit. loc. n. 52. in fin. uers. & si in indulto, Ioseph. de Sel. de iub. bibit. & Mag. cap. 1. §. 5. num. 19. uers. est uerum, quod in dubio; ceteros congerit Gars. Mastrill. in coram. an general. indulg. d. cap. 21. nn. 11.

37 Imò & ipsa pace facta non intelligitur facta remissio expensarum, damnorum, & interesse partis offense, pro quibus agere potest secundum gl. in §. fin. in verb. non revocaverunt inffit. de iniur. quam sequuntur communiter Scribentes relati per Cabal. cas. 248. in princ. nam cum duas actiones oriuntur ex delicto, vna ad poenam, altera ad damnationem, expensas, & interesse, vna non tollitur per alteram Batt. in d. prætor edixit §. 1. ff. de iniur. Caball. d. cas. 248. num. 3. & inferius in ead. docif. & 31 num. 17. ibique ponit estimationem interesse, & 32 in quibus casibus venit reus condemnandus ad damnationem, expensas, & interesse etiam ad estimationem operarum, quas occisus exercere potuisset, si vivisset, et imperfectus non fuisset, vel si ex vulnera lessus non remansisset; ad quod videndum est. etiam Hipp. sing. 573.

33 Et quod qualibet culpa consideretur etiam levius, & levissima, verum non deletur, si casualiter Foll. Add. ad Marat. in d. 4. part. nn. 8. vers. intelligentendo, tamen, si delictum sit latim, & si Farinac. in tit. de homic. quæst. 119. inspect. 4. n. 121. contrarium, etiam auctoritate Plot. & Ruin, contrarium tenent.

34 Excusatur queque an expensis, & interesse, si vulneravit, vel occidit ad sui necessariam defensionem, ex adductis per Farin. d. inspect. 4. n. 122. vers. secundum limita.

Et quamvis provocatus si excessit moderamen inculpatæ tutelæ, adhuc ad damnationem, & interesse teneatur, Gaspar Anton. Thes. quæst. forens. quæst. 7. lib. 3.

Et ita decisum fuit contra Carolum Carmignanum inquisitum de homicidio, quamvis fuisset provocatus, quia excessit moderamen inculpatæ tutelæ sub die 23. Augusti 1627.

An sit condemnandus ad damnationem, & expensas, si ex defectu probationum extra ordinem puniatur, infra in alio capite in fine Deo dante dicuntur.

35 An autem, & quando, & à quo, & à quibus securitas, saluum conductum, seu guidaticum concedi possit, etiam pro interesse, partis vide latè per Sese præcit. loco è num. 65. vers. de iure ausens nostro.

36 Discussis his in Collaterali Confilio, adiunctis Consiliariis Ioanne Baptista Meliore, & Fernando Brancia fuit resolutum de mense Martij 1619. posse Proregem Regni condonare ex causa sine partis remissione delicta, & partis interesse remittere etiam pecuniarium.

37 Secundò, quod si expresse non remittat Princeps damna, & interesse, non intelligatur illis præiudicasse.

38 Antiqua observantia Cancellarie ex est, interesse rei familiaris tantum expresse reservari, ut est videre in registro, & in specie de anno 1594. sub die 26. Martij in personam Ioannis Dominici de Jordano in par. 95. fol. 99. ad quod ex officio condemnandus est reus, ut est dispositum in cap. Regni, si de furto, ibi, & in eadem instantia per sauna officium in rei substrata, vel violentia, colori restitutio condamnetur.

39 Et prædicta procedunt etiam in compositione, nam Princeps neque componit delicta absq; partis remissione, ex d. Etis per Carav. in Ritu 272. nec fieri salvo partis tenet Grammat. in Ritu M. Cnr. & reliqui adducti per Thor. in compend. decisionum in verb. compofitio in princ. & est proximum in Regno per Prag. in tit. de compofit. Prag. 4. & 8.

40 Limita, quando poena esset arbitria, & non statuta certa lege, nam tunc potest componi ablique partis remissione, reservando ius parti, & dicitur transactio, quæ succedit loco poenæ, l. si cum §. qui iniuriarum ff. si quis castr. Luc. de Pen. in l. 1. C. de desert. lib. 12. num. 63. uers. & quia id, quod solutum est, fundat Marant. conf. 1. 8. a n. 4. vers. sed in criminis iniuriarum, respondens, dispositionem Ritu, & Prag. prohibentium compositionem sine partis remissione loqui in vera compositione, non autem in ea, quæ succedit loco poenæ legalis, & hoc casu non posse postmodum ad instantiam partis iterum puniri concludit Maranta præcit. in fin.

41 Et ita in anno 1626. observatum fuit per Excellentissimum Dom. Duxem Alba Reg. Interreg. in causa Andreæ, & Sebastiani Vespuli, prævia consultatione mea, & Regij Consiliarij Catau. ac Præsidentium Matreæ, & Blanditij, & fuit ad ulteriora ad instantiam interesse prætendentium pro eorum interesse processum in causa, ut patet exemplo in fine posito num. 42.

41 Limita quod dictum est, gratiam, seu compositionem non fieri absque partis remissione procedere super delicto principali, secus super aliquo incidenti, puta controventione exilij, quia ad partem nihil attinet Carav. in Ritu 272. num. 2. vers. limita hunc ritum.

42 Fuit dubitatum, an Princeps posset parte non concordata suspendere sententiam foriudicationis firma remanente quoad delictum, ad solum enim Princepem hoc spectare tenet Aegid. Boss. in tit. de princ. num. 227. vel ad Iudicem ex speciali potestate à Princepe concessa, secundum Menoc. de arbitr. quæst. 92. num. 7. & non esse necessariam remissionem partis, faciunt dicta per Carav. loc. cit. quia ad partem nihil attinet, & ita tenuerunt Soc. iun. conf. 68. Myntig. sing. obser. censur. 5. obser. 11. in princ. latè pro utraque parte adducta argu- men-

menta, tanquam veriorem hanc substatet Luc. de Peau. in l. si apparitor C. de cohortal. lib. 12. num. 32. ver. puta virius dici legitima causa existente; quo casu non solum hoc posse, quin etiam debe. re, dicit. Et ita observatum fuit de mense Martij 1626. in Alexandri Carmignani inquisiti de ho. micio, & per sententiam M. C. foriudicati.

43. Et ex stylo M. Cur. sit gratia contumaciae pcc Regentem M. Cur. parte non concordata, & ita quoque observatur in Camera Imperiali, ut testa. tur Minsyn. d. obser. 11.

ARGUMENTVM.

Accusationem, seu denunciationem non probans, reo absoluto, an sit puniendus, uti calumniator, & teneatur actione iniuriarum, & ad expensas, & interesse.

SUMMARIUM.

- 1 Calumniari quando propriè quis dicatur.
- 2 Pro calumnia an possit puniri actor, aut denun. ciator, quando non probavit accusationem, seu denunciationem, & n. 9. & decif. n. 13.
- 3 Calumniator ia Regno non punitur pro calumnia ex presumptionibus, sed evidens calumnia exigitur.
- 4 In evidenti calumnia quando quis esse dicatur.
- 5 Accusator, seu denunciator non probans, an, & quando teneatur actione iniuriarum, & n. 10. & decif. num. 13.
- 6 Pena imposta pro calumnia, & pro iniuriis.
- 7 Non probans accusationem, seu denunciationem quando sit ad expensas, & interesse condemnan. dus, & n. 11. & decif. n. 13.
- 8 An possit post sententiam peti condemnatio expen. sarum.
- 12 Causa iusta, qua excusat à condemnatione expen. sarum, & à pena calumnia.

DECISIO LIV.

F RANCISCUS Paffalacqua Secretarius Regiarū Audienciarum Galabriæ citra, & ultra varios excessus de Preside Provincia nunciavit, quorum examinatio commissa fuit Regio Consiliario Vatelicæ, per quem diligenter processu fabricato, & per quatuor Regios Consiliarios delegatos examinato, decreverunt esse absolvendum.

- 1 Petiti postmodum Praes coram eisdem delegatis, & me uti adjuncto, puniri denunciantem de calumnia, & ad interesse, & expensas ad cuius instantiam fundandam dicebatur, quod calumniari est falsa crimina scienter intendere, l. 1. ff. ad turpiss. gloss. in l. athletes §. calumniator in vers. ex usroque ff. de his qui uocant infam.
- 2 Et eo ipso, quod non probavit de iure communis propositionem denunciationem, vel accusationem, uti calumniator puniendus erit, d. gloss. in l. athletes §. calumniator, vers. & dicitur quis calumnia. ri, cap. 1. n. 1. dilectus de calum. iuncta gloss. in verb. calumniandi, & ita communiter tenent DD. quos sefer Caball. resol. crim. casu 205. & est text. in l. 3. §. idemque Diuus Adrianus ff. de sefib. ibi, & n. 1. si imploraret quod incenderet, relegaretur.
- 3 Et quamvis in Regno per consit. pccnam calumnia calumniator quis esse non presumatur, ex quo defecit in probatione, sed evidens calumnia es. gatur, atamen ex presumptionibus, & conjectu. ris, quarum aliquæ concurrebant in calu isto, di. cetur esse in evidenti calumnia. Affl. in d. consit. n. 3. vers. item addo, quod ille dicitur, in quo loco de. clarat, & dat exempla manifestæ calumniæ.
- 5 Venit quoque puniendus pena iniuriarum, ex

dictis per Boss. in tit. de accus. num. 20. vers. ob. ver. rum quod accusant, & in tit. de prævar. num. 8. vers. cautele ob. cum aliis adductis per Sebast. Guazz. in traç. ad defensans inquisitorum, defen. 2. cap. 13. lib. 1. n. 60. vers. sed pro complemento ipsius materia.

- 6 Poena ratione calumniae, & iniuriarum erit ab. bitaria, & poterit puniri pena capitali, si id ex. poscat qualitas accusationis, seu denunciationis, cum poena talionis, quæ imponebatur, sit sublate, prout multis authoritatibus, & exemplis probat Cabal. resol. crim. casu 166. & ultra pccnam corpo. ralem condemnandus erit quoque ad refectionem expensarum, & damnum, idem Caball. conge. rit omnes DD. in d. casu 166. num. 1. 4. vers. & ul. tra passam, de qua supra, & non est correctum per d. consit. pccnam calumnia, ut advertit gloss. in verb. præsumant, & ita practicari testatur Par. de Put. in traç. de syndicat. in herb. tortura cap. 4. & cap. 14.
- 7 & in verb. accusatio cap. 1. & ita decilum refert Grammat. decis. 39. in fin. Quæ condemnation ex. pensarum potest peti etiam post sententiam, si fuit in sententia omessa ex conditione statuti, seu Prag. ita per doctrinam Bart. tenet gloss. in Prag. temeritatem de expon. condens. non reser.
- 9 Pro secretario denuntiante allegabatur obser. vantia, de qua meminit Caball. in præalleg. resol 205. n. 4. vers. hac opinio, dicens, quod licet de iure prædicta procedant, tamen de consuetudine non servatur, quia calumniator præsumptus non condemnatur in pccnam aliquam calumniae, sed solum damnatur ad expensas, damna, & interesse partis accusatæ, idque fundat autoritate Bossij, Angeli, & Farinacij, qui etiam de iure hoc defen. dere conatur, & ed magis in Regno est obser. dum ob allegatam consit. pccnam calumnia,
- 10 Nec ipsum posse puniri pena iniuriarum, di. cebat, attenta causa iusta, ob quam excusatua, i. mò etiam iniulta excusat à pena iniuriarum, ita ex Oldrad. Boss. Minsyng. & alii fundat Sebast. Guaz. in d. traç. ad defensans inquisitorum lib. 1. defens. 3. cap. 13. num. 61. vers. quoniam licet ratio. nes, & authoritates, quæ causa non solum excu. lat a pena iniuriarum, sed etiam ab expensis, la. tè Farinac. qua. 16. de accusat. num. 13. vers. & li. licet plures Doctores, & in hoc casu potest sustineri observantia, quod in criminalibus non sit condé. natio expensarum, de qua per Carav. rit. 297. n. 3. vers. adverte tam.
- 12 Causam iustum habuisse dicebat, propter au. ditum à fide d. gnis, & hoc approbavit per plures missivas literas, hanc causam consideravit, & iu. stam esse dixit Affl. in d. consit. pccnam calumnia in fin. vers. puta, audivis a fide dignis personis,

Sub die 24. Martij. 1626. interventibus Pro. regente Lopez, Regis Consiliariis Ferdinando Brancia, me, Bernardo Zufia, Marcello Marciano delegatis fuit prædicta provisum, quod habilitetur cum cautione in forma. Actuario assumpto Fiu. mara.

ARGUMENTVM.

Gratia facta à Prorege de omnibus delictis ob. tenta pace infra annum an præjudicet Baroni, maximè cum delicta sunt commissa in territorio; & an si prò aliquibus delictis non obtineatur pax, gaudeat gratia prò aliis, in quibus habita fuit pax. An prò verberibus monacho datis sufficiat pax offensi, & Ab. batis. An exceptio excommunicationis ob.

violentas manus in monachum iniicias impedita gratiam;

S. M. 24 A. 1. V. M.

- 2 Rex datus concedit utile dominium feodi, & iurisdictionis directe ratiuam apud ipsius regem reponente, de iustitia ordinaria non potest se impetrare in vassallos, neque in causis vassallicis.
- 3 Uxoris dominium praefertur,
- 4 Rex in terris Baronum habet iurisdictionem nisi in habitu, cum per Regem Alphonsum fuerit concessum exercitio, & iurisdictionis Imperialis, & ius factum Regis in eorum.
- 5 Reservatio exceptio quod operatur, &c. 17.
- 6 Rex in quavis concesione iurisdictionis non cogeretur concessum habere supremum, & Regiam ius, quod ab eo unquam adiutorium.
- 7 Rex potest, non obstante privilegio Baronum concessum, privacem ad Mag. Cur. & S.C. causam alteri legare.
- 8 Rex potest supprimere iurisdictiones Baronum, & Cittatum, & mandat, quod praeferat M.C.
- 9 Nec videtur se exclusus, sed abdito, quia ipse ipso quoque cognoscere posset.
- 10 Vassallus Baronis dicitur ex causa Regis vassallus, & magis dicuntur homines Principes, quatuor, vassalli, & ipsi Principi sicutur magis obediunt.
- 11 In indulto generali comprehenduntur vassalli Baronum.
- 12 Princeps superius potest ex gratia remittere penitentia, & abolere delicta commissa per vassallos Baronum, etiam ipsis contradicibus.
- 13 In Regno Prorexit Regis vice sanguinier, id est indulgendio, ne sit iure suo ratione illius supremus potestatis, & si ex consequenti praedictum finit Baronum, & concordit dignitates cum praelatione.
- 14 Princeps non potest remittere, si sit peccatoria Baronii.
- 15 Rex, seu Prorexit omnem illam iurisdictionem, & iurisdictionem exercere potest in vassallo Baronum, quam ipse Baro exercere non potest.
- 16 Authoritates, & iurisdictiones, quas de potestate ordinaria Rex, seu Prorexit exercet potest in vassallos Baronum remittere.
- 17 Prorexit neone de potestate ordinaria neque Baro potest non concordata parte indulgere delicta, verius Proreges Regni de consuetudine facientes penitias, dummodo infra ceterum tempus potest oblineantur.
- 18 Reservatio facta iurium fecit, si nemo jus habeat, nihil operatur.
- 19 Rescriptum gratia operatur quod delicta, pro quibus pars offensa fuit concordata, & si alio remangantur sine remissione.
- 20 In Regno per ipsum 291. potest quis prosequi fuit iniuriandum, & nescit suorum.
- 21 Excommunicatus per sententiam canonis, si sit audiendus ante declaratoriam,
- 22 Excommunicatus non est exclusus a defensione persona, & retum,
- 23 In omnibus casibus in quibus excommunicatus potest usq; in iudicio potest rescripta imposita esse.

Delicibus fuit dubitatum in M. Cr. & po. modum in S. C. in causa Francisci de Fessoz iniquiti de pluribus super regimone petita per Ali. Duxem Montis Leonis,

Et primò, an gratia ei facta à Regni praelege de omnibus delictis per eum commissis, obtent. per pacem offenditorum infra annos, prejudicet Baronum, qui fuerunt per eundem Prorege resoluta iura dum Baro comparvit ad eandem impediendam, cum sit leuis resipilius, & delicta sunt commissa in territorio.

Secundo, an obiecta pace ab aliquibus ex officiis gaudent pro illis delictis gratia, & si sit semper sine remissione, pro quibus offert iustitiae coram iudice competente.

Tertiò, an pro verbis monacha professo datis sufficiat pax offendit, & eius Abbatu.

Quarto, an obiecta exceptio excommunicationis, quia manus violentas in monachum iniiciata quod non sit audiendus in allegata exceptione gratiae.

Ad primum pro ill. Duce dicebatur, quod & si universalis totius Regni iurisdictione sit apud Regem, nihilominus dum sicut Reges concedunt feude, & iurisdictiones quibuscumque feudatariorum, aut Baronibus, eis quoque concedunt utile dominium feudorum, & iurisdictionis, directo tantum dominio apud ipsos Reges semper, de iustitia ordinaria non possunt se intromittere in vassallos, neque in causis vassalorum dictorum Baronum, post Bald. in l. prima quaest. 43. num. 35. de rer. divis. ait Albert. Brun. conf. 1. col. 2. vers. prædicta coadiuvantur, & Præposti. in cap. 1. in fin. vers. extra glossam quaro de coetero vers. inter vassall. & Episcopatu, & Felia. in cap. Pastoralis num. vers. finita secedit, de offic. ordin. Jo-Fab. in fin. de assit. encore in princ. col. 3. vers. sed au superior, ubi dicit, non posse Principem in Terra Baronis sibi subjecti habentis merum, & mixtum imperium, tutorem dare pupillo, nec alium actum juridictionem exercere, nisi in defectum justitiae per ea, quae habentur in cap. Pastoralis, & in cap. Roma de offic. ordin. in 6. refert & declarat Natt. conf. 580. num. 4. Frecc. de subfend. lib. 2. in 9. auth. Baron. num. 1. vers. quia neque Rex, & plenè Regens Lanarius conf. 52. num. 5 & Regens de Ponte de potest. Prorexit. in fin. de electione officialium §. 1. num. 21. & ratio ea est, quia Rex concedendo utile dominium feudorum, & iurisdictionem Baronum, Baro tandem utilis dominus in exercitu jurisdictionis præfertur directo, unde Rex in Terris Baronum non habet jurisdictionem, nisi in habitu, cum per Alphonsum primum concessum fuerit merum, & mixtum imperium, ideo Baronum in eorum Terris sunt, sicuti Reges, refert Afflit. in proem. confitit. quaest. 24. & in spectantibus ad Baronis jurisdictionem non potest Rex se intromittere Camill. de Curt. in divers. feud. potest quodque fundum num. 1. & 1. fol. mibi 28. a sor. dola in causa. confitit. Saband. in sit. de Castel. decressi, quia pluribus gloss. 3. n. 3. & ex clausula, quod non prejudicetur iuribus Baronis, expressum patet, noluisse, quod gratia fortaretur effectum in prejudicium Baronis, per Doctrinam Bald. in l. illo, ff. quo h. 1. in fin. ff. ad Senatus consult. dicens, quod reservatio, quam Judec facit, excepionis operatur, ut si apparuerit, excepciones etiam

etiam veras esse juridicas , quicquid est factum ;
habetur pro non facto : nec enim est natura reservationis , ut omnes prejudicium tollat . l. at si quis s. plurius s. de religios. Hieron. à Laurent. in decisi. dossnd. 45. num. 5.

Pro reo dicebatur , posse Principem indulgere virtute supreme potestatis , nam in quavis concessione jurisdictionis non censetur concessum illud jus supremum , & regium , quod ab eo nunquam amovetur , latè per Frcc. in tract. de subf. lib. 3. de diff. int. foud. quater. & plaz. & de cab. num. 35. Sola super cons. Sabaud. decreti indulgencias glos. un. unum. 8. vers. s. ac pocefac. sub tis. de restit. spoliis. latè Regens Constan. in l. unica C. pœn. fiscal. cred. præferri. num. 95. vers. primus quod quarenevis , faciunt adducta per D. Reg. Carolum Tap. in cons. ea , qua ad speciale docus à nro. 39. usque ad 43. ad quod facit tex. in cap. dudum s. nos igitur de præbentia. in 6. per quem Affl. in cap. 1. h. sit eos si quis num. 3. quib. mod. foud. amitt. dicit , posse Regem , non obstante privilegio concessio Baroni privativè quoad M.C. & S.C. causam vassall. alteri delegate , nec posse tueri se privilegio , quia ex illa delegatione non fit prejudicium Baronii , quia intelligitur semper potestas Regis reservata , cum in eo residat suprema potestas inseparabilis , unde solus potest suppressimere nedum jurisdictiones Baronum , sed etiam jurisdictiones Baronum , sed etiam jurisdictiones Civitatum Bellug. rub. 22. h. & quia quotidie nro. 30. vers. item & hoc videatur , & licet concedat aliqui Baronii merum imperium , non ex hoc se denuo videtur sua jurisdictione , & imperio , Petr. Bellug. de jurisd. rub. 22. d. h. & quia quotidie num. 59. vers. item ex hoc prærogativa , quæ suprema potestas nunquam censetur abdicata , latè , & copiostè Reg. de Pont. dec. 26. Gramm. cons. crim. 72. nro. 1. vers. & idem bene facit , nec videtur se exclusisse , seu à se jurisdictionem abdicasse supremam , quia ipse quoque cognoscere posset , idam in vot. 28. n. 3. vers. nro. en hujusmodi privilegiis teneore ; & adhuc Regis vassalli dicuntur Sol , ad cons. Sabaud. de foro compet. decreti subditos usq. glos. prima num. 6. vers. quibus tamen non obstantibus , peobat Camill. de Curt. in divers. foud. in d. cap. quoque foudum num. 29. declarando regulam illam , quando vassallus vassalli mei non est meus vassalus , & ante eum Natta in cons. 580. in princ. ubi etiam dicit , quod sunt magis homines Principis , quam vassalli , & ei magis tenentur obedire. Rex enim est Dominus personarum ; Consil. Regni. Quia frequenter , Reg. de Ponte de Regal. impoht. in princ. num. 53.

Unde frequenter Dominus Prorex mandat ad instantiam filii patroni , quod procedat M.C. circa præjudicium privilegiorum Baronum , quod multoties cum essem Judex in M.C. in Coll. Cons. fuit mandatum , consideratis delicti atrocitate , & qualitate Baronis , & si Camill. de Curt. in divers. foudor. cap. potest quoque foudum num. 12. vers. hoc omnino in præjudicium de jure fieri non posse sustinet.

Ex quibus , & aliis fuit sollemniter decisum 21 junctis omnibus Tribunalibus in indulto generali comprehendendi vassallos Baronum , ut refert fol. 30. Reg. Const. in d. l. unica C. pœn. fiscal. creditor. præferri lib. 10. d. num. 87. ubi diffusè , & si contrarium defenderit Lanar. d. cons. 52. & in propriis 22 terminis posse supremum Principem indulgere , etiam contadidente domino immediato per quem

non posse impediri gratiam delicti per Principem concessam refert decimum faisse Papon. lib. 24. tis. 17. arresto primo , & seq. quem avertit Arism. Tempus in tis. de gracia delicti concessa; Gaspar. Thefaur. q. 71. pars. 4. subtiliter , posse supremum Principem in præjudicium vassalli de jurisdictione omnimoda investiti facere gratiam de homicidio , vel alio delicto , & ratio est secundum eundem in d. q. par. 4. quia facultas indulgendi non dependet ab ordinario imperio , & jurisdictione illa de qua est investitus vassallus , etiam privativè quoad concedentem , sed dependet à supremo imperio reservato , quod habet supremus dominus in feudo concessio , quo etiam uti potest non solum contra vassallum , sed in ejus subditos , quorum etiam dominus remanet , refert Joan. Maria Novar. in collect. super pragm. Regu. Neap. coll. 24. n. 9.

13 Quod poterit etiam Prorex Regni , qui in Regno Regis vice fungitur , Dom. de Pont. de potest. Proreg. tit. 1. Grand. de bel. exul. quæst. prima num. 9. Novar. præalleg. quæst. num. 2. vers. idem illi. Prorex indulgendo uitatur jure suo ratione illius supreme potestatis ut supea probatum fuit , ponderavit hoc Regens Constan. in l. unica C. pœn. fiscal. cred. præferri lib. 10. num. 6. vers. se ergo hoc ius in indulgendi .

Quod potest , & si ex consequentia præjudicium fiat Baronii , quod non attenditur arg. text. in l. si in mro fando ff. de aqua. pluv. arcend. & in l. fluminibus & si ff. de daxi. infed.

Facit quod dixit Dom. de Pont. de potest. Proreg. de provision. furi solitis h. 5. num. 7. vers. hinc ex causa , quod de potestate ordinaria Princeps potest conferre dignitates cum prælatione temporis in præjudicium tertii , cui prius fuerunt collatae , quia dignitates sunt penes Regem , & sic uitatur jure suo.

Non enim poterat Baronii præjudicare , quoad multam pecuniam acquisitum , Boff. de remed. ex sola clementia Princip. num. 13. vers. item ex eo quod non trahitur , Amodeus de Ponte in tract. de Landenio quæst. 24. num. 12. Franciscus Matc. q. 243. in princ. part. 2. Sola in consonantia ad cons. Sabaudia de indulgentia. glos. 2. num. 8. cum reliquis adductis per Tepat. loco , quo supra Gaspar. quæst. 58. lib. 3. & in d. quæst. 71. Joan. Mar. Novar. in d. collect. 32. num. 10. vers. licet non præjudicet , & in 14. hoc casu loquuntur authoritates adducte per Novar. eo maximè , quando esset Baronii vetitum , nam poterit Rex , seu Prorex omnem illam jurisdictionem , & authoritatem exercere in vassallos Baronum , quam Baro exercere non valet , Natt. in dicto cons. 580. num. 4. Surd. 152. num. 3. in fin. vol.

15 2. aliasve authoritates , & jurisdictiones , quas de potestate ordinaria exercere potest Rex in Terris Baronum , habes per Reg. de Pont. in tract. de potest. Proreg. h. 1. de elect. officialium , per Grammat. in d. cons. crim. 28. ac per Affl. in proems. cons. d. q. 25. in fin. & per Solam in præcitato loco ; vetitum est Baronibus , parte non concordata abole-

16 re delicta , quod & si neque Proregi de jure licet ex mera gratia juxta ea , quæ per Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. 1. h. 4. num. 10. nihilominus de consuetudine , observatur , & in dies Proreges ex gratia indulgent delictis , data dilatione , ad obtinendam pacem , prout in casu de quo agitur fuit observatum , & sic nullum infertur præjudicium Baronii , & ex his fuit per M. C. decisum 17 pro gratia , & non obstat illa reservatio iurium Baronis : quia nihil erat reservabile Aug. in l. se

quis legavoris ff. de leg. 1. Suri. decisi. 200. in fin. 1.
 8 Ad secundum cum plura sunt delicta, & diversa, defectus pacis in uno non impedit, quia pro alio gratia gaudeat, pro qua pacem habuit arg. tex. in l. etiam s. ex causa ff. de minor. l. Cornelia pia fide iur. poterit ad quod etiam facit, nam gratiam fecit Princeps conditione adiecia, si infra annum pacem ab offensis obtinuerit, cum plures sint & diversa delicta, si ab uno obtinuerit, pro eo delicto gaudebit gratia, cum purificata sit conditio in illo, nec defectus non adimpta conditionis quoad aliud impedit ad text. in l. si quis legata s. fin. 10. lecibardi s. si duorum ff. de cond. & demonstr. gaudebit igitur gratia, pro delictis, pro quibus remissionem habuit, & pro reliquis penas sustinebit, & ita censuit M. C. nec obstat arg. de consuetudine Proregum non dividendi delicta in gratis, de quo per Pres. de Franch. dec. 330. cum contrarium servari videamus in dies.

9 Ad tertium M. C. iudicavit, remissionem habilem ab offendo, & Abbatem sufficere ex traditis per Carav. in ritu M. Cur. 275. num. 27. vers. septim. mo quaro, in quam videtur inclinare Farin. in quæst. 13. num. 26. in fine vers. nec pratermittitur; imò Abbatis tantum remissio iuricit ex diuis. per Felin. in cap. cum dilecta de rescript. num. 15. ea ratione, quia cum monachus habeatur pro mortuo cap. placuit 16. quæst. privata cum concordant. actio quæsita est monasterio, quam Abbas remittere potest Bal. in l. præses in ult. quæst. C. de transact. cum in S. C. per appellationem à me tunc Judge M. C. caula reservabatur, unus ex Dominis Consiliariis adduxit autoritatem Iacobi Vilalpan. in secunda parte repetitionis. l. 22. tit. 1. 7. partita cap. 32. septimus casus est. qui tenet transferri ad consanguineos istud ius accusandi, & ab ipsis pacem habendam, que opinio sustinet potest in monacho interficio iuxta communem distinctionem DD. quando offensio esset facta intuitu personæ, feciis intuitu monasterii, de qua latè per Iul. Clat. quæst. 38. num. 24. vers. ego vero, & d. filius per Farin. in d. quæst. 13. sed in offensia facta monacho, quando ex ea offensio non sicut sequuta mors, jus accusandi non transit ad consanguineos, est text. in l. hi tamen omnes ff. de accusat. ibi, si suam injuriam ex quacunque mortem propinquorum defendant, per quem text. Decian. in præc. crim. lib. 3. cap. 5. num. 9. dixit, quod quando quis suam propriam iniuriam prosequitur potest accusare de quacunque injuria, sed prosequendo offensam suorum, accusat, cum mortem dumtaxat propinquorum vindicat, quem refert Bajard. ad Clat. in quæst. 14. num. 5.

20 juxta prædictam l. hi tamen intelligendus est rit. M. C. 191. secundum ordinem Caravita, ibi, suorum iniuriam, idest mortem propinquorum, nam sicut de iure communi aliquibus prohibitum erat accusare, nisi suam prosequabantur iniuriam, mortemque propinquorum defendebant d. l. hi tamen, cum tribus præcedentibus ita juxta ritum omnibus prohibitum est accusare, nisi suam iniuriam prosequantur, mortemque propinquorum defendant.

Ad quartum adducatur contra reum text. in cap. 1. de rescript. in 6. ubi ipso iure rescriptum, seu processus irritatur, si ab excommunicato super alio, quam excommunicationis, vel appellatio articulo fuerit impetratura, cum igitur exsilia facta monacho sit ipso iure excommunicatus, ex voto. can. si quis suadente di abolo, non

- erit audiendus in allegata exceptione gratia;
- 21 Replicabatur nō procedere in excommunicato per sententiam canonis, ante declaratoriam latam ab homine, nam non removetur interim ab usu, & exercitio actuum de sui natura permisorum, sic Petrus Ancharen. conf. 539. tribus de causa Peregr. de jure fiscis lib. 3. tit. 3. de excommunicazione in fin. in casu, de quo agitur, nulla latra est sententia ab homine.
- 22 Insuper dicebatur, excommunicatum non esse exclusum a defensione personæ, & rerum cap. intelligimus, ubi omnes votantur de judiciis, quia non privatur his quæ ad defensionem pertinent ut Jos. Ant. in cap. utile de reg. iur. in 6. in fin. vers. idem si in predicto indicio, Bart. & Civilista in l. de pupillo s. fin. ff. de novi nunciar. & generaliter nulla repetitur exceptione Specul. in tit. de rescript. & replic. s. fin. num. 3. Dec. in cap. à nobisnum. 37. de except. etiam in consecutis iudiciis, ut dicit Farinac. in d. cap. 1. de rescript. in 6. num. 15. ita quoque si in carcerebus municipatus sit, imperatice potest rescriptum, vt inde relaxetur, ut ex Bal. & Panor. in d. cap. in collatoribus, & alios probat Peregrin. d. jur. ff. lib. 3. cap. 1. num. 20. dicens, posse adversus interdictum sequestrum, aut alium actum judicialem, in iudicio, aut extrahere comparere tanquam ream, reddens rationem, nam alioquin excommunicato in prajudicialibus, si enim non valeret se defendere, neque posset inquiri, ubi ad plura ex hoo infert.
- Et generaliter subdit Ancharen d. cap. 1. de rescript. in 6. num. 3. quod excommunicatus omnia potest, quæ pertinent ad suam defensionem cap. cum inzur de except. quounque pacto faciant ad causam defensionem secundum opin. Vincent. & aliorum, quam dicit opprobari, sive sit facti, sive iuris, & quod omnis defensio detur, sine sit odiosa sine favorabilis secundum Goffred. & Domini ibi colligente quindecim limit. post num. 22. vers. colligo, quarum phares ad casum nostrum conserunt, & præcipue 2. & 4. & Philippus Franch. in d. cap. 1. de rescript. in 6. num. 3. in fin. vers. &c. ex his patet, post quam dixit, omnes exceptions concernentes defensiones, posse excommunicatum deducere in iudicio, profert hæc verba, Et non hic patet, quod in omnibus casibus, in quibus excommunicatus potest esse in iudicio, potest rescripta impetrare, quod realsumit ex dicto per Innoc. Pet. Ancharen & alios, & ex his suis per M. C. auditio Barone iudicatum, quod gaudeat gratia.

A R G U M E N T U M.
 Doctor gaudet privilegio nobilium, & nobilitas transit ad filios Bastardi, seu naturales filii Doctorum an gaudeant nobilitate, & quid in bastardi filii nobilitatem ex genere. Nobiles ob exornitatem delicti an, & quando attinante nobilitatem, & quomodo puniantur?

- S U M M A R I U M.**
1. Doctoratus dignitatem conservat.
 2. Doctor gaudet privilegio nobilitatis.
 3. Et si actio non legat, sed causa provocatur & nuda. q. 5.
 4. Dignitas, & nobilitas idem sunt.
 5. Nobilitas Doctoratus transire ad filios.
 6. Et non sibi patres aro dignitatem.

- 8 An nobilitate gaudent filii, moxero patre Doc.
Ego.
- 9 Bastardi, & naturales idem sunt.
- 10 Nobilitas Doctoratus non transire ad filios bastar-
dos, seu naturales. Decisio num. 12.
- 11 Filiorum appellatione, & quando veniant bastar-
di, & an in sacro concedente immunitatem
Doctoribus, & eorum filiis, veniant natura-
les.
- 12 Bastardus ex genere nobili natus, an gaudeat no-
bilitate paterna, & num. 17.
- 13 Bastardorum, & naturalium ratio descendens
ex nobilibus reputatur vilior, & deterioris con-
ditionis, quam si plebeia, & si de consuetudi-
ne retineant familię nomen, tamen non sunt
agnati quod succedendum in hereditate, ho-
nore, seu dignitate familia, & fratre, & pro-
prietate non dicuntur de domo.
- 14 Nobilitas an transiret ad nepotes filios bastardi,
& si sint ipsi legitimi.
- 15 Nobiles an gaudent nobilitate, si euorma com-
miserint delictum, & decisio assertur num. 22.
& alia decisio num. 29.
- 16 Legum correccio non datur, nisi expresse dica-
tur.
- 17 Lex nova corrigenz legem antiquam in uno, non
extenditur ad aliud.
- 18 Iudex potest ob criminis immanitatem penam
augere.
- 19 Nobilitate raro non gaudent nobiles ob delicti
enormitatem, cum de delicto sunt convicti, vel
confessi, secus si ex defectu probationis extra or-
dinem sunt puniendi.
- 20 Puniens extra ordinem ex defectu probationis
non est condemnandus ad intercessione.
- 21 Pena, qua infamat, ut iugis fustium, non po-
test imponi, ne extraordinaria ex defectu pro-
bationis.
- 22 Puniens profusa extraordinaria pena, si sit
convictus, & confessus, an dicatur infamia.
- 23 Bastardi à quibus excludantur.
- 24 Et quid obseruerit in Gallia, & Hispania.
- 25 Popularis dives, & honestus in panis estimatur
ne nobilis.

DECISIO LVI.

- 1 Doctoratus dignitatem confert ex dictis per
Bart. in prima const. codicis num. 10. Fe-
lin. in rubr. de magistr. num. 5. vers. item Doctor
ex dignitate, Alex. const. 18. in fin. & const. 94.
col. 2. vers. sed ita vol. 1.
- 2 Doctor gaudet privilegio nobilium ibidem Felin.
in vers. item gaudet privilegio Guid. Pap. qua-
388.
- 3 Dignitas enim, & nobilitas idem sunt secun-
dum Bart. in l. prima C. de dignit. lib. 12.
- 4 Et si actu non legat Doctor, gaudet privile-
gio, prout probat Guid. Papa in dict. quaest.
388. & in quaest. 88. reprobans Bart. aliter tenen-
tem.
- 5 Extenditur etiam an ad eos, qui patrocinantur
causis clientum, & ita fuit crebrior Interpretum
sententia Nicolai de Neap. in l. professo Cod. de
muner. patrim. lib. 10. Match. Add. ad dictam de-
cisonem. Guid. Pap. dict. q. 388.
- 6 Quae nobilitas ad filios pertinet text. in l. mo-
dicoe C. de professor. & Medic. lib. 10. Bald. in l. fin.
C. de serv. fugit. Guid. Pap. dicta decis. 388. & ita
peccatum judicatur.

- 7 Et an ad filios natos ante nobilitatem acquisi-
tum Tiraquell. de nobilit. cap. 15. num. 8. Covarr.
lib. variar. cap. 8. num. 5. Guid. Pap. quaest. 389. &
ibi Add.
- 8 Et an nobilitate filii utantur, donec vixerit
Doctor, & an eo mortuo, vide Barbos. in l. quia
tale vol. 2. solus. matrem. num. 33. vers. sed non pla-
ceret hac concordia, Perez in eod. Castell. lib. 4. cit.
1. fol. mibi 714.
- 9 Privilegiis nobilitatis non gaudent filii Do-
ctorum bastardi seu naturales, qui idem sunt se-
cundum glos. in rubr. ff. de concub. unde Bened.
de Bar. in tract. de filii non legitimè nat. num. 2.
& Salyc. in Junia aut. præterea Cod. de natur. li-
ber. sumant text. loquentem de naturalibus libe-
ris per verbum bastardos, verum bastardi nomen
vulgò pro omib[us] illegitimè natis cuiuscunque
generis ponitur. Gabr. Palmot. denothis, spuriis
que filius cap. 17. num. 7. & est nomen barbarum.
omnes comprehendens illegitimos, Joan. Bapt.
Lup. de illegitim. tom. 1. in præfat. num. 17.
- 10 Filii namque bastardi Doctorum non gaudent
nobilitate; quia nati ex legitimis nuptijs patrem
& vulgò quæsti matrem sequuntur l. cum legiti-
mè ff. de stat. hom.
- 11 Insuper Imperator in d. l. usadicar, Doctoribus
& eorum filiis privilegia concessit, quibus non
nisi legitimi patiuntur: non enim sentit de ille-
gitimis, ut probat contra distinct. Bart. Paleot.
in dict. tract. cap. 60. & attenta quoque Bart.
dict. in l. ruelas ff. de sa. dimin. quam sequitur
Bald. in l. parentes ff. de in ius vocand. num. 5.
vers. modi usus, quod aut provisio legis con-
siderat naturalem causam, puta reverentiam, vel
effectum naturalem, & tunc continetur filius
etiam spurius, aut provisio legis non con-
siderat causam naturalem, sed accidentalem, tunc
non continetur filius naturalis, leu spurius.
- Unde in statuto concedente dignitatem Do-
ctoribus, & eorum filiis, non veniunt natura-
les, cum qualitas Doctoratus ipsis non conve-
niat, & nihil ei conferat Bald. in dict. l. paren-
tes ff. de in ius vocand. num. 6. vers. sed pone con-
cessa est immunitas, Fulg. cons. 152. super statuto
col. 3. vers. cacerum, Jo: Bapt. Lupus in tract. de
illeg. & natural. refutandis comm. 1. §. 3. num.
71. vers. inferunt quoque.
- 12 In peccatis infligendis Doctorum filios bastardos
paterna dignitate non gaudere, judicatum fuit
in Collaterali Consilio me relatore delegato, &
condemnatus ad perpetuo remigandum Franci-
scus de Monte filius bastardus doctoris, & Iudi-
cis cohortis Hispanorum, qui ab universitatibus
Campanæ falsis assertioris fisci nomine pecuniam
recepit, & sibi ascivit de mente Juli in anno
1612. & exequuta sententia, & in eodem Coll.
icerum fuit approbata sententia Regie Audien-
cie Capitanata, per quam cum extraordinaria
potestate fuerat condemnatus Andreas Schyngal-
lus Doctoris filius, Civitatis Luceræ, ad Re-
gias tritemes pro furto in strata publica, & ex-
equita sententia referente M. C.
- 13 Et non solum bastardi filii Doctorum, sed
etiam ex genere de jure nobilitate paterna non
gaudent, Alex ad Bart. in l. prima num. 50. C. de
dign. lib. 12. per text. in d. l. cum legitimè ff. de stat.
hom. & l. liberos ff. de Senat. & Joan. Baptista Lup.
q. 4. in dera. 3. comm. 1. §. 3. num. 38. posse in singula-
certamine recusati tenet, & notatio hæc delen-
dens à nobilibus reputatur vilior, & deterioris
à no-

D. REG. JOAN FRANCISI SANFELICII

- 1 nobilibus reputatur vilius, & deterioris conditionis, quam sit plebeia, ut respondit Rui*cons.* 77. *viso num. 7. & num. 12. lib. 3.* quem refert, & sequitur lo: Bap. Lup. ibidem, comprobans *in cap. si gens Anglorum dis. 56.* ubi ponitur, gentem istam degenerem, neque in bello fortem, neque in fide stabilem, neque honorabilem hominem. 15 *nibus neque Deo amabilem, & inferius num. 67.* dicit quod, & si illegitimi retineant de consuetudine familiæ nomen, tamen non sunt agnati, quoad succedendum in hereditate, honore, seu dignitate familiæ, & strictè, & propriè non dicuntur de domo, vel de casata, sive de familia, 16 quod etiam nepotes extendit Bal. *in l. fin. C. de verb. figuif. num. 4. vers. quorit hic Bart. & Dec. cons. 85.* *in suo*, & quod non dicantur de domo, & quod non possint portare arma domus, quis illud est honor, qui bastardis non competit, ex authoritate Bart. Bald. Dyn. & Angel. tenet Alex. *in l. ex facto §. si quis rogatus num. 54. ff. ad Senat. Trebell.*
- 17 Alter servari de consuetudine generali, dicunt DD. Adducti per Pasqual. *de vir. pat. potest. part. 3. cap. 2. num. 26.* qui tenet de generali consuetudine filios bastardos nobilium reputari nobiles, præsertim si sint familiarum insignium, & ita servatum, ut plurimum fuit meis temporibus in genere poena infligendæ, & poenis quibus nobiles puniuntur fuerunt castigati, item servos, si sint rescripto Principis legitimatis juxta tenorem privilegiorum, de quo latè per Paschal. *præcis. loc. à num. 212.*
- 18 Et quid de legitimatione facta à Rege filii spuri, patre jam vita funeto, qui instrumento petiti à Rege, ut filium legitimaret, sed de morte patris non fuit facta Regi mentio tempore concessionis, Alvar. Valac. *consultat. 258. res. 8.*
- 19 Quod etiam in gravibus, & enormibus, ut in criminis laesæ Majestatis, & furtis servari, & de cœlium refert Vinc. de Franch. *decis. 569.*
- Verum aliquando ratione enormitatis delictorum, & qualitatæ personæ fuerunt puniti poena, qua ignobiles plectuntur ex dictis per Bart. *in l. prima C. de dign. lib. 12. num. 49.* qui dicit, nobilitatem transire in filios, nisi propter eorum delictum eam amittant, nam propter delictum quis infamatur, & per infamiam perditur nobilitas, & dignitas, *text. eß in l. 2. cod. tit. facit etiam tex. in l. Judices C. cod. ubi furtis, & sceleribus maculati, honore extri; inter plebeios habentur, & de eo honore blandiri non permittitur, quo se ipsos indignos iudicaverunt, concordat l. infamia de decrion. & l. 2. C. de palatin. sacra. rato largit. hinc dixit Bald. cap. cum quidam, de inosurand. quod licet nobiles furcis non suspendantur, tamen concurrente enormitate criminis suspenduntur, quem refert Gramm. *vot. 3. num. 8. & decis. 36. num. 9. Caball. in resol. crimin. casu 99. num. 108. & seq. tenet nobilem ratione enormis delicti posse, ut plebeium puniri, id probans auctoritate Affl. & aliorum Doctorum etiam Regnicolarum, quod maximè consilio Principe obliterabitur, prout pluries practicatum fuit teste Reg. de Pont. *in trad. de potest. Proreg. in d. 9. 2. n. 2.* attamen attenta delicti atrocitate fuit punitus poena perforationis linguis, & remigrationis juxta Regiam Pragmaticam.**
- 20 arg. I. præcipimus in suo C. de appellationibus, nam quando catus sunt diversi, & diversimodè à lege considerantur, lex nova corrigens in uno, non extenditur ad aliud glos. *in l. quod verò ff. de legibus. Bart. in l. Marcellus ff. ad Trebell.*
- 21 Nec prohibet, ob criminis atrocitatem posnam augere, quod Judex potest per l. quod ega poena gravior ff. de his, qui nec. infam. Alvarez in expos. leg. præst. in cap. 1. num. 12.
- 22 Et ita observatum fuit per Reg. Consiliarium Scipionem Rovitum delegatum, in personam Ioannis Baptiste Domelli, qui quamvis nobilis fuit ad triremes condemnatus.
- 23 Prædicta tamen tunc locum vindicabunt, cum convicti, seu confessi fuerint rei de enormi delicto, secùs verò si extra ordinem venirent puniendi ex judiciis, pro quo facit text. *in d. l. Indices C. de dignitat. lib. 12. ibi, convicti, puniuntur enim rei extra ordinem, quando non sunt convicti, seu confessi, veluti de delicto suspecti, non autem tanquam delinquentes, prout consideravit Caball. in resol. crimin. casu 82. n. 15. ex quibus tenuit non posse in hoc casu condamaati ad interesse.*
- 24 Unde si poena infamiam affectet. ut ictus fustium jux. tex. *in l. ictus fustium de his, qui nos. inf. non posset imponi, ut extraordinaria ex defecitu probationis Fatin. in quanß. 81. num. 16.* & habuit pro vero M.C.
- 25 Sed quid si convictus, & confessus fuit punitus pro furto extraordinariè, an dicatur esse infamis, & tanquam talis repellatur à dignitate, video Caball. *decis. 172.*
- 26 Bastardi à quibus excludantur, latè Tiraquell. *de nobil. cap. 15. n. 10.* & quid observatur in Gallia, 28 & Hispania habes per Otalor. *in 2. par. tertia principalis cap. 3. n. 3.*
- 27 Post hæc scripta fuit idem, quod observatum fuit per Regium Consiliarium Rovitum *num. 22.* practicatum per Magnam Curiam uti delegatam de mense Januarii 1628, in personam cujusdam Actuarii M.C. pro blasphemia omnipotentis Dei,
- 30 qui etiæ tanquam popularis dives, & honestus erat in poena imponenda, ut nobilis estimandus juxta doctr. Bart. *in l. capitalium, §. servus. ff. de pen.* quem sequuti fuerunt Doct. relati per Regent. de Pont. *in trad. de potest. Proreg. in d. 9. 2. n. 2.* attamen attenta delicti atrocitate fuit punitus poena perforationis linguis, & remigrationis juxta Regiam Pragmaticam.
- A R G U M E N T U M.**
- Minor an possit puniri poena ordinaria ob delicti atrocitatem, & datur intellectus ad pragmaticam de minoribus. Minor quando restituatur adversus confessionem.
- S V M M A R I P M.**
- 1 Minoribus an per se esse minoranda sit pena. *Decis. num. 7.*
- 2 Oratio soluta aquipollit copula in dubio.
- 3 Quando plures orationes possunt copulative, sive principaliter, sive respectivè ad aliud tunc requiriur concursus omnium.
- 4 Minor in atrocissimis criminibus, & præcius per assassinio, non est minima pena.
- 5 Adulco non minitur pena legis Cornelius de S. car. pro homicidio.
- 6 Confessio emunata à minore suo curatore, non redit.

- 7 *cet. & adversus illam restituitur, & n.8.*
Si per Judicem dat us, faciat minori legitimus procurator, non restituitur adversus confessionem.
- 8 *Curatoris datio non est necessaria minori in atrocioribus, nec adversus confessionem restituitur minor.*
- 9 *Confessio emissa a minore sine curatore si ex iudiciis apparet eam esse veram, adversus illam non restituitur minor.*
- 10 *Minores delinquenti in carcere ratione criminis atrocitatis, doante ad maiores etatam pervenient, quia completa puniri remissionis pena decet observantia.*
- 11 *Et decisum fuit in S.C.*
- 12 *Et qua pena exercenda sit in puberem auerum 16. patientem vitium nefandum.*

DECISIO LVII.

Minori de necessitate (quamvis ouberi, & dolí capaci) pena am minorandam esse, & pena ordinaria non posse puniri multi Doctores tenuerunt, de quibus per Farinac. de pen. temperand. p.92. num. 103. nonnulli judicem non teneri praeceps minorare, sed ipsius arbitrio residere affirmarunt.

1 *Primam communem esse testatur Sforz. Odd. in tract. de reo. in integr. p. 11. quæst. 80. art. 9. nn. 93. reliquos refert Caball. casu 134. ad quem satis est remittere, fundamenta uteiusque opinionis adducunt Sforz. in d. quæst. Vtill. ad decif. Affl. 287. qui testatur de decif. Sac. Consil. & Reg. Came. & Thesaur. decif. 161.*

2 *Altera per Regiam pragmaticam sub tit. de minoribus approbata fuit, & ea servanda præcipitur, de qua meminit Utill. ubi sup. & Prok. de Franch. decif. 230. & Caball. pract. resolut. 134. in hac pragmatica est statutum, & declaratum ludicantium esse arbitrio, en ordinaria, vel mitiori pena minores delinquentes puniendi sint, & non necessitate minoranda, seu ludicis arbitrio omne id esse refutum, considerata delicti atrocitate, persona qualitate, delictorum reiteratione, ac aliis considerandis recte perspedit.*

3 *Ex quibus verbis, qui reorum partes tuebantur non posse penam ordinaria puniri dicebant, nisi concurrentibus atrocitate delicti, reiteratione, & prava qualitate personæ.*

4 *Idque fundabant: quia oratio soluta & quipollat copulæ in dubio Bar. in anth. hoc locum n. 6. Cod. fi secund. mps. n. 1. & quando plures conditio-nes ponuntur copulativè, non principaliter, sed respectivè ad aliud, tunc requiritur utraque, l. si baredi plures ff. de condit. inffit. secus verò quando copulantur principaliter per se respectivè ad aliam speciem juxta text. in l. prima ff. de bis, qui nos. infam. cusa concordantibus, ita diltinguit Bast. in d. lego si baredi plures, & in l. si is, qui duces- sa h. utrum, pen. col. de rebus dubiis, & in l. prima ff. de bis, qui nos. infam. at cum prædictæ copulen-tur respectivè ad penam imponendam, omnium concursus requiri videtur.*

5 *Fallit hoc in atrocissimis delictis, in quibus non sunt considerandas aliae qualitates, sed sufficit ipsa delicti atrocitas Sforz. Odd. in d. qu. 80. num. 101. afferens rationem, quia regulariter atrocissima delicta non committuntur ex causa somnis naturalis, qui dominatur inestate adolescentiarum, sed ut plurimum ex innata savitatem, & feritatem animi, & inclinatione ad homicidium humangum sangu-*

nem, quo casu nulla est deprecatio venia, fundat id quoque Gramm. super const. Regni minorum jura num. 7. vers. sed si essemus in atrocissimis, ubi refert plures casus, in quibus fuit practicatum, & non esse damnandam iudicis severitatem, si ob atrocitatem, & circumstantias aggravantes penam mortis minorem esse puniendum arbitratur, refert Caball. in d. resolut. 134. n. 8. vers. posset tamen casus, & ita in praxi plures observatum refert Thesi. d. decif. 161. in princ. & in specie in assassinio, & posset quoque sustineri haec limitatio in homicidio commisso per adultum, quia adulto non minuitur pena legis Cornelias de sicari. pro homicidio, l. si quis te reum C. ad l. Corneliam de sicari. Ex quibus per M. Cur. delegatam fuit ultimi supplicii pena punitus adultus assassinus.

6 *Fuit etiam oppositum pro reo, esse emanatam confessionem sine curatore, & sic nullam, per hoc non fuit impedita exequitio sententiae, nam dato, quod in Regno datio curatoris practicetur, & si non fuerit datus, & petat, ut laetus, minor restitui, illa confessio non nocet juxta decisionem Sac. Consil. relatam per Affl. in decif. 208. tamen si, datus fuerit reo per iudicem legitimus procurator, & sufficit Marsili. in l. de minore in princ. num. 54. ff. de qu. Foller. in pragm. crim. in verbis et si confitebuntur par. prima num. 19. in fin. & cod. verb. et si confitebuntur par. 3. num. 49. Farinac. de reo confess. & convict. quest. 81. limit. 4. num. 367. quod fuit servatum in casu, in quo datus fuit Advocatus pauperum, qui pro reo fortiter fuit patrocinatus, & in cunctis fuit auditus.*

7 *Insuper in atrocibus non requiritur datio curatoris, nec restituitur minor in d. prima par. in verbis et si confitebuntur num. 19. vers. fallit in crim. laja Majest. & in atrocioribus Utill. ad decif. Affl. 206. refert, sic decimum, Farinac. alios adducit in tit. de reo confess. & convict. quest. 81. num. 383. cap. 10.*

8 *Nec est omittendum, confessionem fuisse juxta iudicia, quo casu non restituitur minor, cum faciat id, quod quilibet major facere tenetur Sarmient. select. interpret. lib. 3. cap. 13. num. 10. Farin. in d. quæst. 81. de reo confess. & convict. cap. 10. num. 386. & seq.*

9 *Fuit observatum quoque ob criminis atrocitatem detineri minorem in carcerebus, donec ad maiorem pervenit etatam, & maior factus sit, & si ordinaria, attamen gravi extraordinaria puniri, veluti remissionis, usu enim receptum est, minores imberbes ad tricemes non transmitti ob vitanda scandala, unde in causa Andreæ Cuccorese minoris inquisiti de appensato, & proditorio homicidio in personam Bonini Martorati, ut in banca Ragoni die 31. Januarii 1625.*

10 *Per Magnam Curiam Vicariam fuit provisum, quod remiget vita durante.*

11 *Appellavit in S. C. & provisum, visa persona benè appellatum, & remaneat carcereatus per triennium in carcerebus M. C. V. quo tempore elapsio transmittatur ad Regias tricemes, in quibus remiget per quinquennium taliter reformatas.*

12 *Fuit etiam dubitatum in M. C. an confessus vitium nefandum uti patiens, pubes ann. 16. qui per lex mentes talia passus fuit, si puniendus ordinaria pena. Aliqui ex DD. Judicibus M. C. censuerunt ob atrocitatem esse puniendum penam ordinaria, afferentes authoritates Grammat. in confess. minorum intra num. 7. in fin. vers. per quod didicunt*

diit annis proximè decurſis, qui ita fuſſe obſervatū dicit, & ad ultimum ſupplicium condennatū minorem, & quod flammis comburētur, Pet. Foller. in rep. pragm. de ſodom. num. 43. ver. ſed verum huc Regia pragmatica, idem teſta, tur obſervari, ſed in fine cogitandum dicit, verū his non obſtantibus maior pars eſſe extra ordinem puniendum censuit Jo: Baptiſtam Coruccium ſub die 22. Julii 1630. in banca loelis quod illis lardeis percuſſibus, & detineatur per decem annos in carceribus.

ARGUMENTVM.

Quæ poena plectendus ſit præſentans apocam alteri ſolvendam, ſibi mutato nomine, ut pecuniam reciperet.

SUMMARIUM.

- 1 Quæ poena puniatur præſentans apocam alteri ſolvendam, mutato nomine, ut pecuniam reciperet,
- 2 Et poena falſi puniri offenditur, qua falſi poena de iure eſt arbitria, & num. 4.
- 3 Et ſi pecuniam acceperit furtum committit.

DECISIO LVIII.

Accepit Andreas Calandrellus ad mensam nummulariam, in qua apocam alteri ſolvendam mutato ſibi nomine præſentavit, ut pecuniam reciperet, quo comperto fuit apprehenſus, dubitabatur de poena.

- 1 Nulli dubium eſt, quo falſia poena coercetur, cum concurrat fraud, & ulterius præjudicium, l. falſi nominis ff. ad l. Corneliam de falſis, & ibi gl. & Bart. & l. prima C. de mutatione nominis, Farinac. in tract. de falſitate, & ſimulatione qu. 150. part. 5. & ſi quid acceperit, furtum facit l. falſus creditor de furtis.
- 2 Falſi poena de jure arbitria eſt juxta cumulata per Muscatell. de cognitione, ſeu probatione delictorum in tit. de falſis, & per Farinac.

Fuit ſub die 8. Auguſti 1619. per M. C. pro mutatione nominis in exilium missus per triennium extra Provinciam; licet iuri patronus acriter iſſet iſſet pro poena remigatio[n]is.

ARGUMENTUM.

Fabricans falſam monetam æneam modici valoris, qua poena puniendus ſit? Et quid ſi in illa imago Principis inſculptata ſit?

SUMMARIUM.

- 1 Fabricantem falſam monetam æneam modici valoris poena ordinaria puniri poſſe negatur. Affirmatur verò poena ultimi ſupplicii puniri fabricantes æneam monetam, in qua Principis imago inſculptata fit, & qua ratione? explica- ſur num. 4. & ita deſiſum num. 9.
- 2 Monetam alterius materia, quam plumbi, val- ſanti expende[n]te[re] extra ordinem puniri ſuf- ficitur.
- 3 Statutum aliquid ſub poena prohibens, ut puta ſi de vulnus loquatur, ſive domum adiſicare prohibeat, vilissima, vel minima non comprehendit, nec ad domunculam, vel parvum tugurium, neque ad vulnusculum excedit.

- 5 Materie numeri publica forma percutiā eſſe debet & imago[n]is, effigie[n]is, ſive ſignum Principis babere.
- 6 Solus enim Princeps, cujus ſolus ſignum impri- mitur privatū, facit ſuam pecuniam cudi.
- 7 Ideoquæ privatū pecuniam taliter cudit, Maior statis criminis committere dicitur, & quare?
- 8 Et adulterina dicunt, quando ad aliud, quæ Principem transiit auctorema.

DECISIO LIX.

Non poſſe puniri poena ordinaria fabricatam fallam monetam æneam modici valoris te- nuit Alex. ad Bar. in legator f. qui reprobat in apofill. mag. circa finem vers. puta ubiunque ſi de pignorat. act. idem dixit in conf. 104. num. 7. lib. 1. quem sequutus fuit Hyppolit. conj. 71. & Caball. in refolue. crimin. caſu 199. ſuſtinet authoritate multorum Scribentium extra ordinem puniri ex- pendentem monetam alterius materie, quam plumbi, vel ſtanei.

Fundamenta Alex. ſunt ex text. in l. Senatus f. Marcellus ff. de leg. 1. per quem infert ait statutum prohibens aliquid ſub poena, quod non comprehendit vilissima, vel minima. Vnde statutum prohibens adiſicata domum non extendit ad do- munculam, & parvum tugurium, & ſimiliter statutum loquens de vulnere, non extendit ad vulnusculum Rom. in l. prima f. excusatur ff. Sylanian. faciunt l. prætor f. quod ſi mancipium, & l. evidens ff. de adiſ. edict. cum concordancibus per eum adductis.

- 4 Secus ſi æneam monetam fabricavit, in qua imago Princeps eſt inſculpta, nam tunc poena ultimi ſupplicii punicitur, quod conſideravit Afſi, in conf. Regn. adulterinam num. 4. vers. tertio vero, nam quando aliquis privatū authoritate propria auctum, vel æneum nummum figurat, & inſculpit, & figura, live forma imprimitur cuditendo, & percutiendo materiam auti, vel ſeris, & ita fa- bricatur nummus, quod eſt omnino privatū por- ſonæ prohibitum cum materia nummi debeat eſſe publica forma percutiā, ut ff. de contrab. empf. l. prima circa principium, id est habere imago[n]es, effigies, ſive ſignum Princeps, ut C. de veneno. po. l. prima, & l. fin. lib. 11. ſc. de aur. & arg. leg. l. quintus ff. ſi aurum, ſolus Princeps, cuius ſolius ſignum imprimitur, facit ſuam pecuniam cudi C. de falſ. monet. l. 2. & ideò privatū taliter cudit pecu- niā, dicitur crimen Maieſtatis committere, ut in eadem l. 2. quia contra honorem Princeps atten- tat, dum ſignum, & imago[n]em eius usurpat, arg. v. de bon. vocan. l. 3. ideoq; adulterina dicitur, qua- do tranſit ad aliud auctorem, quam Princepem gloſ. in conf. adulterinam, & ita obſervatum fuit per M. C. uti delegatam, & ultimi ſupplicii poena puniti fuerunt, Iofeph de Rosa, & locii ſub. d: 27. Septembris 1624. qui æneam monetam cude- bant, in qua facies Princeps erat inſculpta, in ſedi- bus cuiusdam privatū, qui per ſententiam fori. dicitur fuit.

ARGUMENTUM.
Scribæ fiscales M. C. revelantes ſecrēta inqui- ſitionum falſi tenentur.

- 1 Notarius, Index, & ſi quis aliis revelat ſecrēta partibus quomodo ſi puniendus.

2 No.

- 1 Notarius offendens iura penes se deposita parti ad-
versa sine licentia Judicis, & voluntate partis,
falsum committit.
2 Notarius ante causam publicationem revelans par-
tibus testium depositiones commissie falsum,
Scripturas, & instrumenta apud se deposita, ostensi-
dens contra voluntatem deponentis, false tenetur.
3 Doli coniectura est, cum quis non facit, qua pro
suo munere, & officio facere tenetur.

DECISIO LX.

STANTE statuto, vel edicto, quod denuntiator
aliciuius delicti teneantur in secreto, neque
nomen eius pandatur, si Notarius, vel Judex,
vel alias propalaverit, punietur pena statuta, si
scripta erit, sin autem arbitratia; Notarius quoq;
qui secreta Judicis partibus, vel secreta unius pac-
tis, alteri adversariæ iudicaverit, incurrit penam
falsi, Decian. in tractat. crimin. lib. 7. de rev. secreta,
& literas aperientibus cap. 17. num. 37. & n. 40.
quem refert, & sequitur Menoch. de arbitr. Iud.
lib. 1. cent. 5. cap. 537. num. 26. tractans materiam
revelantium secreta.

Et Notarius, vel quilibet alias secundum Gani-
di. de falsis penes quem deposita sunt iura partis,
sic copiam eorum fecerit parti adversa sine licen-
tia, & voluntate ipsius partis, falsum committit;
imò non solum requiritur prædicta licentia, sed
etiam licentia Judicis ad hoc, ut Notarius possit
dare acta cause alteri parti, Bal. in l. 1. apud quem,
in princ. de eden. ubi Paul. de Castr. Hypol. colum.
prima §. fin. de fals. Angel. de malf. verb. falsoario,
vers. quarto si advertas, & si de examine testium ro-
gatus fuerit, si ante eorum publicationem reve-
laverit partibus, vel alteri eorum illud, quod di-
ixerunt testes, falsum committit Hyp. in d. pri-
ma §. fin. de fals. Gandi. de fals. num. 25. Monticell.
in pract. crimin. reg. 15. de crim. fal. num. 65. & 66.

4 Falsi eum teneri per text. in l. prima §. qui in
rationibus, & l. instrumentorum ff. de falsi. voluer-
unt Scribentes relati per Farin. quos ipse sequi-
tur in quæst. 150. in tract. de falsi, qui est in 5. vol.
num. 100. qui deposita penes eum instrumenta, vel
scripturas, aliis ostenderit contra voluntatem de-
ponentis.

Tanquam falsarios puniendos censuit M.C. uti
delegata Scribas fiscales, penes quos occultatae
reperta tuerunt informationes, in quibus non
erant notati dies in receptione testium, nec regi-
stratae, nec in eis rubricæ apposita, ex quibus do-
lus præsumitur, dum & in dies in receptione te-
stium erant apponendi, & registrandi, & rubri-
candi erant, & in archivio publico custodienda;
nam coniectura dolii est, quando quis non facit,
quod pro suo munere, & officio facere tenetur,
l. dolus, ff. mandat. cum concord. inductis per Me-
noch. lib. 5. præsumpt. 3. num. 66. vers. quarta est
coniectura, ideò fuerunt tormentis suppositi Fa-
bius Bretonus, & Franciscus Antonius Stantio-
nus de anno 1617. de mentis Iulii.

5 Pro quo facit text. in l. prima §. qui in rationi-
bus, & in l. instr. §. 1. ff. ad l. Corneliam de falsib. vel
ut verum non appareat, quid celaverunt, surripue-
runt, delaverunt, subiecerunt, resignaverunt, unde
Monticell. in pract. crimin. regul. 15. num. 83. vers. oc-
cultans acta Iudicii, tenuit, quod occultans acta
Iudicii, ut veritas occultetur, falsum committit,
& pena falsi puniri debet, allegat lo. de Anan.
in cons. 12. & Ang. in l. prima de public. indic. & in

occultante acta publica in penam falsi incidere;
referat Franc. Marc. quæst. 669. 1. vol. & Farin. in tr.
de falsi. quæst. 150. num. 155. ubi de occultante acta
Iudicii.

Ex his censuit Consiliarius Rovitus delegatus
esse procedendum de falso contra Seribam fisca-
lem, qui revelavit probata in inquisitione, quod
per Regiam pragm. in tit. de off. M. Cur. pragm. 29.
vers. item quod directe, vel indirecte, vetitum est
non adiecta poena.

ARGUMENTUM.

Officiales cum inquiruntur de delictis in admi-
nistracione commissis, si ipsis probatis ve-
niunt puniendi pena privationis, summa-
riè constito de suspicione, sunt suspenden-
di ab officio, & beneficio, si de levi, ab ad-
ministracione tantum, quamvis teneant
officium absque jurisdictione, & traditur
praxis procedendi.

SUMMARIUM.

- 1 Officiales in officio falsitatem committentes, vel
alias graviter delinquentes officio privandi sunt,
& in quibus aliis casibus veniant privandi.
- 2 Falsitas ex quibus arguatur.
- 3 Officiales etiara iurisdictionem non habentes, pen-
dente inquisitionis iudicio contra ipsos in admi-
nistrations, taliter delinquentes, quod probato de-
lito veniant ab officio removendi, de suspicione
summarie constito; si de gravi inquiruntur deli-
cto, ab administracione, & beneficio suspenden-
di sunt, si de levi, ab administracione tantum,
& quare, & n. 9. & seqq. Et ita decisum n. 11.
- 5 Officii nouam est ad omnes ministerium generale,
ideoque illud largo tam modo custos etiam por-
tarum habere dicitur.
- 6 Officii vero nomen strictè, ac per se sumptuosum
tantum, qui iurisdictionem habet, & coram
quo acta sunt, continere dicitur.
- 7 Et bac ratione de delictis officialium iurisdictio-
nem habentium ex dispositione ritus M. Cur. sola
ipja M.C. cognoscit, non sic de aliis, ut Actuarii.
& Curiarum servientibus, qui illa carent.
- 8 Notarius falsum conficiens instrumentum, quo-
bione falso pendente, Notarii officium exercere
au possint, instrumentaque valida censeantur.
- 10 Tutori ex sola accusatione, administratio inter-
dicatur.
- 11 Factius interdicitur administratio non habenti
iurisdictionem.
- 12 Officialis propter negligenciam potest puniri pri-
vazione officii, & ita decisum.
- 13 Præsumitur contra officiale in gestis contra nat-
uram officii.
- 14 In exiliu missi non admittuntur ad admini-
strationem.

DECISIO LXI.

Magister ædis monetariæ, ceterique eiusdem
ædis, ministri de falsitate in eorum admini-
stratione inquiruntur, pro qua post probationem
privandi veniant officio, & maiori pena plecten-
di; dum enim tam graviter in officio deliquerunt,
officio privandi sunt, ad text. in l. si aliquid C. de
suscept. libr. 10. per quem tex. dicit Afl. in cons.
Reg. officiales Reipublica nu. 1. vers. caveant etiam
ne

ne committant aliquam fraudem in eorum officio: quia sunt privandi officio, & ad alia redire non possunt etiam rescripto Principis.

¶ Et falsitatem committens officio, privandus est officio, Franc. Marc. decis. 657. p. 1. Farin. in 5. tom. de falsit. q. 159. n. 44. in fin. Jo: Chrys. Scarfo anno. 33. fol. 100. in quibus aliis casibus venient privandi officio, habes per Amode. Just. in tract. de syndicat. in part. olim potestatem d. Civitatis, & per Franch. de Aviles in exposit. cap. sive legum prætor. cap. 1. in verb. ley.

Quid de illis, contra quos urgent iudicia, et inter cætera aliqua, quæ considerata reperiuntur à Scribentibus relatis per Farinac. in d. 5. tom. de falsit. q. 153. num. 166. videlicet ex diversitate papiri, et signi: nam tunc falsitatem argui probavit idem Far. ex allegat. per Manic. et per Parid. de Puteo, idem quando ex pluribus quinternis, quorum unum non est simile alteri, quia unum continet plures cartas, quam alterum, ex quo oriens falsitatis præsumptionem auctoritate plurimorum Scribentium idem Farinac. paulo inferioris num. 167.

3 Institut fiscus, administrationem eis interdicendam esse ex communi Doctorum sententia, qui non dubitaverunt, pendente iudicio contra delinquentes in administratione in casibus, in quibus plenè probatis prætensis delictis, venirent ab officio removendi summam constito de suspicione administrationem interdicendam esse distincte. Bart. in l. libertus §. in questionibus ff. ad municipal. quos adducunt, et in praxi sic observari cestantur Praef. de Franch. dec. 8. Reg. de Pont. dec. 7. Franc. Marc. dec. 653. Caball. dec. 76. Gars. Mastrill. in tract. de magistr. lib. 6. cap. 5. num. 45. Joann. Andr. de Georg. alleg. 42. n. 21. (quicquid dicat Gabriel Berart. novitatem impressus in speculo cap. 7. qui non nisi probatis delictis dicit posse suspendi officiales) rationes afferunt Scribentes relati per Ptol. de Franch. et inter cæteros propter infamiam, et ne officiales existentes in officio terreant testes: altera fuit considerata à Franc. Marc. in d. dec. 652. num. 3. ad evitandum scandalum, et à Reg. de Pont. dec. 23. in princ. ita non solum ab administratione suspendendi sunt sed etiam a beneficio propter gravitatem criminis; tunc esset tamen administratio interdicenda quando de levibus delictis essent inquisiti, ita distinguit Reg. de Pont. in d. dec. 25. num. 3.

Quod ampliat Guliel. de Benedictis in cap. Ray. mutius in tit. de compendio a subtitut. sec. mortuo testatore, prima num. 3. 15. vers. unde licet accusatus de delicto, et si delictum extra officium commissum, quando tale crimen scandalum generaret propter publicam infamiam accusati cap. inter solicitudines de purgat. canon. ac si in suo officio deliqueret, et interdicet administratio secundum Bart. in d. §. in questionibus, et Joan. Fab. in §. si quis autem ff. de suspect. tutor.

4 Ex quibus inolevit praxis relata per D. de Pont. in d. decis. 7. num. 15. vers. quod dum quis inquiritur de delictis, ut dum quis inquiritur de gravibus delictis, duo sicut iudicia, unum summum ad finem suspendendi durante inquisitione, et alterum plenarium ad finem condemnandi. In primo sufficit summam probare suspicionem, et hanc per coniecturas, quod sufficit ad suspensiōnem alterum iudicium erit veritatis delicti, qua veritate probata privatur officialis in perpetuum, & sic DD. reasumunt communiter, iubdens esse

audiendum reum in hoc iudicio summatio suspensionis, & danda esse capita, ex quibus pretenduntur suspensio cum facultate ad percunctandum una cum scripturis, et ita observatum fuit. De practica supersedendi in hoc summatio iudicio faciunt dicta per Consil. D. Franciscum Merlinum 608. trouer. cap. nn. 15.

5 Defendantes eos adversus prætensa per sicum, dicebant, dicta delicta quoad ius pensionem procedere contra illum, qui propriè, & strictè dicitur officialis; nam hec nomina officij sic generale ad omne ministerium secundum glossam in l. legatis §. an officio ff. de legat. 3. Gemina. in cap. ut officium de heretic. in b. curia nota per Cagnol. in l. diebus fundo num. 14. ff. de offic. Aislets. adeo quod etiam custos portarum dicitur habere officium, ut notat Boer. dec. 149. num. 1. quod largo modo sic denominatur; tamen strictè continet solum eum, qui jurisdictionem habet, & coram quo sunt acta, l. fin. ff. de re iudicat. l. cum ff. de in ius voc. Andr. in tit. quia sicut regal. in ver. ad iusitiam capienda num. 67. & 67. & Aisi. ibidem in verb. potestas n. 47.

7 Hinc sequitur, quod rit. M. C. V. 49. disponens, ut de delictis officialium sola M. Cur. cognoscat, procedit in officialibus strictè, non autem large, scilicet in habentibus jurisdictionem, quia sumus in materia exorbitanti: & odiofa, l. si servi vestre C. de vocal. act. cum aliis allegatis per Garav. d. ri. in 49. num. 22. ac sequenti, qui propterea interfert, non includi in eo titu. Actuarios, & servientes Curiarum, & improbat Dom. de Franch. in dec. 407. & de his officialibus jurisdictionem habentibus loquuti sunt DD. in materia suspensionis, ut Dominus de Franch. d. dec. 8. Reg. de Pont. d. dec. 7. & 25. D. Consil. Georg. alleg. 42. Guttier. præct. quæst. lib. 1. quæst. 39. num. 190. cum lo: Chrysost. Scarfo in anno. 19. fol. 28. & dum dicti inquisiti non sunt officiales jurisdictionem habentes, non possunt ab eorum officijs suspendi,

8 Et propterea quando tractatur contra officiales non habentes jurisdictionem, sicuti in Notario conficiente factum instrumentum DD. dixerunt, pendente questione, posse eius officium exercere, instrumentaque valida esse Franc. Marc. dec. 299. num. 3. & 4. vol. 2. Boer. dec. 150. n. 16. Guttier. loc. cit. num. 7. in fin. cum seq. Azeved. in const. Hisp. in l. 24. num. 5. & seq. lib. 4. tit. 25.

9 Pro hisco dicebatur, administratores, etiam iurisdictione carentes, cum de mala administratione inquitur, concurrentibus requisitis superius dictis, esse suspendendos ad administrationem Joan. Fab. in §. si quis autem iustie. de suspec. tutor. facit text. in l. cum, quem C. de suspectis tutor. d. §.

10 si quis autem iustit. eod. qui in tutori loquuntur non habento jurisdictionem, & his iuribus Batt. in d. §. in questionibus, fundavit praefatam distinctionem, quam omnes Scribentes ijdem iuribus moti sequuti sunt, & nullus ex praedictis Doctoribus ad officiales cum iurisdictione restrinxit, nec constituerunt differentiam, Dom. Reg. de Pont. in præalleg. dec. 25: dicit, quod in tutori accusatio sola sit sufficiens ad suspensionem, in officiali vero ultra accusationem requiritur, vel infamia, vel scandalum, vel suspicio, & sufficit levis suspicio ibi num. 3. vers. & unum est, si ex sola accusacione; ex quibus colligi potest, quod faciliter interdicitur administratio non habenti jurisdictionem, ut procuratori, & tutori, quod consideravit Ianoec. in d. cap. dicit Heli n. 4. in fin. vers. bic nota, quod etiam si quantumque.

11 Ex

Ex his die 24. Julij 1623. in causa officialium Regiae Syclæ inquisitorum de pluribus fraudibus, in decreto, in quo fuerunt ipsis datæ defensiones fuit dictum, quod suspendatur ab administratio- ne, iudicantibus ex delegatione spectabili Regen- te Valenzuela, & Consiliariis Rovito, ac Nicue- fa, me interveniente pro fisci patrono.

Et fuit etiam observatum in perceptoribus Pro- viaciatis per delegatos contra significatos, &c.

Et de mense Decembris 1626. per Dominos de- legatos Regios Consiliarios Scipionem Rovitum, Bernardum Zosiām, & Garleualem, me pro fisco patrocinante, fuerant suspensi ab exercitio, & beneficio, vulgo dicti, *li Portulanoti*, *e santi*, & *Guardiani di Dohana*, quorum erat, immisiones, & extractiones non permittente absque solutione jurium regalium, & si contra eos, non constabat aliqua *fraus*: quia propter negligentiam poterant puniri privatione officij. Dec. in l. si quis conscri- bendo num. 15 vers. sexto nota C. de paci. Cravett. cons. 132. num. 2. Boff. de official. corrup. pecun. nu. 13 24. præsumitur enim contra officiale in gestis contra naturam officij Alciat. præsumpt. 15. nu. 3. Menoch. præsumpt. 85. n. 16. lib. 2.

Idem observatum fuit per M.C. delegatam sub die 14. Novembris 1631. contra Nardum Longum Scribam fiscalem ordinarium, ex eo, quia per an- num, & plus tacuit, & non providenda iudici acta produxit conta reū inquisitum de emptione rei furtivæ, qui falsis literis à carceribus fuit dimissus. 14 In eo ilium missi non admittuntur ad admini- strationes magistratum Borrell. de magistras. edit. c. 1. lib. 1. fundat, & alios adducit.

ARGUMENTVM.

An Proregi liceat inquirere, in vincula conji- cere, vel interdicere Regentibus, quorum gradus qualis, quantusque sit ad saturita- tem traditur.

S U M M A R I U M.

- 1 Jurisdictio Proregum est ad instar Praesiduum, & Proconsulatum.
- 2 Potestas Proregum non extenditur ad homines extra Provinciam.
- 3 Consiliarij à latere sunt pars corporis, & communi- cantic eandem iurisdictionem cum Prorege.
- 4 Regentes Cancellariam habent vatum decisum, sine quo Prorex nil agere potest.
- 5 Mortuo Prorege, Collaterale Consilium exercet eandem iurisdictionem.
- 6 Regia Cancellaria aequalis ipso Regi iudicatur.
- 7 Prorex non potest de plenitudine potestatis tollere, qua iussit Cancellaria.
- 8 Regentes in negotiis iustitiam concerneantibus, omnimodam, & absolutam potestatem habent.
- 9 Proreges non possunt impedire exequitionem pro visionum, qua à Rege transmittuntur.
- 10 Proreges prohibentur eligere Iudices Mag. Curiae, & Auditores Reg. Provinciarum, aliosque offi- ciales absque interventione Collateralis Consilij, & notantur verba Regentis de Ponte.
- 11 Prorex non habet iurisdictionem contra Regentes Cancellariam, & quare, & num. seqq.
- 12 Regia Cancellaria eandem habet iurisdictionem ordinariam, quam Prorex.
- 13 Officiales, & Judices Provinciae si deliquerint in Provincia, debet ad hoc Principem referri per Praesidem.

- 15 Jurisdictio tam ordinaria, quam extraordinaria nunquam præsumitur, nisi appareat ex scriptura.
- 16 Potestas indicandi adversus Regentes est de rega- libus, & suprema Principis potestati reservatis.
- 17 Suprema iurisdictio, & potestas penes Regem residet.
- 18 Praeses in subditos, & hominibus de Provincia tan- tū iurisdictionem habet.
- 19 Jurisdictio tanquam qualitas accidentalis est probata.
- 20 Officiales tenentur ostendere literas suas potestatis.
- 21 Jurisdictio delegata strictior, & debilior est, quam ordinaria.
- 22 Delegatus tenetur ostendere titulum suo commis- sionis ante eius usum.
- 23 Nullitas ex defectu iurisdictionis validissima, & irreparabilis, ac maior de mundo.
- 24 Inquisitio generalis non est de iure licita, nisi in fine temporis in officialibus annualibus, in per- petuis vigesimo quolibet anno.
- 25 Pro eadem causa non potest aliquis apud diversos Judices inquietari.
- 26 Visitatio extraordinaria post ordinariam fieri non potest nisi precedente diffamatione.
- 27 Contra ministros Regios non ita facile proceden- dum, sicut contra alios.
- 28 Inquisitio, qua subsequitur aliam inquisitionem generalem, præsumitur calumniosa.
- 29 Prorex de male gestis per officiales perpetuos tene- tur certiorare Regem.
- 30 Officialis non potest carcerari, nisi in casu fuga.
- 31 Judge, qui deponit officium sine licentia Principis, maculam laesæ Maiestatis incurrit.
- 32 Officialis non debet removendi, nec suspendi, nisi pro causis enormibus, vel gravissimis.
- 33 Incipere ab exequitione, & captura personarum iura abhorrent.
- 34 Eadem causa requiritur ad suspendendum, qua ad privandam ab officio.
- 35 Non excusat suspensio, ex quo fuerit necessaria ad inquirendum.
- 36 De iniquo modo procedendi per Judices.
- 37 Respondetur doctrina in contrarium adductæ D. de Ponte.
- 38 Instrumentum liquidari contra militares ordines Collateralis potest in Magna Curia via ritus.
- 39 Privilegia cessant, in quantum luditur utilitas publica.
- 40 Dictum Jo. Francisci de Ponte, quod verus Visita- tor est Prorex, expenditur.
- 41 Sacrilegii instar est de potestate Principis disputare.
- 42 Rex de potentia ordinaria non potest, revalidare inquisitionem, & supplere eius nullitatens.
- 43 Princeps potest processum nullum ex defectu iuris positivi ratum habere.
- 44 Expenditur test. cap. ad petitionem extra de accus.
- 45 Processus nullus ex defectu iurisdictionis annuali- latetur etiam parte non opponente.
- 46 Nullitas ob non servatum ordinem iudicariam potest suppliri, & revalidari per Principem.
- 47 Notorium facti, vel ieris quando dicatur, vel ne.
- 48 Notorium iuris non resultat ante conclusionem in causa, & quare.
- 49 Quomodo sic salvanda reverentia Praesidis errau- cis, ex sententia.
- 50 Potestas ordinaria Principis non extenditur ad revalidandum nullitates.
- 51 Potestas absoluta Principis quid sit, & de eius plenitudine.
- 52 Imperator, & Rex non subditus potest omnia, quæ sunt supra legem, & contra legem.
- 53 An debeat adstrui in Principe Christiano potestas absoluta.

- 54 Potestas absoluta non extenditur ad ea, quae sunt irrationalia.
- 55 Plenitudo potestatis debet exerceri clavis discretionis, non errante, & cum temperamento.
- 56 Officialis non potest privari, nisi causa plene probata, & quare.
- 57 Pœna infamia reputatur pœna corporalis.
- 58 Revalidatio ob præiudicium tertii fieri non debet.
- 59 Princeps ius tertii nunquam laedere vult, nec debet.
- 60 Cur perperam facta à Prorege non debeant confirmary?
- 61 Philipus II. & sua Majestas quid in similibus præviderit.
- 62 Plura exempla enumerantur, in quibus idem fuit statutum.
- 63 Exempla, & lex data de præterito negotiis est omnino servanda.
- 64 Rex debet servare legem tanquam proprium honorem.
- 65 Multa enunciantur absurdia, quæ sequentur, si Prorex haberet coercitionem contra Regios Consiliarios.
- 66 Consiliarii Regii debent refixer sapientia Proregi, & babere libertatem in votando.
- 67 Legem querere, ubi est ratio naturalis, est iuris mitas intellectus.
- 68 Justitia consistit in naturalibus argumentis.
- 69 Quem bonorem debeant Præsides exhibere Consiliariis.
- 70 Præses non potest punire Consiliarios, & ob quas rationes.
- 71 Præses Provinciae an possit Assessores punire delinquentes in officio.
- 72 Plurimum refert, Rempublicam à pluribus administrari, & non à solo Præside.
- 73 Notantur verba Regentis de Ponte.
- 74 Coercitio, & visitatio Consiliariorum est de regalibus, reservatis personæ Regis.
- 75 Tributa Regi à populis præbantur principaliter, ut consequantur Magistratus iustitia, & pacis cultores.
- 76 Regalia sumptuosa sunt defendenda per Regem.
- 77 Princeps est maritus Reipublicæ.
- 78 Rex tolerare non debet suos Consiliarios à Prorege cognosci, & quare.
- 79 Princeps non debet esse suspectus, nec facilis ad credendum.
- 80 Ambitiosorum iudicium artes.
- 81 Viri literati ad curam Reipublicæ primi, & non metu alliciendi.
- 82 Regentes Regiam Cancellariam habent votum, decisum.
- 83 Quantum cultus, & honor literarum Reipublicæ conferat.
- 84 Princeps peccat, si non sequatur vota sacrum consiliariorum.
- 85 Absurdum, quod sequitur, ex quo hac inquisitio concurrit cum visitatione generali.
- 86 Epilogus totius consultationis.
- 87 Certandum est pro honore, qui equiparatur vita.
- 88 Dicens se habere iurisdictionem, tenetur de ea docere.
- 89 Jurisdicçio Proregis est limitata ad Provinciales.
- 90 Regentium nomen fuit cognitum iuri Romano-rum.
- 91 Cancellaria unde dicatur.
- 92 Quæstor, & Cancellarius idem sunt.
- 93 Prorex succedit loco Proconsulis, & Præsidis.
- 94 Regentes Cancellaria Neapolitana funguntur vice Praefecti Praetorio.
- 95 Nominis, & præminentis officiorum furamus sapientia mutata.
- 96 Jurisdicçio Praefecti Praetorio fuit usagistratibus Provinciarum concessa.
- 97 Constitutio Justiniani de moderatori Arabia collat. 10. appositissimè expeditur, quod Rex impetrat, vera lex est.
- 98 Quapropter non fuerit ab adverso satisfactum in congruentiis adductis.
- 99 Quæ mouere debeant Regem ad legem condendas.
- 100 Rescriptum Regium prohibitivum super casu inducit summam nullitatem.
- 101 Nullitas perpenditur ob factum contra iuris decisiones, & ordinem Regis.
- 102 Stante Regio rescripto cessat bona fides, qua nos prodebet, etiam si adfuerit.
- 103 Transgressio præcepti Regis prohibitivi non potest fieri sine peccato.
- 104 Communis error non confederatur in sententia paucarum personarum, sed totius populi.
- 105 L. Barbarius s. de offic. Praetoris non procedit in delegato.
- 106 Instructiones quæ Proregi à Rege dantur.
- 107 Duratio, & tractus successivus carcerationis inducit pœnam.
- 108 Verba instructionis ponderantur.
- 109 Diffamatio contra officiales empanare debet à multis fide dignis.
- 110 Prorex non potest facere processum contra officiales sub prætextu referendi.
- 111 Officialis si accusatur de extorsionibus, inquirendebet, non scribendo dicta testimonia.
- 112 Casus distinguuntur in iure inter referre tantum, & referre, & procedere.
- 113 Instructiones sunt à Proregibus strictè servandi.
- 114 Inducta ad diminutionem non debent operari augmentum.
- 115 Provisio generalis non ampliat provisionem specificam.
- 116 Instructiones Proregis non possunt glossari, nec interpretari à patente generali.
- 117 Clausula generalis nunquam refertur ad specificata.
- 118 Prohibitum nonnunquam intelligitur, quod non invenitur concessum.
- 119 Verba magis in statutis, quam mens imaginaria & incerta ponderantur.
- 120 Quod lex non dicit, nec nos dicere debemus.
- 121 L. si in aliquam s. cum plenissime, de offic. Praefect. & L. q. ff. de offic. Præsid. perpenduntur.
- 122 Visitare Provinciam quid sit, & ad quos spectet.
- 123 Bald. in cap. 1. qual. debeat iura vasa, declaratur.
- 124 Potestas Proregum, & alter ego qualiter temporetur.
- 125 Confutantur evasions adductæ ex adverso ad l. fin. C. ubi Senat. vel clar.
- 126 Privilegium fori, quod competit finita administratione, multo magis competit, ea durante.
- 127 In visitatione officialium non irrogatur pena ordinaria.
- 128 Expenditur lex si gravius C. de dignitatibus rei eo intellectu ex adverso adducto.
- 129 Regentibus debetur titulus non solum illustris, sed super illustris.
- 130 Consilia suprema in Curia equiparantur Praefecto Praetorio.
- 131 Declaratur authen. ut jud. siue quoq; suffragio.
- 132 Informatio secreta ex instructionibus non consistit cum informatione facta.

DECISIO LXII.

- 133 132 L. Praefectus C. de Praefct. Augu. in contr.
adducta retorquetur.
- 134 Praefectus Praetorio idem est, quod suprema com-
filia Regis.
- 135 Praefectus Augustalis idem est, quod suprema
confilia Regis.
- 135 Praefectus Augustalis idem est quod Prorex.
- 133 Defenditur nullitas ex concursu inquisicio-
nis cum visitacione generali.
- 137 Glos. opinio est magna authoritatis.
- 138 Doctores, & rationes adducuntur pro intellectu
text. in cap. de iis, de accusat.
- 139 Covarruv. lib. 1. variar. cap. 10. n. 5. explanatur.
- 140 Bart. in l. si unus §. reus ff. de qualit. explicatur.
- 141 Nullitates inquisitionis in prauidicium Regen-
tium sanari non possunt.
- 142 Regis potentia restricta est, quando agitur de
prauidicium tertii, etiam parvo, deficiente publi-
ca utilitate.
- 143 Quare non est dandus locus repetitioni testimoniis
examinatorum.
- 144 De causis suspicionis Judicium curandum non
est, & quare.
- 145 Verba commissionis secundum formam iuris de-
bent intelligi.
- 146 Prorex non per viam cogitationis juridice, sed so-
cietate se informare debet, & Regi referre de ma-
li gestis per officiales perpetuos.
- 147 Verba instructionis, quae Proregi dantur, pos-
derantur.
- 148 Judicium etiam inceptum sensel iuridicè, & li-
te coram Judice perpetuata per contestationem,
superveniente prohibitione eius, qui iurisdictionem
concessit, est ipso iure nullum, si aliquid
agitatur.
- 149 Qui contra iuris interdictum aliquid agit, eo so-
lo constituitur in mala fide.
- 150 Praesumptio iuris, & de jure est illa, contra quam
non admittitur probatio in contrarium.
- 151 Possessor mala fidei non dicitur per dubium su-
perveniens post inceptam præscriptionem, si verò
dubium fuit ante præscriptionem, semper effici-
citur mala fidei possessor.
- 152 Prescribens bona fide, si petat privilegium super
re posse bona fide, interruxitur præscriptio,
& efficitur possessor mala fidei.
- 153 Omnia acta facta, relatione pendente, sunt ipso
iure nulla.
- 154 Ex nullitate actionum sequitur, quod omnia at-
tentata sunt ante omnia reponenda.
- 155 Appellatione pendente, si Judex sententiam exe-
qui valit, potest ei resisti.
- 156 Tex. in cap. ad petitionem de accusat. expla-
natur.
- 157 Supplementum ad defectum iurisdictionis ope-
ratur, prout eo nunc, non prout eoc tunc.
- 158 Princeps ad hoc ut possit iuri tertij derogare, re-
quiritur magna causa, & publica utilitas.
- 159 Tex. in l. 3. §. liberti ff. de suspect. tutor. cum
suis rationibus explicatur.
- 160 Rex informationem nullam non debet contra
ius in suorum ministeriorum iniuriam validita-
te.
- 161 Judices tenentur secundum probata iudicare, li-
ceret sciverint illa vera non esse.
- 162 Rex si viderit reum ex processu condemnandum,
quem tam scit esse innocentem, liberare debet,
jecas si viderit reum absolvendum ex processu,
delictum commisso, non potest condemnare.
- 193 Judiciora requisita in processibus formandis.

IN hac tam sublimi, ac per necessaria materia; in qua de Dominis Regentibus totius molis huius Regni columnis in suæ dignitatis vi inconcussè tenendis agitur; duxi, temere me actorum, si mea Minerua aliquid de illa traderem, dum ex ipsius Regentibus duo lumina, Regens scilicet Tapiæ, & alter quem iusta ex causa sub silentio præteream, tanta dote illam exornarunt, ut quidquid in utriusque censuræ capitibus sanctum, quidquid in iuris prudentum codicibus exaratum, voluptatum sit; sat cum à Regente Tapiæ digesta super hoc decisio tertia supremi Italæ Senatus ubique personet, fixum mihi est ea, quæ induavit iure suo egregius ille N. ad sui decus, ac Reip. usum, eorum maximè, qui fasces obtinent, proferre.

Per parte del Regente N. se Supplica à N. se sirva
passar los ojos por las siguientes confederaciones, en
que se funda, para que todo lo que ha hecho el Señor
N. Virrey de Napoles procediendo contra el, haviendo
tenido fuera de su oficio, y preffo en el Castillo
de N. de tal manera ninguno, que no puede, ni
deve revalidarse; y para mayor claridad y inteligen-
cia, se distinguirà este discurso en tres articulos.

En el primero se probará que el dicho Virrey sin
especial comisión de sua Magestad no puede poner
mano à procesar, ni suspender à los Ministros, que
oy tiene fuera de sus oficios.

En el segundo, que haviendo sido nulos los procesos
y todo lo hecho por el dicho Virrey, no se puede re-
validar, ni la potestad ordinaria de sua Magestad se
extiende á ello, ni deve usar del absoluta en este caso.

El tercero, que quando la pudiera hacer su Mage-
stad no lo deve hacer, ni abrir la puerte à una cosa
jamás usada, por ser contra su Real servicio, y el
bien publico de sus Reynos, contra la buena admini-
stracion dela justicia, y exemplo pernicioso para los
tiempos venideros.

Articulo Primero

- L**A potestad, que tienen todos los Virreyes
en los Reynos que goviernan, es la misma
que antiguamente tenian, los Presides, y Proconsules
en las Provincias, y se regula por las mismas
leyes, que ablan en el derecho delos Romanos de
tos oficios, ut dixit Capyc. in rep. cap. Imperia-
lem col. 31. loquendo in Prorege Neap. Camer. ix
cod. loc. car. 78. lit. N. Purpurat. in l. 1. num. 209.
ff. de off. ejus, cui mandat est iurisd, pro ut eos re-
fert, & sequitur Jo. Franch. de Pont. in suo trast.
2 de potest. Proreg. tit. 7. §. 5. num. 2. y la iurisdicion
del Preside no se ostiende fino à los hombres lu-
getos à su Provincia, l. 3. ff. de offic. Presid. in hac
verba, Preses Provincia in suæ Provincia homines
imperium habet, & hoc dum in Provincia est: nam
si excederet, privatus est. Luc. de Penn. in l. quin-
que summates C. de decur. lib. 10. vbi refert dispu-
tationem, quam habuit cum suo collega super hoc
an familiares, & servi Officialium possint à Prä-
side puniri, y claro está, que los Provinciales
son los vassallos, y no los ministros, y menos los
que son à la terre Principis, como son los Regen-
tes, porque estos sunt pars corporis sui Principis,
l. quisquis in principio C. ad l. Jul. Maiestat. y tie-
nen la misma jurisdicion ordinaria suprema co-
municada con el dicho Virrey de tal manera, que
se considera todo un cuerpo, una potestad, y una
jurisdicion administranda por el Censejo Colate-
ral del qual es cabeca, y Presidente el dicho Vir-
rey

- rey ; y tienen los dichos Regentes voto decisivo para todas las cosas de justicia , govierno , y ha-
zienda de su Magestad , ita & taliter , quod Pro-
rex absque eorum voto nil explicare potest , ut ex provisionibus Caroli V. Dati Barcinonæ
sub die 30. Octobris 1542. & ex aliis Philippi II.
datis Bruxellis die 10. Jan. 1559. quæ recensem-
tur à dicto Regente de Ponte in dicto tract. de pot.
Proreg. tit. de deleg. caus. nn. 12. 13. & 14. De don-
de es , que muerto el Virrey , el Consejo Colate-
ral representa la misma persona de su Magestad ,
y tiene la propia autoridad , que tiene el mismo
Virrey , vt tradit idem ad hoc expendens provi-
siones & pragm. ubi sup. nn. 17. & tit. de assensib.
Reg. super alien. feud. §. 5 per totum .
- 6 Atque de potestate Regis Cancellariæ , quam
dicti Regentes regunt , tanta prædicant DD. quod
æquals ipsi Regi judicatur , & in Francia maio-
rem esse dixit Bartol. Cassen. & Avendan. in suo
dict. vers. Cancellaria vers. hic notat , relati à D. de
Pont. vbi sup. in tit. de leg. num. 18. vbi dicit , quod
non solum Prorex , sed neque ipse Rex potest de
plenitudine potestatis tollere , quæ iussit Cancell-
aria , & subdit idem de Ponte , quod hinc vide-
mus omnes Regis provisiones Proregibus direc-
tas continere clausulam , omnia fieri , consuli , &
explicari cum voto Regentium Regiam Cancillae-
contra id, ad quod viderint Proregem inclinare, si tamen, eisque iurisdictioni, ita obnoxios, ut statim possit eos ab officio amovere, de Civitate exire, & ab omnibus concuicando proponere: hoc enim sola est vera ratio, & utilitas publica, quam Rex summe debet observare, & expresse caveretur in materia, l. prima tit. 16. pars 4. ibi: nunguise atrovido à deshonorar los oficiales del Rey, porque las desboura, que se fuisse hecha zo arauca ellos, mas al Rey.

Tertio, quia alias magnum sequeretur inconveniens, cum tamen hoc concessio praesenti Proregi, ceteris necessariò, vel erit concedendum, vel difficulter, & cum sequentium dedecore denegandum, quod inconveniens est iam alias à Jurisconsultis consideratum, ad quod est notabilis text. in l. 3. §. liberti ff. de suspect. etz, ubi dicit text. quod liberi, pupilli, seu minor res admitti, debent ad accusandum tutorem, si male se gerat, queritur, quid si idem libertus, sit etiam libertus tutoris, & respondet, melius est, libertos ab accusatione regalli, cuius decisionis reddit text. duas rationes, que ambo huic casui maxime adaptantur,

Prima, ne in ipsa cognitione, gravius aliquid emerget, quod ibi exemplificat gloss. si alii inde magnum scandalum exogiri timeretur, quasi expressius diceret text. quando in certis casibus solet esse maius periculum ex remedio, quam ex ipsa infirmitate, & hic text. consert ad confirmationem prudentis Iuris Regis summo iudicio negantis id quo concessio maius scandalum iudicavit Rex proventurum ex medicina proposita per Proregem, quam ex ipsa infirmitate, ibi quae est, Ponere in platica lo. que pr. poneis, podr. a sen. con perigo de muchas inconvenientes.

Secunda ratio posita per text. est, quia ibi id est libertus non debet admitti ad accusandum patrum in favorem pupilli, cum hoc alii omnibus pateat, quod duobus modis explicat glossa.

Primo quod id est fuit prob. huius ille libertus: quia alii erant, qui poterant id facere, & haec ratio prudenter fuit a Rege, & eius Consilio considerata, dum licentiam petitam denegavit, dicens. Perque ista pendiente la visita, y haviendo de ejus conforme à derecho por lo que ella averiguare, & ita cum hoc officium per alium fieri debebat, non fuit, cur Proregi concederetur.

Secundum, intelligit glossa, cum hoc aliis pateat, quasi dicat, si conceditur isti, conceditur omnibus aliis libertis accusare patronos, & haec interpretatione glossa, maxime deseruit ad casum nostrum, ut ex ea sola, quando alia deficerent, non debeat Rex nosfer indulgere praesenti Proregi, quia ex eadem causa, id fuit in fortiori casu denegatum. in illo text. in accusatione suspecti tutoris, dicit illa erat actio publica, & favore Republice introducta ad accusandum suspectum tutorum, ut in l. prima §. consequens ff. de suspect. tutor.

Et ita probatur quod isto casu negare Rex posset in praedictum iuris tertio quæsiti supplice hujusmodi nullitatem, neque expediap, ut ad hoc sua absoluta potestate, qua utendo, sine magna causa, & publicam utilitatem respiciente, non potestatem, sed plenitudinem tempestatis appellant. DD. quos sequutus refert Molina de primogen. lib. 2. cap. 7. n. 33.

Quo in loco referre libet, quod olim populus Romanus induxit, ut Consules, pones quos erat summum Republicæ imperium, eorum se deferunt duodecim fasces summam potestatem in ora-

nibus animadvertiscantes; quos tamen à summo ad ultimum portabant ligatos, ut signifacient de Republica esse, ut subditi sciant summum ius, & summam potentiam esse apud Principem; Princeps autem sciat eam se debere habere ligatam, neque summa potestate le usurum, nisi magna, & inevitabili caula id fraudente, quæ ergo caula subesse potest in isto casu, quæ summum nostrum Regem possit movere, ut omne ius civile, & forte naturale violando id confirmet, quod in lui inobedientiam expressam fuit factum, cum nulum aliud Regibus expeditat, sicut summam obedientiam à suis vasallis inviolabilem observari facere. Et insuper quid tanto scandalo dignum eortum est, nisi annus integer consumptus, si non in nihil faciendo, tamen in nihil per tot licet violentias à Judicibus adhuc inveniendo, cum per totum hoc tempus, nec minimum causæ habuerint quam Regi miserint alicuius probationis in contrarium factæ, quo lane tempore totum Regnum potuerit sindicari, sed iudicum interest licet nihil inveniat, tempus querendo consumere, ut saltè sibi tantam iurisdictionem, quamvis nulliter assumptam, & per vim ex rectam, retineant, & obsequium ab aliis quomodo docunque laupati videantur, ut aptissime possim de eis dicere, quod Cernanicus in Tacito lib. 1. annal.

Quid omnino per hos dies invenimus, in censorum nonne & votis bis diebus.

Kursus debet Regem nostrum, & eius superimum Consilium movere maxime, nè ea iuri fiat violentia, & ius tertii iam quæsitus auferatur ad effictum de honestandi suos supremos ministros, qui non recusant sepius à Rege visitari; negant tamen informationem capiam ab iis iudicibus debere confirmari, quæ sine ulla iurisdictione, & cum maxima violentia facta fuit, nec est iustum, ut simpli citate tractetur de ratificatione tertium, sed quod per Judicem non suspectum de novo ipsi, & alii mille examinatur; informationem autem nullam non debet Rex contra ius in suorum ministros, 160 rurum praedictum validare, cui maxime convenerit, quod praedictè scriptit Covarr. varior. lib. 1. 161 cap. 1. n. 6. ubi resolvit, quod licet Judices quantumcumque supremi teneantur iudicare secundum acta, & probata, licet ipsi sciant, ille non esse verus 162 Regem tamen supremum dicit, posse & iustitia debere, si viderit tecum ex processu delinquentem iustè condemnandum, quem tamen ipse scit, esse innocentem, liberare ex propria conscientia; in casu tamen contrario si viderit ex processu tecum innocentem, quem tamen si Rex scit delictum commisisse, dicit, quod debet cum ex processu liberare, & non sequi suam conscientiam, & summam potestatem ad condemnandum, quam dicit Regis. Malefici non convenire; & ratio est: quia Princeps liberando, quem licet esse innocentem, licet ex processu sit culpatus, nulli facit injuriam, non reo, quem liberat, non Republica, dum non patitur innocentem condemnari; sed quando damnat eum, quem scit esse culpatum, cum ex processu sit innocens, utitur summa potestate contra ius in damnum tertii, cui ex actis processus est ius quæsitus, ut debeat liberari.

Quod magis debet deservire ad casum nostrum ut haec probationes nulliter factæ non debent ex summa Regis potentia convalidari in tertii praedictum iuris, cum ex pluribus scripturis producatur, quidam constet, grandes à dictis iudicibus in iuria, examine facile exhibitis violentias, & iuste

163 unus flegis casus usque ad mortem fuerit, ut cōpelleretur dicere, quod ipse dicebat esse mendacium, dixit itaque, sed statim moribundus palinodiam recantavit, dicens se contra me mendacium dixisse mortis timore, quam tandem non excusat, fecit testamentum in scriptis, & scientes Judices illic ipsum propriam conscientiam exoneratum, Notarium, & testes ad protestationem stipulandam vocatos intrare prohibuerunt domum, quam semper, ut sepulchrum Domini, signatam habuerunt cum custodibus, carceraverunt dictos testes, & Notarium, morientem testari prohibuerunt, quod est de iure naturali, & ideo per Principem quantumvis supremum tolli non posse, not. Covarr. lib. 3. variar. capite 6. num. 6. & 9. prohibitus autem iure communi testari, id fecit Parochio, cui dictum testamentum clausum tradidit, illud iubendo, ut eo mortuo ad suæ conscientiæ exonerationem aperiretur, & publicaretur: Parochus tamen ista est minis perterritus, ut noluerit testamentum in iudicio producere, fecit tamen ad literas excommunicationis, ex parte heteris letitas & publicatas, Vicarius autem Neapolitanus à dictis Judicibus eodem modo ita est territus, ut usque adhuc noluerit dicti testamenti copiam concedere, in quo scitur veritatem propalasse, aliorum testimonia omnia non integrè feri- pserunt, quia si dixerunt se vendidisse mihi quidquam, pretium per bancum sub tali die sibi solutum dixerunt; sed scripserunt debitum, solutionem autem scribi nullo casu permiserunt, dicentes le nolle facere defensiones, & id per fides plurium ipsorum testimoniis apparet, num nè est hæc causa iusta ut ius servetur, & si Rex voluerit contra ministros inquirere, faciat bis, & septies, & septuages septies; id tamen de novo faciendo per Judicem à se nominandum, non tamen contra ius summa potentia uti debet confirmando in mei, & aliorum præiudicium, acta, quæ de iure ex tot rationibus sunt ipso iure nulla, cum ex hoc, & culpa si qua fuerit, iuste examinata non remanebit impunita, & ius suum unicuique reddetur, prout tantum Regem decet,

Et hæc dixisse sufficiat ab homine omni genere libertum destituto, qui se, & honorem suum, quem hucusque illæsum conservavit, quomodocumque, & qualitercumque redemptum voluit.

Quæstio fuit decisa Regis literis in alio emergenti.

EL R E Y.

Muñstre Duque primo nuestro Visorrey, Engartiente, y Capitan general, por la informacion, que me enviastes en carta vuestra de 6. Diciembre del año proximo pasado, entendi las causas, que os movieron a prender los Regentes Costanzo, y Montalvo, y al Proregente Diego Lopez, y como quedavan ya viviendo sus plazas, que me bâ parecido very bien, q os dejaradesco al zelo con me escrivistes en razón de los; Pero porque por orden vuestras esté prohibido a mis Visorreys el proceder contra semejantes ministros, así por el lugar, che ocupan, como por la ocasión, que se da, para que los subditos les pierda el respeto, y la injusticia sea menospreciada, me bâ parecido ordenar de nuevo, que vos en vuestro tiempo, no exiguo de mis Visorreys que adelante os sucedieren en este cargo, en ninguna manera pongáis mano en semejantes procedimientos contra los Regentes, Presidentes, Consejeros, y ministros perpetuos, q nos sirven, y servirán de aquí adelante en los

Tribunales deff. R. proponed que, ni los demás Visorreys suyos os pudais valer de exequias, y consecuencias, passadas para alterar esto, probación, porque en todo han de depender de q se les dictas en sus Procuraciones, tanto en la prosecucion como en la defensa, como en la pena, q quando hubiera alguna causa, q se lo pidiese, o avisareis, para que entendido mande proveer sobre ello lo q pareciere mas conveniente a mi servicio, y q la recta administracion dala infancia, y esta orden prævereyas, q se registre en Cancellaria, para q en todo tiempo se tenga noticia de ella, q es mi determinada voluntad. De S. Lorenzo a 8. de Agosto 1618. Yo el Rey, con señal del Conde de Lenas. Videl, Lemos, Th. generalis. Videl Quiñonez Dueña Reg. Videl Cayrus Reg. Videl Carolus Tapia Reg. Videl Cañizaro. Reg. Lopez Secretario.

ARGUMENTUM.

Baro quando pro iniuria ipsi, seu consanguineo illata erit competens & possit delegare, de quid in officiali, & quid observetur in Regno? Baro an possit eligere Capitaneum in sua Terra contanguineum, seu affinem. Iniuria illata officiali electo, & nondum admisso, & abiens tamen sit punibilis. Lite pendente super electiope, officialis an interponat abstinere debeat.

S Y M M A R I V M.

1. **Officialis quando dicatur Index competens.** Regis iniuria ipsi illata.
2. **Iniuria quando dicatur facta, proterva officij dignitatis.**
3. **Episcopus causam, dignitatem, & iura Ecclesia non personam cognoscere potest, & in causa sua Ecclesia non est sufficiens sed iudex possit esse competens.**
4. **Iurisdictio prærogatur ratione offendit facta præterea dignitatis officij.**
5. **Ende si offensio alicui ex Regis Tribunalibus facta fuerit, non est locus, & decisio contra Regentes M. C. & quoniam privilegium cuius clausula abdicatio et priuatis Baro habere, & num. 6.**
6. **Quoniam non solum inoffensione in personam iudicis, vel ipsius familia facta. In licet prærogatur iurisdictio, non quoniam in actu iudicari, & a quovis, & cuilibet, coram eo facta coniunctis, vel per cursum ipsibus.**
7. **Fallimus Baronis contumaciam, vel haec iusta M. C. receptans, non est ad Baro remittendus, & ita decisus.**
8. **Sic & inquisitus ratione facta salvagardia Regis, ad Baro remittendus non est.**
9. **Idemque in delinquente, qui asserto minister Regii Tribunalis, qui minister queri non fuerit.**
10. **Fallimus Baronis delinquente tempore quo delinquit, per palatiuum M. C. ex parte palaciuum et territorio ipsius Baronis auerie, permanens per M. C.**
11. **Fallimus regis specie ad eius Baro, atque et secundas causas habentes denegatur, qm. Curia Baronis præmisit. M. C. non obtemperabit, in delinquendo carcere, qm. quoniam remissione articulo, iuxta ordinem datam, & ita decisus.**
12. **Fallimus regis specie ad eius Baro, atque et secundas causas habentes denegatur, qm. Curia Baronis præmisit. M. C. non obtemperabit, in delinquendo carcere, qm. quoniam remissione articulo, iuxta ordinem datam, & ita decisus.**
13. **Index prophanus causam, quælibet facta in delinquendo carcera sumo qm. curia iudicis, si carcera sum delinquoris in carcerebus, punietur per de-**

- dicuntur, nemine cuius decinebatur.
- 24 In Regno de delictis communis in personam officialem adiunt, & passim, sola M. C. cognoscit, quod procedit, quando iniuria est illata iniuria officij.
- 25 Statuerat partibus offenditente officiale, ut comprehendendas offendentes, odio particulari, & elemorum tonsam, & nondum adulissimum.
- 26 Iniuria illata officiali electo, atrox dicitur.
- 27 Iniuria atrocis dicunt illata persona in dignitate constituta.
- 28 Officialis tempore acceptationis, dicitur habere dignitatem.
- 29 Iniuria in abstentia, quando dicatur paucibilis, & qua pauca venia & punienda.
- 30 Iniuria clericis illata atrox dicitur.
- 31 Pro iniuria ssiam leni Sacerdoti illata quis capi-
tali punitur puda, & pauca strictrum fuis pun-
tibus qui iniuriarum Sacerdoti intentie.
- 32 Pro iniuriis offenkis maleficiis, & culpis Religio-
fis, Clericis, & Ecclesiasticis personis illatis per
se vel nullo accusatore omnibus ex officio procedi,
nec alia requiritur denunciatio.
- 33 Ex officio autem proceditur pro iniuria pradi-
bis personis illata si gravis ea fuerit, non verbalis
ramen, & si carcerem remissis intercesserit.
- 34 Officials habentes merita, & merita impuriora
possunt per capitulum Regni ex officio procedere
in quibuscumque criminalibus, & M.C. ex pro-
cussione potest procedere ex officio in omnibus
caesis Regenti, Judicibus visis.
- 35 Quando in Regno ex officio procedi possit remissio.
- 36 Iniuriatum atrocem partes in prauidicione fisci
remittere nequeant.
- 37 Iniuriarum atrociorum exempla remissio.
- 38 Qued si atrocis non sit iniuria, tunc parte antelli-
bis contestacionem remittente, prosequi fiscis
non posset.
- 39 Sed lito consolata, etiam si pecuniaria esset int-
ponenda pena, ad fisci instantiam procedi posset.
- 40 Baro au, & quando possit delegare causam, quando,
iniuria illata est in eius personam, nisi prima-
ram vel eius officiales.
- 41 Curia Baroni non potest indicare in causa in-
siderit subditos, & ipsius Baronem.
- 42 Et quid si iniuria illata sit consanguinito, seu alij
coniunctio Baroni.
- 43 Et si possit causam delegare, quando vassallus est
intinctus ipsius Baroni.
- 44 Suspensus in cognoscendo au, & quando sit suspensus
in delegando.
- 45 Baro au, & quando possit creare capitulum con-
sanguinitatis suum.
- 46 Interesse extru rem non consideratur in suspecto,
& per nimios circumsur vagari non debet.
- 47 Baro si astumat defensionem, quando casus esset
dubius, Capitanus Baro & viri suspectus; ve-
rudo pro liquidis, & veteris poterit per suum
Capitanum compellere carcere, & multato.
- 48 Appellatio a decreto absolucionis, seu mitigationis
pena lato per M. C. in transictione vassalli Ba-
roni non conceditur.
- 49 A decreto absolucionis a pena pecuniaria admis-
titur Baroni appellatio.
- 50 Baro poterit defendere decretum sui Judicis quo-
do parcer ex consensu curiae iudice appellacionis
causa remanere potuisse.
- 51 Motu lice super nullitate creationis ad officium
Capitani presentem, quod Capitanus electus pe-
cuniatus Baroni, ex iniuria sit interdictu admissio bracio.

- 45 Lito pendente nibil incevari debet.
- 43 Lito pendente adversus promotum ad officium,
ad quod non nisi nobiles ad provocandi sunt, an,
& quando intercedenda est administratio.
- 44 Tunc allegatus suspensus an sit removendus lito
pendente.

DECISO LXIII.

- 1 **O**nibus illata pretestu dignitatis, & officij,
secus si iniuria sit illata persona, ut privato; nata
tunc superior erit Iudex, Cyn. in l. prima C. ne
quis in sua causa, ex profecto examinat, & hanc
tenet distinct onem Alberic ibidem & in l. Secun-
dus consule num. 10. ff. de offic. Praef. ibique tradit
ex quibus presumatur offensio facta dignitati, &
officio. Iulius Clar. in g. finali quaf. 35. num. 20.
vbi communem testatur, & ibi Add. Baiar. s. 13.
prosequitur declarare, quando pretestu officij
datur iniur a Balalijque recentiores, quos refert,
& sequitur Caball. caus 291. in fin. num. 34. Ca-
puc. decif. 124. vbi ampliat, etiam adversatio co-
sentiente in causa propria non erit Iudex, nec al-
teri committere potest, de qua materia diffusè lo-
quitur Dom. Cons. Carleval. omni virtutum ge-
nere cumulatus de for. comp. lib 1. disp. inr. disp. 2.
q 7. sec. 1. & num. 285. vers. limisa, qui contra
ampliationem Capycij tenet, quod si tacito con-
sensu adversarius Baronis nihil opponens proce-
deret, sustineretur processus.
- 3 Episcopus potest cognoscere causam, que non
respicit personam, sed dignitatem, & iura Ecclesie,
& Episcopus potest esse Iudex competens in
causa sue Ecclesie, & non est suspectus, ex ad-
ductis per lo. Mar. Bellet. disquisit. cleric. par. pri-
ma de excus. cleric. à statute sacra. b. 1. num. 34. 35.
& 36. & deinde per lo. Chrys. Scarf. tract. de E-
piscop. & quaf. ep. potestate quaf. 31. fol. 34.

Quod tamen scriptum est, iudicem posse puni-
re eum. qu. sibi in uria fecit intelligitur, ex sen-
tencia Abb. in cap. verisimili. num. 9. de judic. &
lo. de Ana. in cap. 1. col. 5. in fin. de maledic. cum
pena est clare pro tali iniuria à lege indicta, ac
secus si esset arbitaria, non enim ipsem Iudex,
qui passus est iniuriam, arbitrii hanc pecuniam
posset, verba sunt Menoch. de arbit. lib. 2. cens. 3.
cap. 263. num. 9. Bobadil. rom. 1. lib. 11. cap. 18. num.
140. dicens, quod poena sit legalis, & certa, eti
Paulus Xamarrta in tract. de offic. Jud. & Advo-
cati, contrarium teneat, etiam subdit, eti
pino, opibusum fore consilium, quod officij, &
dignitatis obtenuit a subditis offendientibus, infor-
mativis reficiant, & personas offendientibus, si
fuga siendi subficiant, & poena pro puniendo
delito Regio Concilium adeans, quia sic se iu-
sogerrimos obwendunt Judices, & peccora ab ira, &
alio privato aliena, neque in Regio Concilio tunc
reliqua contra delinquentes ministratur iustitia,
quod quando Roi per dominum offensum condam-
nati ad illud per appellacionem venirent conve-
nentes de eo, quod iratus ulcisci se volens tunc sibi
in causa sua dixit. Hoc Paulus Xamarrta addit.
Carleval. disp. 1. 1. quaf. 7. sec. 1. num. 187. ubi dis-
pusit, an Baro, si è ab ipso delegatus possit cogno-
scere de iniuria sibi illata.

Et in tantum erit Iudeus dum iniuria pretestu
dignitatis, & officij erit illata, quod prerogatus
eius iurisdictio, quamvis alijs non esset compe-
tens, iuxta tem. in l. nullum C. de se. ad cuius de-
clarationem est videndum Anna in cons. 107. unde

Si offensio est facta alicui ex Tribunalibus Regiis, non remittetur, ex adductis per Garf. Mastrill. in decr. 147. & ann. 16. vers. rur. de deneganda.

Adde ad hoc, quod suspectus in cognoscendo non sit suspectus in delegando exceptis causis inimicitiae, ob quas nec in cognoscendo, nec in delegando intervenire licet. Hinc permisum est ex aliis causis recusacionum committere causas, iuxta solitum eas distribuere inter eiusdem S. R. C. Consularios, supplicationesque porrigendas, à gravaminibus praetensis per partes preterentes esse gravatas à Regia Consularia eiusdem Sacri Consilii decretare, & super eis providere, quod causae Commissarius verbum faciat in Sac. Consil. iuxta decretum latum in Collaterali Consilio sub die 21. Iulii 1574. quod ad verbum inferuit in repetitione Pragmatica 15. de supp. Officiali Reg. Rovit. ubi subdendo fundat, quod suspectus ex quavis causa Praesidens S. C. habuere debet à provisionibus requisentibus causas cogitationem, ut in unicione Aularum, & in concedendo Adiunctos.

Et idem observandum erit per DD. Regentes ex identitate rationis, et si aliud dixerit obiter, & abique fundamento, & auctoritatibus, la Rati. cons. 32. x. 1. in fin.

In Barone suspecto ex causa inimicitiae, quid servandum? Adde Reg. Tap. in annos. ad capitulum Regni Roberti 26. x. 18. quibus ex causa vassalus fendo privetur.

An Baro possit alteri delegare causam, in qua habet interesse, dicetur infra dec. 244. de Regno Siciliae meminit D. Consil. Merlin. extendens ad insulam Melita Religionis Hierolymitanarum, const. cap. 95. num. 28.

5 Et observatum fuit de mense Martii 1621. contra Regentem M. C. qui non paruit decreto Praesidentis S. C. & Actuario denunciante respondie irreverenter, qui D. Pres. certiorum fecit illi. locum tenentem Cardinalem Zapatta, & remissa causam eidem Sac. Consilio fuit ordine Sacri Consilii carceratus, & suspensus ab officio, deinde ad processus eiusdem Praesidentis D. Cardinalis Locumtenentis indulxit, & fuit restitutus. Omnia in libro votorum, me ipso scribente.

6 Et si Baro haberet privilegium cum clausula abdicativa adhuc denegatur remissio, in casu, in quo ratione offensionis dignitatis prorogetur iurisdictio, Bellert. in d. tract. d. par. prima de favor. cler. real. §. num. 22. Quoniam quando in actu iudicario, non solum si offenditur iudex, seu eius familia; sed etiam si fiet aliquid delictum coram eo vel à parte, sive à Notario, vel à teste, seu Advocate, seu parte se offendunt ad invicem conviciis, seu percussionibus, tunc talis iudex poterit sic delinquentes punire ratione offensionis iurisdictionis afferte nouellas auctoritates Bellect. in practicato loco annos. 16. quem vide in hac prorogationis materia proprie offensionem & x. 11. usque ad n. 32. & ita decilum fuit sub die 15. Decembre 16. 6. in S. C. & confirmata in causa reclamationis contra Confites Artis Serici, qui petierunt remitti Matthaeum de Jordano pro verbis irreverentes dictis in S. C. processus est in banca Eanella.

Deciso in Collaterali Consilio relata per Regentem Reuterinum.

Quidam vassalus illi. Principis Bisigniani recepit in patria sua proprias originis, cuius

est dominus utilis Dominus Princeps, quendam Banditum, & consumacem M. C. V. seu Reg. Audientia Calabriae, fuit uti receptator captus, & carceratus per dictam Regiam Audientiam, à qua fuit appellatum pro parte dicti illi. Princeps ad M. C. V. pro remissione dicti vassalli, qui nondum quod est suis vassallus originarius, commisit delictum in suo territorio, in eo receptando dictos banditos, & consumaces M. C. V. seu dictas Regiae Provincialis Audientias: quocirca virtute suorum amplissimum privilegiorum, quidus ei concessa est omnimoda iurisdictionis civilis, quam criminalis, curia merito, & mixto imperio privativè ad omnia alia Tribunalia tam Regia, quam Baronum, praecedit sibi esse remittendum dictum eius valgallum quia concessa iurisdictione censetur concessa omnis pena, cui sit frumentus iurisdictionis, & temet Baro in si ff. solut. mar. gr. Bal. in l. prima Cde transact. & l. in servis communis ff. de bipal. serv. Andr. in cap. si verò violator verb. bareditatem, do pac. senes. & eius violato. & Aret. in l. de quarto in princ. col. pen. ff. sol. matre & preventus iurisdictionis sunt Domini, qui est Judex ordinarius superiorum vassallorum Andr. in cap. 1. col. 4. quid sit invest. & in cap. 1. 4. præterea, de probis feud. alienis per Feder. cunctis enim iurisdictione omnia, veniunt, quia ad eam spectant, arg. l. illud ff. de acquir. baredi. & l. 2. ff. de iurisdictione. Jud. & Dominus directus non te intronit in causis spectantibus ad Dominum utilem, ut per Andr. in cap. 1. de controver. feud. apud par. serm. & licet Dominus sit directus, tamen Baro est utilis Dominus, & dominium feudi utile est suum, & ei competit actio, & exceptio. Andr. in §. ff. quis per strigata col. 1. in fav. cum seq. ff. de feud. defunct. milit. fuer. controversial & Rex non tollit ius, & dominium alterius, nisi ex iusta causa, l. Lucius ff. de evict. l. tem. si verberatum §. 1. ff. de rei vindicatio. notatur latè per omnes Canonistas, præcipue per Felin. & Dec. in cap. quia in Ecclesiis de constit. per Paulum de Castro. & Aret. in l. Gallus §. & quid si tantum col. antepen. & fin. ff. de liber. & posthum. per Andr. in cap. præterea num. 29. de cap. Corr. & latè Jafon. in l. Barbarus ff. de offic. Praef. Praet. ubi etiam latè adducit quod si cum causa sem privati auferret, Princeps teneretus, & solvet iustum pretium, l. Lucius ff. de evict. l. item si verberatum §. 1. ff. de rei vindicatio. & l. venditor §. si conflat ff. com. præd. & Rex faciendo pragmaticum super receptione committentium delicta, vel bannitorum, & consumaciam, vel si faciat Illustris Prorex, vel M. C. V. bannum super receptione bannitorum, non propterea in dubio censetur taliter, vel diminuere iurisdictionem Baronum, etiè si vigore dictorum bannorum penas iuris cum munis, vel pragmaticarum Regni augentur, quia in dubio Rex non censetur derogare iuribus tertii, l. 1. §. ff. quis à Principe ff. ne quid in loc. public. & l. cum avus C. de emancipat. liber. in modo debet fieri derogatio in specie, & non tacite, neque generaliter, ut habetur in l. decriptionibus, & ibi vocat C. de filiis, lib. 12. & Bald. in fine princ. quo tempore mil. tamen pro parte Regii fisci dicitur, quod ipse tenet tueri iurisdictionem Regiam M. C. V. & Provincialium Audientiam, quia bona publicant adversus malefactores banditos, consumaces dictarum Regiarum Curiarum, & iubent expresse, quod nullus per illis auxilium, & favorem, neque eos receperit, sub poena in dictis bandis contentus; ergo ratione dicti boni, & poena in eo

* contentus potest puniri receptator à M. C. à qua est bannitus, non obstante quod sit vassallus dicti Principis, & quod in sua iurisdictione deliquerit, per tex. in l. prima, & ibi DD. quis ins. dic. non obtemp. & licet text. ille loquatur in mulcta, quae est poena pecuniaria, ut est text. in l. aliud eß frans ff. de verbis. signif. & ita dicit glos. ibi in l. 1. in v. peccati & ibi D. ocommuniter, licet text. ille, & t. tulus loquatus in causis civilibus, in quibus contumacia non est propriè delictum in committendo; sed potius in omittendo, ut per Doctores communiter præsertim Aret. in l. morsa ff. solus. maxime tamen quando contumacia provenit ex delicto commesso in committendo, tunc est propriè delictum, & maleficium, ut in casu nostro, quia provenit ex delicto in committeando, ut in receptante delinquentem bannitum, & contumaciam M. C. seu Provincialis Audientie Calabrie, ita Bart. in l. omnes delictum s. consumacia ff. de remilitari, & colligitur ex deductis per Aret. in d. l. mors adēd quod si cavetor statuto, quod bannitus pro maleficio possit impunè occidi, contumax pro crimine commesso in committendo poterit vigore statuti impunè offendere, ut per Bart. in d. l. delictum s. consumacia; & si in casu nostro procedatur virtute contumacia, & banni M. C. potest dicta M. C. procedere contra dictum receptatorem quia spreta est sua iurisdictione, id est ab ea vindicatus, ut est tex. in l. ff. familia ff. de iurisd. omnes. iudicatu, ibi dum dicit tex. & consuepta Maiestas prætoris vindicatur est tex. in l. de astato s. qui sacrae in fine ff. de interrogator. & ubi dicit, quia prætorum contumaciam videatur, & dicit Bart. in l. prima nunc 7. si quis ins. dicen. non obtemper. quod remedia prætoris ad defendendum suam iurisdictionem sunt multa, ut putare capere personam, ut ibi per cum, est bonus tex. in his videtur eiusdem & per quem dicit Bart. quod pro qualibet inobedientia in quacunque specie iurisdictionis adhibita poterit quis multari, quod confirmatur per tex. in l. nullius C. de sefibus, ubi si testis coram Judice dicit falsum, potest officio iudicis crimina, littera puniri, licet alias non posset de causis criminalibus cognoscere quia offensæ sunt eius aures, licet non poena delicti ordinaria, ut ibi Bart. Bald. Salyc. A. liber. Paulus de Castro, & omnes, & illud comprobant recentiores ex notatis per lason. in l. quocies C. de indicatis; quod quando per statutum Civitatis instrumentum præsumeretur usurarium & pars se fundat in dicto statuto, tunc cum non sit questio iuris canonici, sed municipalis, seu statutarii, potest laicus cognoscere, quod alia non posset; sic in casu nostro ratione banni emanati contra receptatores bannitorum poterit M. C. cognoscere contra tales vassallos Baronum, de quo sum delicto alias non posset cognoscere, scilicetibus privilegiis Baronum, facit quod notat Bart & ibi sequitur Aret. in l. servus plurimum s. si quis an. tem ff. de legat. 1. quod ille, qui delinquit, potest puniri in diversis locis, & si in uno loco imponitur maior poena, est rationabile, & sicut mutatio fori facta in fraudem non prodest, ut in l. prima, & quod ibi nos ff. de pan, & in l. fin. ff. si ex nos. can. ss. agat, ita nec preventio, quæ similiter extinguit forum, alias posset semper Baro fraudare leges, & pragmaticas contra receptatores editas, nam faceret a suo vassallo aliquem suum amicum, vel consanguineum, vel affinem receptare, & si ipse solus Baro potest de hoc delicto cognoscere, semper illum suum vassallum absolveret, & liberaret,

postquam de eius tacito ordine ille delinqens receptatus fuit. Ultimò pro Regio filio adiecit, quod ita plures, & indistinctè à pluribus annis fuit iudicatum tam in Regiis Provincialibus Audientiis, quam in M. C. & decreta confirmata per S.R.C. sive producta quinque decretis, ultra quæ fuit facta fides per magnificos Joannem Andream de Curtis, & Antonium de Oficio, quorum alter fuit sep̄us Judex in M. C. alter vero Regii filii patronus, quod ita semper fuit observatum, & iudicatum in M. C. & idem in Regiis Provincialibus Audientiis, ut attestati fuere magnifici Mortgat, & Quadra Regii Consiliarii, qui antè fuerunt Auditores Provincialium, & ita interpretatum, iuxta text. l. ff. interpretatione ff. de legib. cap. cum delictum de consuetud. Bart. in cons. consuene Spollet. & Roman. in cons. 271. in causa Sancti Lucidis cum quia consuetudo dat iurisdictionem etiam privato, qui alias eam non habet l. prima ubi glos. & omnes C. de emancipat. liber. l. cum prætor s. item is, ibi quibus more concessum est, dicit ibi glos. in fine, id est consuetudine ff. de indic. in capite cum contingat in fine, ubi glos. & omnes not. scr. de for. comp. & in cap. conquestus q. quæst. 3. consuetudo valida, & bona inducitur per duas sententias in iudicio contradicto obtentas, est glos. in cap. cum causas, de re indic. Bart. ff. de legi. l. de quibus 12. lexit. nuno. 13. & 14. ubi dicit, quod si iudex plures iudicavit contra legem, & decennium transivit, est inducta consuetudo, quia dicitur induetus tacitus consentus populi, & hoc latius determinat, & determinat in repetitione eiusdem legis n. 17. & 21. ubi quod si producuntur duæ sententiae latere infra decem annos, in quibus tota hereditas est primogenito adjudicata; non tamen est scriptum in sententia, quod talis est consuetudo, dicit, quod DD. ultramontani circa hoc inherenter fantasias eorum magis, quam ratione; ipse autem dicit, dicenda est, quod probata est consuetudo, casus est in l. prima C. cod. & l. au. in totum C. de adjiciis privatis, in l. causa de consuetudine secundum primam lecturem ff. de legib. ibidem Bal. in rubr. C. quæ sit long. consuetud. in 4. quæst. ubi querit, per quod sententias inducatur consuetudo, respondet post glos. per duas, vel plures, dummodo ex intentione sint promulgatae, ut perpetuo in eisdem casibus sic servetur, idem tenet in l. prima cod. tit. col. prima ibi, frequenter, nor. quod ad consuetudinem inducendas, ac probandas requiruntur actus frequens, & glos. in rubr. dicit, quod sufficiunt duo actus. Tertie dic, dicit ipse, quo l. requiruntur duo, vel plures secundum casum emergentiam; nō in his que tota die emergunt, & super quibus infinita sententia sunt lata, eentum sententias infra decennium & pro alia parte, una non propter ea erit interrupta consuetudo illarum centum, quia sufficit, ut frequenter, & quod plures est sic servatum, & qui quæsivit ibi jurisdictionem iudicandi inter certas personas, quando exercuit universaliter, & tanquam iudex omnium universalis, & animo exercendi contra certos, acquirit tamen contra omnes, arg. legis peculia, & l. gregi ff. de legat. 2. ita tenet Cyn. & Salycet. in d. prima C. de emancipat. liber. & in totum hanc consuetudo operatur in materia iurisdictionis, quod dicebat Bartol. in l. viros C. de diversis ff. lib. 2. quem referit & sequitur Aret. in l. 2. in princ. col. prima, & in l. quod in rerum s. si quis posset col. fin. de leg. 1. quod per commissionem specialem factam alicui etiam limitative, & per dicti non tollit iurisdictionem, quo-

com.

competit alioi ex consuetudine, teneando hanc, partem pro Regio filio & supra adducta in contrarium est facilis responso, quia procedunt regulariter, & in omnibus aliis casibus, & generaliter, quod Barones habent iurisdictionem in vassallos suos; hoc tamen non procedit in casu illo-speciali, in quo erit limitata, eorum iurisdictio per rationes superius adductas, & allegatas.

Hæc causa fuit votata in Regio Collaterali Consilio, ex omnes Dominos Regentes Regias Cancelleriarum, & totum Sacrum Consilium, pro utraque parte fuerunt adductæ rationes validissimæ, quæ non refiero, quia prolixus esset; prius enim, quam causa votaretur, iam supradicta scripteram, pro mei memoria, & quia tempus mihi nunc deest multis, & variis negotiis impeditus, non possum, ut dixi, alia multa motiva, & rationes adducere pro utraque parte Dominorum votantium, quæ pro utraque parte subtilia fuerunt, & vota in duas partes divisa fuit, pro parte III. Principis, actoris fuerunt sex vota, quod dictus Vassallus remitteretur ad dictum III. Principem, & quod M. C. non poterat de ea cognoscere; pro parte vero Regis, si fuerunt octo vota, omnes nos quatuor Regentes Regiam Cancelleriam, Excellens, & reverendus Præsidentis S. R. C. & magnifici Domini Joannes Andreas de Curtis, Antonius de Orificio, & Doctor Quadra Regii Consiliorum, qui fuerunt voti, dictum vassallum non esse remittendum ad dictum III. Principem, sed quod de eo deberet cognosci per M. C. V. vel Regiam Provinciam, Audientiam Calabriae, & hoc potissimum propter observantiam, & consuetudinem in similibus causis adductam.

Hæc causa fuit magni momenti ratione exempli, quia in futurum hæc sententia faciet ius, & amplius non erit dubitatio.

Et si de hoc dubitet Dom. de Pont. de posse. Pro reg. in sit. de provis. fieri solitis §. 3. u. m. 37. vers. sed advertatur, & nonnullas decisiones pro Baronibus referat Viscon. Add. ad dict. decis. 470. atamen non est recedendum ab observantia fundata ex præfat. decisione. Coll. Conf. & S. C. quæ in articulo dubio faciunt, & ita vidi semper servari.

8. Ex in receptante contumacem M. C. esse illum puniendum per M. C. & non semissendum ad Baronem dictum fuit pluries, & sic observatus est Vinc. de Franch. dec. 470. qui effect. dec. Regentis Reverter. manuscrips.

9. Denegatur remissio ad Baronem inquisiti profactura salvagardiae Reg. Rovit. ad pragmat. 2. ubi de delict. p. 13.

10. Et idem in delinquente uti asserto ministro Regii Tribunalis quamvis verè non fuerit minister, iudicatum fuit per S. C. sub die vigesimo sexto Septembris 1609. in causa Cælaris Scarpari, qui uti commissionatus Regiae Audientiae homicidium patravit, & occisum bannitum afferebat, & sic impunè, & cum Baro loci delicti petiisset remitti, fuit per Regiam Audientiam M. C. & S. C. iudicatum, causam esse decidendam per ipsam Regiam Audientiam.

11. Ex prædictis quoque denegata fuit remissio per Magnam Curiam ad Curiam Universitatis Afragolæ Nicolai Antonii Corcionis de ipso oppido Afrago, qui detinebatur per M. C. in palatio eiusdem, à quo discessit, & extra palatium in districtu eius oppidi deliquit, & per Sacrum Consilium fuit confirmatum decretum Magnæ Curie sub die 2. Octobris 1612. in banca Gianni, & process-

sus est in M. C. & in banca Ruzzani.

12. Itemque si Curia Baroni non ob temperaverit præceptis M. C. in detinendo carceratum, articulo remissionis pendente, ex hoc solo fuit degenerata remissio causæ Baroni, quamvis Baro haberet secundas causas, ita dictum per M. C. & S. C. die 2. Octobris 1625. in causa Horatii, Octavii, Fabritii & Francisci Porcelli, Francisci Morione, Virgilii Maiore, & Blasti Quatrance inquisitorum de suspicato homicidio super remissione petita ad Casam Juglani, ut in actis in banca Montorii.

13. Idem fuit iudicatum, cùm nomine M. C. quidam in carceribus alterius Tribunalis detinetur, ibique deliquerit, nám adhuc ipsius M. C. erit cognitio, ille erat competens Judex, cuius nomine designebatur, & non prorogatus iurisdictio ratione delicti commissa in carceribus alterius judicis, qui præstitit tantum auxilium facti, ad quod facit doctrina Bart. in l. 4. Dis. 8. sententiam Romæ vers. si verè præbat auxilium facti fide no iud. ita censuit Colacter. Consilium contra Audienciam exercitus contrarium pendentem de meo Septembri 1612.

14. In Regno de delictis commissis in personam officialium cognoscit sola M. C. ita ris. M. C. emuncta si per Vinc. de Franch. dec. 407. mandantes, quod de delictis officialium M. C. cognoscat, intellecti fuerunt, v.g. tam activè, quam passivè; ut per eandem dictis. 274. u. m. 4. vers. indicativus anima. Ad quorum rituum declaratione vide Dom. Reg. Carolum de Tapia risu 49. Item quod Curia ipsa, & in confitacione Regni magister inquisitorius & suis. 4. sunt videnda decisiones eiusdem Præsidentis de Franchis. 407. & 474. qui declarat, id procedere, quando offendit processit intuitus officii, sed non odio particulari, ad quod facit dictio relata per Cabal. cap. 148, ubi

15. non comprehendit in statuto loquente de offendente officiale, quando odio particulari processit, sustinet, nec si offensus sit tantum elec-

ceus.

Sumpta hac occasione, ponam aliquas observationes in materia injuriarum in personam officialium, & Baronum, quoad personam imponentes.

16. dam atrocis dicitur iniuria facta officiali electo.

17. tantum, nondum admisso, quia cum dicatur atrocis ratione dignitatis per tex. in l. prætor edixit

18. ff. de iniuriis, dignitatem habere dicitur tempore acceptationis Bart. APublius ff. de cond. & domen. ff.

19. quamvis iniuriosa verba sint prolatæ ipso absente per tex. in l. item apud Labecum s. convicione ff. de iniuriis ad hoc allegat Farinac. de variis, & diversis criminibus queff. 105. in princ. & in Consilio Catolan. fuit punitus persona exiliij, qui absenti protulit verba iniuriosa, ut est videre per Peguen. decif. 13. quod est intelligendum iuxta distinct. Covarr. variar. resolution. cap. 1. lib. 1. vers. veram ut ad propositos, distinguenter, quod aut verba sunt prolatæ eo animo iactando, ut in eius perveniat noticiam, & tunc contumelia dicitur, & punitus, aut verba proferuntur in absentem, ut illa celare velit, & tunc non punitur, & dicitur detractor, & per prædicta per M. C. in Collaterali Consilio fuit relegatus in castro per quinque annum quidam nobilis de Lytio, qui verba iniuriosa in platea protulit in personam Præfidis abbia electi, non dum admissi ad exercitum offici in anno 1613.

20. Item dicitur quoque atrocis iniuria facta clericis. Affl. in confit. probat quæcumq; censata, in fine, in can-

21 tum quod prolevi iniurie Sacerdoti illata puniatur quis poena capitali tex. i. 6 quis in hoc genus C. de Episcop. & cler. quam ad hoc adducit Thosaur. decif. 224 num. 21. In fin. si sacra misteria conturba- verit, sed si solum iniuriam fecerit, verberibus, exilioque traditur. si quis cum sacra misteria in fin. si laeta misteria conturba verit, sed si solum iniuriam fecerit, verberibus, exilioque traditur. si quis cum sacra misteria in aut. de Sanctiss. Epis- cop. & quia verbera non sunt in usu, fuit M. C. arbitratrice pena tritemum in eo, qui intus Ecclesiam Parochum per brachia excussit pellicea, & stola indutum: quia reprehenderat concubinatum de meate Augusti 1629. effusa Regii fisci cum Iosepho Lancellotto.

22 Vnde pro iniuriis, offendis, maleficiis, atque culpis Religiosis, clericis, & Ecclesiasticis illatis potest ex officio procedi, ubi nullus accusator apparet. text. ix. l. si quis in hoc genus de Episc. & cler. per capitulum Reg. ut declarat Sapientissimus D. Jo. Chrys. Seaford in tract. de rev. Sacord. debita quatt. 4 fol. 40.

Per quae iura ita tenuit Campag. in capite ab illo inchoandum de inquisit. num. 22 vers. item de iniuria illata clericis.

23 Quod intelligendum refert in gravi iniuria, non de verbali tantum, Foller. in pragmat. in tit. de iniur. num. 14. & si ipse ex autoritate Christi teneat requiri denunciationem; atamen contrarium sustinet Sebast. de Neap. per caput quod incipit quidam enim resentes principium cap. quod non reportur impressum, per quod est statutum,

24 quod singuli officiales habentes merum, & mixtum imperium, possint procedere ex officio in quibuscumque criminibus, quo doctrina Sebast. est posita in capite ab illo inchoandum in compil. Campag. num. 31. in fin. ibique paulo ante num. 21.

25 cum seq. habens causas, in quibus in Regno ex officio procedi potest; verum M. C. ex praeminentia est permisum in omnibus casibus Regenti, & Judicibus visis procedere per inquisitionem ab aliquo accusatore, Alex. Scarfd, olim Scald, ex nobilibus Sedis Capuanae castri Crypte res in Calab. Gubern. Tyro. prac. Quas. 9. Resp. 2. fol. 11.

26 Et quamvis remittant tales personae iniuriam; adhuc ex officio procedi potest per d. Reg. conf. 27 postquam citata: remittere enim non possunt in praeiudicium fisci, quando atrox dicitur iniuria, ubi Affl. in 3. notab. ibique in fine tradit exempla iniuriarum atrocium.

28 Secus verò, quando non esset atrox iniuria, nam tunc ante l. t. s. contestationem parte remittente fiscus non posset prosequi; sicut in omnibus casibus, in quibus ex officio procedi non potest ex dictis per Foller. in pragmat. 8. de compost. in fin.

29 Verum lice contestata etiam si esset imponenda pena pecuniaria posset procedi ad Fisci instan- tiam, Affl. in dicta conf. postquam citata in 3. notab.

30 Fuit dubitatum. an pro iniuria Baroni illata, ut personae private, possit ipse Baro delegere causam. Bart. in l. qd. iniurias f. de jurisd. omni. Jud. non posse dixit, ea ratione, quia iudex non datur, quem pars petit nominatum, l. obstruere f. de iud. multo fortius ipsi electio danda non est; nam ei prohibetur postulatio, & eius effectus, ut Cod. de bon. pos. subl. l. prima lib. 10. & ibi glof. in verb. delinqditar. Ex quibus neque eius officialis tamquam ab ipso electus judicabit, Capyc. 4. dec.

134. num. 8. vers. 6. quod non personae alteri committere. An, & quando ex capite iniurias sus- pectus est Baro: possit Curia ipsius Baronis pro- cedere in causa; Hector Capyc. Lat. dec. 90.

31 Baronies etiam non possunt iudicare in causa inter subditos, & ipsum Baronem, nec per eius officiales, uti subordinatos, & dependentes, sed ordinarius est audeundus, nisi ageretur de rebus li- quidis, & notoris Garci. Mastrill. in tract. de magi- stris. lib. 4. cap. 5. & num. 29. usque in finem, qui cu- mulat alios Scribentes, & ita, fuit observatum in S. C. in causa Fabritii B. signani cum Ferdinando Perisio in redditione computorum predicti Fa- briti, uti serari ipsius Baronis sub die 17. Septem- bris 1619. reference Confiliario Meliori, & alias in fiduciaphone, quae pretendebatur male inculata; in beneficium Baronis, fuit per M. C. avocata causa, ut in decreto in fine relato.

32 Quod non idem erit dicendum, si consanguineo- seu alteri coniunctio Baroni illata esset iniuria; quia eti. vestrum sit, ut iudicet gener, soror, vitri- cus privignus, sobrinus, proprietore eorum, qui ea cognatione efficitur attinget, l. den Corolla ff de iniuriis, attamen quia predicta suspicio significat personam, et non iurisdictionem, l. praeior ubi Paul. de Castr. et ali. ff de iurisd. omni. J. 1. non amicis facultatem exigendi, unde inolevit stylus in M. C. et in S. C. quod remittitur causa Baroni, qui pre- cedat in Civitate cum consilio Consultoris non suspecti, de quo novissime testatur Jo. Franc. Ca- piblanca in tract. de iure, & anch. Baronum in prag- mat. 3. & num. 165. Ser. 1. sed quid si Baroni; Baro- nes enim habent iurisdictionem in dominium, et non in administrationem, quam non de facili per- dere posuerat idem Capiblanca in pragm. 8. pars. 1. nota. 184. vers. sed mandabat Baroni, verum quando gravis esset iniuria, & dubitaretur de electione Judicis, eligitur per M. C. seu S. C. iuxta ea, que per N. s. Frecc. in tract. de subfeud. de differ. inter feuda quatuorvata, & alia num. 37. vers. suspicio enim personae, & ita observatum fuit per S. C. in causa Baronis Terrae Bacchlearum cum Pompeio Monte, & aliis inquisitis de infuso in personam nepotis ipsius Baronis in vacante Putei de mente.

33 Novembre 1612. & pessim observatus conflictus de iniurie inter Baronem, & vassallum inqui- situm; & ita fuit practicatum in causa Baronis Chiulani in eodem anno, & in causa Principis Morconi cum Pompeio Cisalpino de mente Fe- bruario 1613. & in causa Baronis op. cum Baptista Cimino eodem tempore, & si D. Tap. in conf. fia- nimus ut M. C. num. 34. in versecas sum habuerunt dicat, non fuisse servatum suo tempore deputari per S. C. & hanc sustinet opinionem dignus Con- filiatius Hector Capyc. Latro dec. 90. & facit, quia quamvis, regulatius suspectus in cognoscendo non est suspectus in delegando, ex trad. per Mon- noch. in tract. de arb. J. 1. fol. 458. & per Garci. Ma- strill. dec. 151. num. 8. s. attamen, quando ex capite gravis iniurias redditus suspectus, etiam in de- legando est suspectus, Mastrill. in tract. de magi- stris. lib. 4. cap. 17. num. 86. vers. misi causam suspicio, Reg. Tap. Rou. quorsum est Capiblanca in pragm. 3. num. 167. vers. iusta ergo facti qualitatem, intel- ligens in gravi iniurias, proprius quam fuit ob- servatum etiam in M. C. confitit avocare, & provi- dete, quod causa remaneat sub die 20. Octobris 1629. in causa inter Octavium Seram Baronem Carovinum, & Casarem, & fratres Brancatorum.

35 Itemque contracta iniurias inter Baronem, & Val:

Vassallos ob gravamina in S. C. proposita, non erit permisum Baronem Capitaneum eligere ipsius consanguineum, pro quo facie, d. l. lex Cornelii; nam Capitaneus uti subordinatus, & dependens a Domino presumitur, & ipse animosus, l. i. g. gesse ff. de adm. i. f. tutor. nam factum Domini, ac eius officialis dicitur corresponditus, In *i. cap. i. insinuante, de off. deleg.* & cum esset electus per Baronem Terrae Quagliettæ eius affinis, ita die 15. Decembris 1690. fuit per S. C. provisum quod abstineat, penes Secretarium. Vetus potest Baro non existente causa odii inter ipsum Baronem & vassallos eligere ipsius Baronis Consanguineum, cum non reperiatur probitatem in iure, & quilibet mittetur, nisi lege specialiter prohibitus, & in his, quæ fuit à iure permisæ, facilior modus est, prohibitas personas præponere, & per consequens aliæ consententur admissæ, l. i. cum prætor ff. de indic. et concord. adduictis per Com. in l. Tauri, hoc argumento utitur in testibus Andri. conf. humanitate.

Nec coniunctio cum Barone reddit enim suspe. Etum; non cum iudicat causas inter Baronem, & Vassallos, & si incidenter propter iurisdictionem tangat interesse Baronis, facit glo. in l. si quis in aliena ff. de indic. et ibidem Bal. nam hoc interesse extra rem esset, et per nimios circuitus vagaretur, quod esse non debet, de fec. quæ pro eo, quod int. l. i. Innoc. in cap. dilectis filiis de appell. num. 2. vers. illud omittit; quod dicimus est de paupertate, et idem esset in extraneo.

37 Secundus verò si Baro assumeret defensionem pro sua iurisdictione in aliquo casu, nam tunc sic è Judex, ita esset suspectus Baro, quia licet aliis Judex cognoscere potest, an sua sit iurisdictione, ut in l. quis ex aliena ff. de indic. & l. ex quocunque ff. si qui in ius vocat, non ierit, capite super litteris de rescript. cum tamen Judex assumere defensionem pro sua iurisdictione, suspectus redditur, et ut talis regulari potest, ut notat glo. in capite statutum in princ. in verb. copiam, de resor. lib. 6. tenet Abb. in cap. conquerenti, de res spoliis. col. 2. ibi notat. glo. Valq. lib. 2. §. 22. part. 2. requis. 29. declar. pri. ma num. 41. vers. quia licet aliis Judex, ita etiam in liquidis, et notoriis possunt per suos Capitaneos compellere, carcerare, et multatorem iuxta. declarationem multis authoritatibus fundatam, traditam per Dom. Confiliar. Casaleval. in tract. de indic. de foro compet. d. spus. iur. lib. 1. c. 1. d. spus. 2. quæff. 7. sed. 1. num. 289. vers. sublimata modo, sed hi casus esset dubius, et vassalli se opponeretur, redderetur suspectus, et ita iudicatum fuit in fidejussione, quæ praetendebatur male fuisse incusata, quia ac. quirebatur Baroni, et articulus erat dubius, fuit avocata causa per M.C. et provisum, quod causa remaneat.

38 Et Baro non potest appellare à decreto lato per M.C. in beneficium vassalli ab absolutione, seu minoritate pœnae, & ita fuit decisum in S. C. iunctis duabus aulis in causa Appi Brundusii vassalli III. Principis Hostiliani, reclamantis à decreto lato per S.C. quod circa torturam causam expediret, sub die 17. Jul. 1613. pro quo faciunt dicta Innoc. in cap. dilectus ext. de appell.

39 Fuit alias admissa appellatio à decreto absolucionis à pœna pecuniaria spectante ad Baronem, ex dictis per Bald. in cap. 1. vers. iniuria, de pac. iur. firm. num. 5.

40 Poterit enim Baro comparere, et ostendere, sua Curiam bene iudicasse, quando partes consentiunt,

quod procedatur coram Judge appellationis; Xinc. de Franch. dec. 529.

41 An lite pendente super creatione Capitanet, qui coniunctus fit Baroni, sit interdicenda administratio, cum esset tamum oppositum de consanguinitate, quæ ut supra fundatum fuit, non impedit exercitium, fuit provisum, quod licet exercere.

Secundus si adesset causa inimicitias inter Barones, & vassallos, quo casu non licet consanguineum creare, si ante captam possessionem opponeretur, impeditur adm. n. stratio, huc pendente ex dictis per Alex. & Bart. in l. 1. ff. de gland. leg. refert, & sequitur Praes. de Franch. dec. 419. & text. in l. Imperatores in vers. si magistratus ff. de appellat. ibi, si uterque appellaverit, alius in locum eorum creandam, & ut aequalitas servetur, & contrarium eadem sit disciplina; & habeat locum regula quod quicunque iuris, &c. idem erit dicendum, si adversarius appellaverit, facit regula quod lite pendente, nihil debet innovari, & non debet capere possessionem, Lancell. de astens. in prafut. in 2. part. cap. 4. illat. prima num. 349. & sufficit c. ratio tantum ad hoc, ut nihil possit innovari, c. cum M. Ferrarius in fin. de const. & c. Ecclesia Sandæ Maria, ut lit. pend. c. clem. 2. tit. eo, cum reliquis adduct. per Lancell. in præcitat. loco num. 50. Icūs vero si capta possessione opponeretur; nam non removetur lite pendente, Praes. de Franch. dec. 264.

42 Verum in promoto ad officium, ad quod non nisi nobilitas creandi sunt, si de ignobilitate oppositum sit, & reperitur in quasi possessione nobilitatis, non esse interdicendam administrationem, consuluit Ann. oouf. 80. & ratione plus quasi possessionem sustineri potest, facit tex. in cap. 1. ut lito pendente.

Namque nobilitas cum consistat in facto accidens, non presumitur, sed est probanda. Anna iunior conf. 80.

Opposita tamen ignobilitate, opponenti incumbit onus probandi, & non est interdicenda administratio ei, qui reperitur in quasi possessione nobilitatis. Anna præcitat. conf. 80. num. 3. & 4. Lus. dovic Rom. in l. illa s. populatione 8. num. 30. vers. quare potest esse ff. de verb. oblig. Fulvius Pacian. in tract. de probat. lib. 2. cap. 26. num. 14.

Et ita fuit iudicatum in Collaterali Consilio sub die . . Junii 1642. ref. rente Dom. Regente Matthia Casanate, viro d. strina, & in arduis negotiis prudentia insigni in causa Ioannis Baptista de Rogatis de Civitate Castrensis de St. bia cum aliis nobilibus eiusdem Civitatis.

Et an lite pendente super nobilitate, honoribus gaudere possit, & tributa à Rege iniuncta plebeis non solvere, Covare. variar. resolut. lib. 1. cap. 16. n. 11. Otalor. de nobilit. par. 3. cap. 3. n. 7. Joan. Gutier. lib. 1. præcitat. cap. 25.

Et quid si esset producendum privilegium nobilitatis, loan, Anton, ab Otalora in tract. de nobilit. in 4. part. prim. cap. 3. num. 9. in fin. D. dac. Perez lib. 4 ordinam. tit. 2. lib. 6. in verb. imbarante qua senere pleito, & Azeved. super recomplata. lib. 2. tit. 9. lego 9 n. 9. vers. non imbarante, Gars. de nobilit. glo. 3. g. num. 48.

44 Quid in tutori coniuncto pupillo allegato suscepito, an pendente causa suspicionis sit removendum. vide Guit. de tut. par. 2. n. 11. & per Vincent. de Franch. dec. 8. in fin.

ARGUMENTUM.

Cause cognitio, quæ requiritur pro remissione malefactorum, à quo Judice adhibenda sit. Et an M.C.V. possit denegare remissionem, cognita innocentia carcerati. Brachium quando, & quomodo sit impariendum.

S U M M A R I V M.

- 1 **Judex penes quem reperitur carceratus remittendus**, nullius regulariter praemittere solet crimini cognitionem in remissione malefactorum. Et ratio affigatur num. 3,
- 2 **Summaria delicti cognitio**, & probatio, quæ ad remissionem reorum ex cognoui Doctorum sententia est necessaria, ad Judicem specta requirentem, è quo sat erit; si in literis requisitoris summariam inseratur delicti probatio.
- 3 **Magna Curia** (patefacta inquisiti innocentia) possit denegare remissionem, & vindictam licentiam, ubi afferuntur decretorum exempla.
- 4 **Per pragmata Regni delinquentes in hoc Regno Sicilia circa**, & in Regno Sicilia ultra Pharum remittuntur per officiales Regni hinc inde ad omnem instantiam, & simplicem requisitionem.
- 5 **Remissio inquisiti potest fieri etiam ab eo Judice**, qui nec ratione domicilii, nec ratione originis iurisdictionis habet in ipsum delinquentem.
- 6 **Remissio clerici ad Judicem Ecclesiasticum delinquentis in Regno Sicilia**, & deserti carcerari in Magna Curia fieri debet per Judicem illius Regni, & quem pro dicta remissione erit transmittendat, & ita iudicatur.
- 7 **Brachium per M. C. non impariatur**, nisi actio, & cognita iustitia.
- 8 **Brachium in literis exequitorialibus virtute obligationis incusata non impariatur**, nisi inservatur senior obligationis.
- 9 **Quod limpida in literis exequitorialibus expeditis virtute obligationis cameralis in alia Urbe**.
- 10 **Remissio denegata non fuit in secunda instantia Baronii secundas causas habenti**, etiam patet facta inquisiti innocentia per M. C. ad quam nisi gravatus à Judice Baronis, qui recuperat cognoscere, omisso Judice secundarum causarum, convolvit.

DECISIO LXIV.

- 1 **Iudex penes quem reperitur carceratus remittendus nullam criminis cognitionem regulariter praemittere solet in remissione malefactorum facienda**, ex dictis per Bart. in l. fin. § 1. ff. de publicau. & vogl. Iml. ibidem, qui testatur de communione, Covarr. præf. quæst. c. 11. num. 8, vers. nam. & Bart. & si necessaria erit summaria delicti cognitio, & probatio ad remissionem reorum ex communi Doctorum sententia relata per Fatinac. in tit. de inquisitione q. 7. num. 35. vers. verum etiam debet constare, alios adducit Add. ad Bellug. in spec. Princ. de Propriet. in §. ex quo prædictus rubr. 11. verb remissoris, in sequente limitatio. ne, Petr. Nuñez de Avendaño de exequendis mandatis lib. 2 cap. 7. in l. viii. sima septima, de p. 21. et seq. delinq. num. 6.
- 2 **Attamen cognitio predicta erit Judicis requirementis**. Covarr. in d. c. 11 num. 8 vers. hac autem fieri debet refert, & sequitur Add. ad Bellug. in d. sensu inquisitione vers. quam summariam informa-

sionem; & sat erit si in literis requisitoris summatim delicti probationem inferat iuxta communem practicam relatam per Fatin. præc. loco. pers. verum off.

- 3 **Et presumptio est pro Judice requirente**, ut in c. in presentia de renunc. & requisitus est merus executor, cap. pastoralis §. præterea de officio delegati, l. s. ut proponis 2. c. de execut. reiudicat.

Judex non subordinatus, nec inferior Judici requirenti, uti Magna Curia in Regno, poterit ante remissionem innocentiam carcerati ex deducere investigare, & cognita denegare remissionem, & viculum licentiae, nè aliæ indebet injuriam patiatur, quod tanquam facinorosus, & ligatus ad alium remittatur, quod consideravit glos. in claus. pastorali §. denique in verb. de more in fin. de fest. & re iudicat. & Iml. in d. §. 1. de publican. & vogl. in fin. ita tenuit Covarr. in tit. 235. n. 9. vers. intellige tamen, quæ diximus, loquens de clericis detento per Judicem legularem, regum. n. 9. vers. addo quoque, quod in casibus, & ita tenet Avil. de Praetor. cap. 27. in verbo ex observatum fuit, ut ex sequentibus exemplis, & si diversimode diversis temporibus observatum refert Kov. ad pragm. 1, ubi de criminis agi oportet n. 41. vers. pro coronido.

In causa J. Bap. st. Gizzarelli inquisiti, ut in actis in banca de Puteo super remissione petita per Ill. Ducem Magd Juni ad Curiam Cerreti die 9 mensis Julii 1626. Neapol. per Magnam Curiam Vicariæ provisum, & decretum est. Magna Curia declarat non adesse delictum & proinde non esse locum remissioni. Hoc suum &c. Io. Franciscus Sanfelicitus Lanarius.

In causa Nicola de Blasio inquisiti de tentata subornatione, projectione pili, & injuria ante presentiam magistri nundinarum, & aliis, acta venerunt per viam gravam nisi ad instantiam subscripti Nicolai, ut in actis in banca Borrettæ die 14 Iulii 1626. Neap. Per Magnam Curiam Vicariæ fuit provisum, & decretum, non adesse delicta, & proinde non adesse locum remissioni petite, & non esse molestandum dictum Nicolai de Blasio. Hoc suum. &c. de Vera.

Intantum in remissione consideranda est culpa, quod si penes Judicem requisitum non adessent acta, & penes alium competentem reperiuntur, remittitur articulus remissio ad Iudicem penes quem reperiuntur acta, ut in casu sequenti deliberatum fuit.

- 5 **Per Pragmaticam 3. & 6. in sit. ubi de delicto quis convenerit, est provisum**, quod delinquentes, & facinorosi homines, qui delata, & facinora committunt in hoc Regno Siciliæ, & in Regno Sicilia ultra Pharum, remittantur pro officiales Regni hinc inde ad omnem instantiam, & simplicem requisitionem accidit, quod quidam in Regno Siciliæ, qui ibidem deliquerat, fuit capitius, & carceratus in Magna Curia, & allegavit clericatum, scilicet institutum ad Tribunal Regni Siciliæ esse remittendum, ibique pronunciandum esse super clericatu: nam & h. Magna Curia poterat decernere super remissione ad Iudicem Eccl. clericasticum, cum remissio possit fieri etiam ab eo Iudice, qui nec ratione domicilii, nec ratione originis iurisdictionem habet in ipsum delinquenter iuxta ea, que dicit Abb. in capitulo ult. de for. covarr. numero 16. quem sequutus fuit Covarr. in capitulo 11. prædicar. quæst. num. 6. & Præf. de Franch. decif. 37. attamen quis illa summaria cognitio, & probatio, quæ requisitur ad remissio-

recessit, non poterat adhiberi per alium iudicem eum, quem per iudicem Regni Siciliæ, cum in 7. Magna Curia nulla aderat informatio contra carcerecum, idcirco fuit de mense Julii 1613. per Collaterale Consilium iudicatum, esse transmittendum ad Regnum Siciliæ servata forma Regiae Pragmaticæ, ac illius Regni iudicem esse audeundam pro remissione ad iudicem Ecclesiasticum.

Itemque in materia imploracionis brachii non impetratur per Magnam Curiam, nisi summatum, 8. solum actionum exempla edantur, ut intellegere possit, an bene iudex, qui brachium implorat, judicaverit, Abb. in capite 1. de off. ord. tenent Andre de Heredia in consil. de post mundi machinam vers. hodie autem, Parlador. rer. quotidiana rum lib. 2. cap. fin. §. 2. secunda par.

Quando sunt edenda exempla iudicii laico requiro pro imploratione brachii à iudice Ecclesiastico, hab. s. infra decisi. 293. a. vol.

9. Vnde inolavit praxis, quod in litteris exequitoribus virtute obligationis incusatæ inserviant obligationis tenor, quando petitur brachium, & earum exequatio, alias non conceditur, nec exequatio permittitur; verum litteræ exequitoriales expeditæ virtute obligationis Cameralis in alia Urbe, non inserta obligatione, fuerunt 10. exequitæ, & impartitum brachium contra laicum ob authoritatem cameralis obligationis, & per Sacrum Consilium approbatum sub die 15. Decembris 1600. acta sunt in causa Ropponi inter Olimpiam Zelenam, & Joannem Mariam Scaram.

Et quod dictum est, Magnam Curiam, comperta innocentia inquisiti, posse remissionem denegare, limita in secunda instantia, quando Baro habet secundas causas, & primus iudex capit cognoscere causas, & cum accidisset casus, & adiisset Magnam Curiam gravatus à iudice Baronis, 11. comperto per Magnam Curiam non adesse delictum, declaravit, non adesse locum remissioni. Sacrum Consilium revocavit decretum, & censuit, esse remittendum ad iudicem secundarum causarum ex dictis per Carav. in rit. 52. num. 2. vers. secundo linea, & de iure, omisso, medio, non licet adire superiorum ex autoritatibus ad ductis per Capiblanc. in pragm. 3. de Baronibus n. 226. vers. contrarium tamen est.

ARGUMENTVM.

Curia Baronialis an sit competens contra alium Baronem delinquentem in eius territorio?

SUMMARY.

1. Baro autem si exceptus à jurisdictione Baronis proprii domicilii, seu delicti, & quid indicatur, & num. 18.
2. Par in parente non habet imperium.
3. Baro dicitur Regius officialis.
4. De delictis officialium sola Magna Curia cognoscit, sed declarat, ut num. 14.
5. Baronis quando dicuntur Cives Neapolitani, & gaudent eorum privilegiis, & num. 16.
6. Baronis subsunt Magna Curia, & quando id procedat, & num. 17.
7. Inter autoritates, & privilegia Baronum non est quod sit exceptus à jurisdictione alterius Baronis. ibid:

7. Fiscus non intelligitur privilegiatus in aliis; quam in expressis.
8. Baro autem possit punire Comitores delinquentes, & officiales iudicis majoris, & num. 12.
9. Baro propter delicta ansae sit dignitatem, quam uti Baro habet.
10. Archiepiscopus delinquens in territorio Episcopi, submittit se jurisdictioni Episcopi.
11. Archiepiscopus delinquens in foro suffraganei non possit cognosci à suffraganeo, sed à superiori, & ita etiam Baro delinquens in territorio suffragani.
12. Baro non potest cognoscere de delicto commissio per Baronem habentem aqualem jurisdictionem.
13. Baronis quando dicatur dignitas, & qua dicatur Baronie.

DECISO LXV.

Baro delinqut in territorio proprii domicilii sub iurisdictione alterius Baronis, Baro lati delicti, & domicilii petiti in M. C. ad eius Curiam remitti,

Reus dicebat se, uti Baronem esse exemptum à jurisdictione alterius Baronis.

Primo, ex vulgata regula, quia par in parente non habet imperium, illo à quod tempore ff. ad Trebell. & ratione dignitatis, quia Barones nullum discrimen habent cum Ducatu, Marchionatu, & Comitatu, ut in consil. Regi. si quis Baro, & exp. habetur in pragm. edita 1539. detta delicti novi capi. D. de Pont. in tract. de potest. Proreg. in rit. de offens. Reg. super alienat. feud. praefand. n. 16. vers. non obstantibus, ubi testatur de communali opiniione.

Secundo, quia Baro dicitur Regius officialis, ut dicit Afl. in consil. Regni Capitanorum in 5. nos tab. & de delictis officialium sola M. Curia cognoscit, ex ritibus adductis per Vincentium de Franch. decisi. 40.

Tertio, quia Cives Neapolitani dicuntur, ut dicit Capiblanc. de Baronibus pragm. 12. num. 4. qui non possunt conveniri, nisi in M. Curia per ritum M. Curie, & sic remittendos ad Magnam Curiam tenet.

Quarto, adducebant ritum M. C. 46. ubi Carav. in 1. notab. in fin. vers. sed hodie iste ritus solus servatur, dicit, ritum preallegatum servari, quo ad Baronem, qui omnes subiungunt ipsi Magna Curia, & civiliter, & criminaliter, ibi citantur, conveniuntur, & carcerantur.

Pro Barone domino territorij dicebatur, ad ipsum spectare cognitionem, & ratione delicti, & ratione domicilii, vulgatis iuribus, de quibus latet per Marin. Frecc. de subfond. lib. 2. non reperitur hec authoritas, quod sint excepti à iudice ordinario proprii domicilii, & delicti, arg. eius, quod dicitur in fisco, qui nunquam intelligitur in aliquo privilegiatus, ut inquit Bossi. in rit. de fisco, & privilegiis num. 76. & semper utitur iure communali, nisi in casu ubi expresse constat de eius privilegio, l. fisco ff. de jur. ff. scilicet Vivius in decisi. 537. n. 10. & 11.

Pro quo facit, quia officialis iudicis majoris delinquens in Terris Baronis extra exercitum officii, punitur ibi per Baronem, l. in Officiales C. de officio Rektoris Provinc. dum tamen notum faciat Superioris suo, & ibi notat Baro. & idem Alber. in l. f. quis forte vers. si quos comitum ff. de penit. cum causis adductis per Boer. decisi. 9. n. 5. Carav. rit. 49. num.

num. 14. vers. quia officialis Judicis maioris.

Et fuit decitum per Rot. Romanam, posse vide-
licet Baronem punire Combaronem delinque-
tem in decif. 3. in novis, de foro compo. quam op-
tionem communem refert Bald. dec. 116. de qua
meminit Baiard ad Clar. in quaf. 38 num. 8. & si
Felin. relatus à Baiard. & Clar. ibidem contrarium
communem que referant, attamen non obstat af-
firmativa nostra tentatio, illa quidem ratione,
quia Baro qui deliquerit, ut privatus puniri potest
ab alio Barone, nam dignitatem illam, quam uti
Baro habet, per de- Etum amittit, l. prima C. ubi Se-
nas. vel Claris l. quoties C. da dignis. lib. 12 facit, quod
refert Camili. de Curt. in divers. feud. 2. part. cap. 1.

10 num. 169. ver. item in delictis, de Archiepiscopo
delinquente, qui delinquendo, se submittit iudi-
cio, ac cognitioni Episcopi, in cuius Diœcesi delin-
quunt, ut legitur, notatur in cap. cum. inferior
de maior. & obed glos. prima in cap. 1. de raptoribus,
Alber in l. sapè ff de offic. Prefid. cuius ratio est,
nam Archiepiscopus, ratione illius Diœcesis, ubi
deliquerit dicitur persona privata Abb. in cap. sanè in
secunda col. de for. comp. simile dixit Petrus de An-
char. in clem. 1. de foro compet. quod si Patriarcha
delinquit in Diœcesi Bononiensi, poterit puniri
ab alio Episcopo illius loci, & Diœcesi, C. ubi de
c. m. agi oper. autb. qua in Provincia, non est sic in

11 Archiepiscopo, quod si delinquat in foro suffra-
ganei sui, ad Papam remittetur, vel Patriarcham,
de qua questione latius habetur per Hencic. Boic.
in d. cap. cum. inferior, Jacob. autem de Aretio in §.
præindiciales in §. de act. in fin. §. Ponit questio-
nem de domino delinquente in territorio vassalli
sui, ut ipsum non puniat, quia inferior non potest
condemnare maiorem, quia nec parem, l. uam ma-
gistratus ff. de arbitris, & d. h. tempestivum.

12. Ad primum argumentum in contrarium addu-
ctum respondeatur, illam regulam habere locum,
& procedere inter Barones habentes æqualem iu-
risdictionem inter eos divisam, ut in puris termi-
nis Bar. in l. inter eatores, num. 6. ver. & prædicta ff.
de administr. eator. ita Clar. in quaf. 38. vers. quo-
rum peno, Capyc. decif. 27. n. 1. vers. & facit, quando
sunt duo aquales in casu, de quo agitur, est vassal-
lus; & non habet æqualem iurisdic-
tione.

13. Ad secundum respondeo, quod tunc Baronis est
dignitas, quando conceditur feudum in titulum
Baronis, & non sufficit, ut simpliciter concedatur
Baroniam, ita Reg. de Pont. in d. sis. de affensibus
Regiis num. 3. vers. dubitatio oritur, que Baronia
non est simplex feudum, sed feudum, alia feuda sub
se continens, & haec æquiparatur cum dignitate
Comitis, & habet suas prerogativas, suasque di-
gnitates, & ita loquuntur cons. si quis Baro, &
cons. prosequentes supra adductas, ut per cundem de
Ponte eodem loco citato paulò inferior n. 16. vers.
bis non obstantibns.

14. Nec obstat tertio, quod Baro dicatur officialis,
& de his officialibus sola M. C. cognoscit, quia ri-
tus loquitur, quando delictum est commissum per
officialiem exercendo officium, & non aliter, ita re-
spondet Vinc de Franch. in decif. 274. n. 7. ibique
refert decisum per S. C. Baronem iurisdictionis cri-
minalis posse cognoscere de delicto commisso in
personam Baronis iurisdictionis civilis, non ob-
stante ritu prædicto, quem activè, & passivè loqui
iudicatum fuit, Carav. d. rit. 49. num. 14. tunc non
puniri per Baronem refert, si deliquerit in exerce-
tio officii secundum Jo. Fabr. in l. quod pronuntias.
Edo off. Prefecti Yrbis, & Boer. d. dec. 9. num. 9.

15. Nec quartò obstat dictum per Capib. quod
dicantur Cives Neapolitani, cum nulla authori-
tate sit fundatum, quoad privilegium fori, quod
advertis Carleval. in tract. de judic. & foro comp.
disp. 2. q. 6. sect. 8. num. 687. vers. dum word & con-
trarium fundavit infra in pragmas. 12. cap. 85.
num. 7 vers. in contrarium replicatur.

16. Nec quinto obstat ritus M. C. nam ritus dispo-
nit, omnes jurisdictioni Mag. Cur. esse subiecto,
etiam Comites, & Barones, sed non privative,
& quod dicit obliterari Carav. in Magna Curia
quoad Barones, illud procedit non concurrente
Barone loci delicti habente in privilegio clau-
lam abdicativam.

Ex quibus per M. C. fuit iudicatum, esse re-
mittendum Baronem Camillum Pannullum ad
Curiam Baronis Perdisumi. & in S. C. in causa
reclamationis fuit decretum confirmatum demen-
se anni 1614. in Banca Ciotti, & alias fuit
idem servatum in Sacro Consilio.

17. Instep ritus loquitur de officiali, qui habet
officium in administrationem, ut sunt officiales
in Regno, ex commissione alterius, ex l. principa-
libus ff. cert. petat. non autem in Baronibus, qui
habent iurid. actionem iure proprio, & dicuntur
Procuratores in rem suam, habentes dominium,
& in ius iurisdictione, fundat, & adducit Scri-
bentes Mastill. decif. 229. num. 22.

Et novissime per M. Curiam in causa Petri Pre-
tosi Baronis C v s Terræ Cerreti vassalli III. Duciis
Magdaloni inquisiti de usuraria pravitate, qui
fuit remissus ad Curiam Cerreti, non obstante
pretensa exemptione, ut Baro de mente Martij
1634 de qua decif. memini post hæc scripta D.
Corsti Merlin. controversial. jur. cap. 69. qui fundat
doctè hanc opinionem.

Contrarium conatur fundare Cap. in tra-
ceatu de jure ad hoc qu. 47. num. 13. versu, sed an
Baro delinquens in territorio alterius Baronis
cum sequent. adducens fundamenta pro contra-
ria negativa per me relata ad que in eadem nostra
decisione responda patent. Nec attendenda est de-
cilio relata per Thorum qui non interfuit deci-
sioni Sed relata per me decisiones articulo discul-
lo, & optimis mediis fundata in quibus interfui,
& sum testis de visu.

ARGUMENTVM.

Cognitio de delictis officialium ad quem Judi-
cem spectet, & per quæ verba concessa
concedatur Regalia quando, & per quæ
verba concessa intelligantur.

1. De delictis officialium tam Regierum, quam Ba-
ronum in eorum officiis delinquentium, tam
actiu, quam passiu sola M. C. cognoscit.
2. Cognitio autem bac an concessa inselligatur per
verba plenissima, etiam sub clausula, quod pos-
sit cognoscere de omnibus, de quibus sola M. C.
cognoscit, & quid decifum n. 6.
3. Cognitio criminis falsa moneta, que est præmis-
toria ad Magistras Curiam spectat, an con-
probendatur sub clausula ipsa esset de his, de
quibus M. C. cognoscit.
4. Regalia in generali concessione non veniunt; sed
noecessaria est ne concessa dicantur, specifica ra-
galiū nominatio, & quare, ubi essent excus-
plificatur.

5 Post.

5 Petibus remittendi dolosa non venit, in generali concessio ne.

DECIS. LXVI.

1 Imperator Federicus in const. magister iustitiae, authoeciam tribuit Magistro Iustitario cognoscendi de delictis officialium, eandem cognitionem per cap. infraeius, dedit Regenti Magna Curia Carolus Secundus, quod clarus per Ioannem Secundum in rit. 49. declaratum fuit, quod Curia ipsa cognoscat de excessibus officiis, & aliorum delinquentium in eorum officiis, ea exercendo, & non aliis, idemque, caveatur in rit. 51. & 61. de quibus meminuit Præst. de Franch. decis. 407. referens, ostium esse sermonem communem, quod de delictis officialium sola Magna Curia cognoscet, qui ritua recepti, & interpretati fuerunt acti, & passivi, ex dicto, per eundem Vinc. de Franch. decis. 274. num. 4. quod videlicet cognoscet etiam de delictis contra officiales intituli officii commissis, Camill. Borrell. de præst. Reg. Hisp. c. 62. num. 60. idemmet Dom. de Franch. refert decis. 505. num. 7. & 18. comprehendendo tam Regios, quam Baronum iuxta intellectum Carav. in præcis. rit. 49. & ita indistinctè intelle. Et si fuerunt ritua prædicta, ut statutum reliquit D. de Franch. in præalleg. decis. 274. n. 8. Reg. Carolus de Tapia in const. Reg. magister inspiciens, & in rit. Mag. Cur. 49. item quod Curia ipsa, & inter prominentias M.C. DD. hanc cognitionem de delictis officialium conaumerant, & Barones non se intromittunt, ut per Borrell. in d. cap. 62. Macina. Freez de suffend. de offic. Mag. inf. lib. 1. in fine.

2 Et nunquam centerum concessa hec cognitio per quæcumque verba, tanquam causa Regii reservati Regis iudicibus in signum supremæ iurisdictionis, quæ nunquam intelligitur concessa, ut erudit Covarr. præd. qu. c. 4. Azeved. ad lib. 4. nova recollectionis. s. t. 1. l. prima. Grammat. vñ. 26. n. 14. licet plenissimis verbis concedatur, non tamen centeretur concessa illa suprema iurisdicçio, quam habet in cognoscendo causus sibi reservatos in signum supremæ iurisdictionis. Vinc. de Franch. decis. 275. num. 6. vers. inquis glof. Parisiens. quia in criminis falsæ moneta, cuius cognitio similiter ex præminentia ad Magnam Curiam spectat, cum afferit, non comprehendi sub clausula ista, etiam de his, de quibus M.C. cognoscit in d. decis. 275. tanquam ipsi Principi reservata, & sic regalia, quæ non veniunt in generali concessione, cum necessaria sit specifica regalium nominatio, ut concessa dicantur ita scribunt Valasq. in l. imperium num. 50. ff. de jurisd. omn. jud. & ibid. Jacob. à S. Geor. num. 14. aliquique DD. relati per Menoch. in tract. de præsump. 97. num. 41. vers. sexies et casus, quando regatur de regalibus. Reg. Carolus Tapia in Conf. Reg. 18. qua ad decim. num. 43. & quod Principi contenteratum est in feudatarum etiam de regalibus, in genere investitum, translatum non centeri, prout in potestate condonandi delicta, tenuit per multas authoritates Sol. ad const. Sabaud. de resis. Ipolat. decessi indulgentiam glof. una num. 8. per hanc nempe generalem concessionem biniusmodi speciebus transferri non intelliguntur ex doctrina Luc. de Penn. in l. 2. C. de iure Resp. lib. 1. num. 3. vers. per hanc namque generalem commissione, & idam Luc. de Penn. in l. contra publicam q. 9. ut. & contra videatur manifeste C. de re militib. ut. referens causus sibi Principi reservatos, ait, quod si concedat

ipso Principi generaliter, atque indeferit regalia non veniunt biniusmodi prærogativa, sanguinis Regis, & Principis officiis inherentes, quæ ab eis difficile, & quodammodo impossibiliter separantur.

6 Verum quoad cognitionem debitorum officiium tam activè, quam passivè fuit iudicatum per Sac. Cons. sufficere clausulam, quod possit cognoscere de omnibus, de quibus sola M.C. cognoscit, ac referat Carolus de Tapia in d. rit. 49. item quod Curia ipsa sensu secunda delecta est. s. 5. & ita decisione fuit me patrocinante pro filio in causa lit. Principis de Colle de mense Aprilis 1617. per S. C. & si per M.C. contrarium fuerat indicatum.

A R G U M E N T U M.

Verum unus ex Regis Consiliariis S. C. uti Commissariis civilis dissentionis competens sit Judex in causa criminis, ex ipsa civili dissentione orti, & causam habentis. An unus ex Consiliariis S. C. possit revocare decretum M. C. An delinquentes possint capi per M. C. in S. C. absque licentia Domini Præsidentis.

S P A M A R K I F M.

- 1 Pons ex Regis Consiliariis Sacri Confessori uti Commissariis civilis dissensionis ex possit procedere in causa criminis propter ipsum civilem dissensionem subsequenti, ut unius, seq. & quid decisum. num. 24.
- 2 Magno Curia de omnibus causis criminibus cognosci, quod ampliusur, & declaratur, ut in num. seqq.
- 3 Sacrae verb. Confessorum non est Judex censor non criminibus, nec de his cognoscit, nisi in gradu appellationis & sensus M. C. & num. 5.
- 4 Rons per Magnam Curiam citatus, antequam in eadem compareat, supplicationem in S. C. porrigitur, non audiatur, nisi causa in M. C. personaliter comparuerit.
- 5 Et quid si Regiam obtinat decretationem in causa signum, comparenta personaliter.
- 6 Causa per appellationem in S. C. demolita, solus ipius Commissarius pronunciare non valebit, recordando gesta per ipsum M. C.
- 7 Causa nec interlocutoriam dissolutiva, vim habens, proferre quod, quamvis locus videtur in interlocutoria dissolutiva vim non habente, n. 12. & 13.
- 8 Quoties causa iurisdictione pluribus competet, ut diversis, minus absque alius indicare nequit, sed, quod maior pars conveniat est neceſſo.
- 9 Jurisdictione per Regiam Pragmaticam Consiliariis est concessa sub nomine collectivo, sub forma pluralis numeri.
- 10 Pluralis numerus in uno non verificatur.
- 11 Mandatum legis civilibus infelidibus datum intelligitur.
- 12 Sicut in mandato bonorum.
- 13 Idem in mandato legis, quando data est forma.
- 14 A forma data recedendum non est.
- 15 Servientes publici domino Roberto intare non debent ad finem capiendi res latitantes; sed extra finem debent.
- 16 Quod ipsum prohibitum non erit Magistrum, accedente mandato exercensis in Civitate iurisdictione.

- 22 Cum & in Regis palatium auctoritate Judicis, ingredi & delinquentes inquirere permisum sit.
- 23 Verum tempore, quo Regii Consiliarii ius dicunt, servatur, ut non accedant, nisi prius petita licentia à Domino Praefidente.

DECISIO LXVII.

- 1 CVM essent dissensiones inter duas Universitates, aliqui Civis ambarum ad arma de-
venerunt, pro quo per M. C. fuerunt citati, per
unum ex Regiis Consiliariis Sacri Consilii, uti
Commissarium civilis deflentio fuit mandatum.
M. C. quod non procedat ad ulteriores, quo non
obstante per M. C. fuerunt contumaces reputati,
& capti in aula S. C., & carceribus M. C. manci-
pati, prævio ordine Excellentissimi Domini.
- 2 Nam M. C. cognoscit de omnibus causis cri-
minum, & S. C. non, nisi in gradu appellationis
pragm. 43. & 47. de offic. S. C. & non solum diffini-
tive pronunciat, sed etiam de incidentibus anno-
xis cognoscit, & etiam si dependeret crimen ex
processu ipsius S. C., veluti si producerentur testes
falsi in processu S. C., quod practicatur, petita
prius, & impetrata venia ab ipso S. C. ex dictis per
Vinc. de Franch. in decif. 147. in fin. quia Sacrum
5 Consilium non est Judex causerum criminalium,
nisi in causis appellationum à sententiis M. C. ex
dictis per eundem Dom. de Franch. in decif. 3. 58.
num. 5. vers. fuit dictum, quod declarare, & M. C.
6 Judices iurisdictionem ordinariam habent in cau-
sis criminum ex dictis per eundem de Franch. in
decif. 143. in fin.
- 7 Quod limitatus in homines Tribunalis ipsius
S. C. quia Praeses illius Tribunalis habet iurisdi-
ctionem in homines illius ex adductis per Joan.
Franciscum de Pont. dec. 36. per se omnes.
- 8 Et si reys fuerit citatus per M. C. antequam in
eadem compareat porrigit supplicationem in S. C.
non auditur, nisi primo compareverit personaliter
in M. C. Vicario. hoc dicit pragm. 44. vers. ita
9 si aliquis facerit citatus, de offic. S. C. & citatus
obtenta Regia decretatione iuncta Bylam compare-
sse personaliter, &c. erit in arbitrio ipsius M. C. in
carceribus mancipate per pragm. 42. de offic. M. C.
- 10 Et commissarius solus ipsius S. C. non poterit
pronunciare, revocando gesta per ipsam M. C. cum
iurisdictio competat pluribus, ut universis, ut p. tet
ex pragm. 2. vers. igitur Sacrum, de offic. Sac. Cons.
quo casus unus sine aliis iudicare non potest; sed
11 necesse est, maior pars conveniat, l. ubi absens
ff. de tutor. & Curat. Bartol. in l. si autem pluri-
bus, que alias incipit Pomponius num. 1. ff. de re
iudicata, Alex. ibidem num. 7. vers. i sensu illud
quod est dictum, Abb Imol. & Jo. Andr. in cap.
prudentiam de offic. deleg. Cabal. resol. criminal.
caſi 19. num. 33. vers. bene verum cfr.
- 12 Et quamvis possit solus interlocutoriam ferre
per glos. communiter approbatam in d. l. si unius ex
pluribus, attamen non poterit interlocutoriam ha-
bentem vim definitivæ proferre, ut idem Bart.
in d. l. si unius ex pluribus num. 4. vers. secundus interlo-
quutoria. Alex. ibidem num. 8. vers. quod limitat
Bart. hic, Cabal. loc. cit. num. 25. & inferioris usque
in fin. quid in delegatis esse obsecrandum determi-
nat.
- 13 Pro quo facit etiam, quia in d. pragm. fuit con-
cessa iurisdictio Consiliariis sub uno nomine colle-
ctivo sub forma pluralis numeri, quia dicit, causa
qua Consiliarij novum ius dicens, non unum dicit,

- Consiliarius cognoscat, & sic est forma data: quod
15 per plures cognoscantur, non per unum: quia
pluralis numerus non verificatur in uno, ff. ad
16 Trebell. l. Latius Phibus, & ideo licet mandatum
legis videatur alias datum cuilibet insolidum, le-
cucus in mandato hominis ff. de procurator l. p. t. d. r. i.
17 bns; attamen hic locus est propter datam formam
18 à qua non est recedendum, C. de intr. j. sc. l. fin.
19 per creandis lib. 11. ita Bal. in l. prima num. in
fin. & seq ff. de offic. consilis.
- 20 Et si servi publici non debeant intrare do-
mum Potentis ad capendum eos latentes; sed
extra debent stare, ut refert Boer. decif. 147. num. 4.
- 21 attamen Magistratus mandato exercentis in Ci-
vitate iurisdictionem non est prohibitum: in Re-
22 gis enim palatium auctoritate Judicis ingredi, &
delinquentes inquirere permisum est textus est in
l. Diuus Plas ff. de servis fugitivis.
- 23 Verum tempore, quo Regii Consiliarii ibi ius
dicunt, servatur ex urbanitate, quod non acce-
dunt, nisi petita prius licentia à Domino Praefi-
dente, quod si absque licentia caperent, non erunt
dimittendi, & capientes non punientur, & eum
de mense Augusti anni 1628. tempore, quo Re-
gnum regebat Dux Alb. & in S. C. præsidebat
D. Petrus Jordanus Vrbinus Vir equideus maxi-
mis, clarissimisque virtutibus ornatus, & meus
singularis dominus, capti fuerunt in aula Sac. C.
de mandato Marchionis Manzeda Regentis Ma-
gnæ Curæ prævio ordine Excellentissimi D. Pro-
regis non petita licentia à Domino Praefidente
aliqui aromatarii, qui confisi præcepto D. Praefi-
denti, & decreto S. C. non paruerunt mandato
Excellentissimi Domini, dum congregati pro Tri-
bunali erant Regii Consiliarii cum Præsid. de
mandato eiusdem, & totius Consilii fuerunt de-
tentи capientes, & dimitti carcerari, D. Prore
quod sibi convenienter visum fuit summa cum pru-
dentia mandavit: iterum apprehensi fuerunt men-
tionati delinquentes, & prævia relatione Mag.
Cur. in S. Coaſt. iſtum fuit decretum, quod
causa remaneat in S. C. tanquam quid individuum,
à causa civili, cum fundamentum principale sit
iustitia cause civilis.

ARGUMENTUM.

Baro loci delicti an præferatur Baroni originis,
seu domicilii, quando Judex originis. seu
domicilii prævenit, & habet clausulam co-
gnoscendide delictis commissis extra terri-
torium.

SUMMARY.

- 1 Iurisdictio concessa cum clausula privativa, &
abdicativa est tanta potentia, quod ad insar
clericis non potest cognosci ab alio, ita quod non
sit prorogabilis ab alio.
- 2 Delinquens autem remittendus ad locum delicti,
quando Baro loco originis, & domicilii habet pri-
uilegium cum clausula cognoscendi de delictis
commissis extra territorium, & n. 7. & 14.
- 3 Indem loci originis, & domicilii, qui prævenit in
captura aut præferatur Judici delicti, & quid
in levibus delictis, num. 8. & quando dicatur
prævenisse.
- 4 Indem originis, & domicilii potest per viam in-
quisitionis, & accusationis contra genus legisla-
tus procedere.

5. *Judex loci delicti præfertur cui libet alteri Iudici.*
Judex loci delicti quando præfervatur, ita quod
Judex loci originis, & domicili teneantur reum
ad ipsum reuictorem, & n. 15. & quid in Regno
Baron. num. 16.
9. *Domicilium quando contrahatur ex translatione*
taberna, & num. 19.
10. *Judex loci domicili, & delicti præfertur Iudex*
originis.
11. *Prærogium posterius quando præiudices privile-*
gio anteriori, & num. 17. & quid quando per il-
Iud. nos est quæstum ius in re: sed ius ad reu-
nem. 18. Statuta recipiunt interpretationem, &
restriictionem à iure communi, ut tertio nos fiat
præjudicium, etiam si verba statuti renaperent
clusoria, & fine effectu num. 12.
13. *Principes non potest iuri tertii præiudicare, etiam*
de plenitudine potestatis absque legitima causa.

DECISIO LXVIII.

INTER BARONEM SIANI, & H. MARCHIONEM BRACILIANI ORTA EST CONTENTIO, AD QUEM EX EIS SPETTET COGNITIO VINCENTII DE PHILIPPO AROMATARIUS ORIGINARIUS CASALIS SIANI, QUI DELIQUIT IN TERRITORIO BRACILIANI, STUPORUM CUM ABORTU COMMITENDO, EX QUO MORS STUPRATA SEQUITA FUIT.

PRO BARONE SIANI ALLEGABATUR PRÆROGIVM, PER QUOD CONCESSA FUIT IURISDICTIONE IN HOMINES DICTI CASTRI DELINQUENTES EXTRA TERRITORIUM ETIAM PRIVATIVÆ AD ALIOS, QUA CONCESSIO ABDICATIVA EST TANTÆ POTENTIA, UT CAUSAS HOMINUM DE SIANO FACIAT VENIENT CLERICALES, & IPSIUS IURISDICTIONEM IMPROROGABILEM ADEO, VT IPSORVM CAUSA DE PRÆCILLA NECESITATE AB IPLO TANTUM BARONE COGNOSCENDÆ VENIENT, CAP. 4. IN INVESTITUT. FEUD. IN VERB. FEUDORVM CLAUSULA VERB. ITA QUOD NE ILLIS SOL. MIHI 127. VINC. DE FRANCH. DECIS. 417. NUM. 8. ADD. AD BEILLUG. IN SPECUL. PRINC. R. N. 1. 6. EX QUO PRÆDIXIMUS IN VERB. REMISSIONE IN 20. LIMIT. VBI IN TERMINIS TENET, DELINQUENTEM NON ESSE REMITTENDUM AD JUDICEM LOCI DELICTI, QUANDO BARO LOCI ORIGINIS, HABET PRÆROGIVM IN SUBDITOS DELINQUENTES EXTRA TERRITORIUM, & TESTATUR VIDELLE PLURIES REPELI PLURES DELINQUENTES CARCERATOS APUD JUDICEM DELICTI, & REMITTI AD DOMUM ORIGINIS, CAPIBLANC. IN TRACT. DE BARON. PRAGM. 7. PAR. 2. NUM. 218. VERB. SOL FI BARO, HABEAT, & TENET, QUOD DELINQUENTES ETIAM EXTRA TERRITORIUM SUNT REMITTENDI AD BARONEM ORIGINIS, & DOMICILI, QUANDO BARO HABET PRÆROGIVM DE DELICTIS COMMISSIS EXTRA TERRITORIUM CÙM CLAUSULA ABDICATIVA, & PRIVATIVA.

SECUNDO, QUA PRAEVENIT IN CAPTURE, DE QUAM MATERIA PRAEVENTIONIS VIDE CAPIBLANC. IN PRAGM. 8. p. 2. à num. 1. 2. DE BARON. CUM NULLA À CURIA BRACILIANI, SIBI DELICTUM ERAIT PATRATUM, AD REUM CITATIO EFFET TRANSFUSIA, QUO CALU JUDEX PRAEVENIENS 3. OBTINERE DEBET, & PRÆFERTUR JUDICI LOCI DELICTI, PRÆS. DE FRANCH. DEC. 37. & 505. & IN DEC. 129. NON DUBITAVIT DE HOC SAC. C. LICET FORUS DELICTI SÙ PRINCIPALIOR, & IN DECIS. 88. NUM. 5. NATU ETI FORUS DELICTI SÙ POTENTIOR, NON TOLLIT FORUM ORIGINIS, 4. QUIN JUDEX ORIGINIS, SEU DOMICILI, TAM PER UIAM INQUISITIONIS, QUAM ACCUSATIONIS POSSIT CONTRA REUM LEGITIME PROCEDERE, ERUDITISSIMUS SCARFD IN 56. FRAG. JEGAL, & FACHIN. IN LIB. 9. CONTROVERSI. IUR. CAP. 20. & SOLLEMNITER DECISUM REFERT PRÆS. DE FRANCH. DEC. 96. SI ERGO DE JURE COMMUNI COMPETENS, DATA PRAEVENTIONE PRÆFERTUR, QUA IN PARI CAUSA IS PRÆFERTUR, QUI PRAEVENIT PETR. GREGOR. SYNTAG. IUR. p. 3. DE ACT. LIB. 3. 2. NUM. 9. VERB. CONCURRENT, & IN ALIIS,

3. PRO MARCHIONE BRACILIANI ALLEGABANT POTENTIAM FORI LOCI DELICTI, CUIUS POTENTIA TANTA EST, UT

PRÆFERTUR CIUIS ALTERI JUDICI, SIVE ORIGINIS, SIVE DOMICILI JUXTA TEX. IN ANTB. QUA IN PROVINCIA, UBI DD. OMNES C. VBI DE CRIMINA. AG. EPOZ. QOD ADEO VERUM EST, VT ETIAM SI DELINQUENS REPELIATUR PENEG JUDICEM ORIGINIS, SEU DOMICILI, TANDEM AMBO H. JUDICES REQUISITI A JUDICE LOCI DELICTI TENENTUR AD IPSUM REMITTERE, UT POST GLO. IN CLEM. PABORALIS IN VERB. DE MORE, DE SENTEN. & RE INDIC. COMMUNICET DD. HANC SUSTINUERUNT OPINIONEM, DE QUA PER CÆPOLL. CONS. CRIMIN. 59. VERB. PRÆSUMPTA EST DE INRE. GLAS. IN PRÆC. CRIMIN. QUESTION. 38. NUM. 19. VERB. EST AUTEM TANTÆ POTENTIA LOCI DELICTI, PETRUS GREGOR. SYNTAG. IURIS PAR. 3. LIB. 32. CAP. 8. NUM. 6. VERB. ORDINARIUS AUTEM IURIS EST, GRAM. DECIS. 26. NUM. 7. THESAUR. DEC. PEDEM. 90. NUM. 6. AVEND. RESP. 40. IN PRINC. AZUED. LIB. 8. RECOMPIL. TIE. 16. 1. PRIMA NUM. 13. & NUM. 24. FACHIN. LIB. 9. CONTRO. CAP. 20. VERB. RESPONDEO, SI PERATUR REMISSIO, JO. KOPP. DECIS. GERMANICA 43. NUM. 12. VIVIUS CONM. OPIN. SCHE. 1. OP. 1. 420.

7. ET DATA QUOQUE PRAEVENTIONE PER JUDICEM LOCI ORIGINIS, SEU DOMICILI AD HUC REMITTENDUM ESSE AD JUDICEM DELICTI TENENT COVAR. PRÆC. QU. CAP. 11. 2. 6. VERB. HIC EQUIDEM SUFFRAGATUR, & INFERENS IN VERB. CONTRARIA DECIAN. LIB. 4. CAP. 19. NUM. 11. & 13. AZUED. PRÆC. LOC. NUM. 23. & 27. JEAN. KOPP. IS ALLEG. DEC. 43. NUM. 15. THESAUR. IN D. DEC. NUM. 6. JOAN. GUIOT. AD CLAR. IN D. QU. 28. LIB. 4. GOMEZ. DE DELICT. CAP. 1. NUM. 87. VIVIUS DEC. OPIN. 420. NUM. 4. PETR. CABALL. RESOLUT. CRIMIN. CUS. 162. & NUM. 8.

8. QUOD DECLARAT PRO GRAVIBUS NON AUTEM PRO LEVIBUS DELICTIS: NAM IN LEVIBUS NON ESSE NECESSARIAM REMISSIONEM TENET, NEC TENETI JUDICEM LOCI ORIGINIS DELINQUENTEM AD LOCUM DELICTI REMITTERE, ITA EAM DECLARAVERUNT COVAR. & DD. RELATI PER IPSE SUM IN D. C. 11. NUM. 7. VERB. 8. REMISSIONI LOCUS ERIT, RANCHIN. IN ANESTATIO AD DECIS. GUID. PAP. 202.

9. SECUNDÒ, EX TRANSLATIONE TABERNÆ AROMATARIÆ IN TERRA BRACILIANI, IN QUA EAM EXERCUIT PER PLURES ANNOS CONTINUOS, EX QUO ACTU SOLO CONTRAXIT DOMICILIUM IN DICTA TERRA BRACILIANI JUXTA TEXT. & IBI BAR. IN L. HABES. ABSENS. & PROINDE FF. DE IUDIC. & SI CURIA BRACILIANI EX DUPLICI CAUSA EST COMPETENS HUIUS CAUSA, ALTERA RATIONE DOMICILI, ERGÒ PREFERRI DEBET BARONI SIANI, QUI EST IUDEX ORIGINIS TANTUM, UT PROBAT AFL. IN CONST. STATUTUS, UT MAGNA NUM. 54. IN FIN. & IN PROPRIIS TERMINIS CONFIRMAT FOLLER. IN PRÆC. CRIM. VERB. ANDIAN, TUR EXCUSATORUM NUM. 74. IMO FORUS FOLIUS DOMICILI EST PRINCIPALIOR, QUAM FORUS ORIGINIS, UT NOTATUR IN CAP. STATUTUM & 1. IN GLOS. OLIM DICIBANZUS DE RESCRIPT. IN 6. BALD. IN FIN. NUM. 54. PROPE FINEMA C. DE EDICT. DIV. ADRIA TOLL. & QUANDO DICATUR DOMICILIUM, LATÈ PETR. GREGOR. SYNTAG. IUR. D. PAR. 3. LIB. 32. DE ACT. CAP. 8. NUM. 6. VERB. DOMICILIUM PRINCIPALE, & QUID SI AMBO HABEANT EQUALE PRÆROGIVM, CAPIBLANC. DE BARON. PRAGM. 8. 2. PAR. 2. NUM. 219.

10. ET HANC DEFENDENTES OPINIONEM PRO III. MARCHIONE, RESPONDEBAS AD FUNDAMENTUM DE CLAUSULA PRÆROGIVI CONTRA DELINQUENTES EXTRA TERRITORIUM, NAM CUM PRÆROGIVM H. MARCHIONIS ERAT CONCESSUM IN ANNO 1487. PRÆROGIVM AUTEM BARONIS SIANI 2528. DUM EX OMNIMODA JURISDICTIONE CONCESSA PRÆDECÉSSEORIBUS IN TERRITORIO BRACILIANI ACQUISIVERAT BANQ. JURISDICTIONEM, ETIAM QOD EX TEA SUM TERRITORIUM DELINQUENTES AB ANNO 1487, NON HABEBAT OPUS ALIQ. SPECIALI PRÆROGIVI, CUM SUFFICIAT SIBI IUS SEMEL QUÆSTUM EXILLA CONCESSIONE OMNIMODA JURISDICTIONIS IN GENERE IN TOTO TERRITORIO CONIUNCTA DISPOSITIONE JURIS COMMUNIS, & HIC EST VERUM, QOD TEMPORE, QDO BARO SIANI AC-

Q

Digitized by Google

quisiverat suum priuilegium in Ius vassallos etiam in delictis extra suum territorium longe post in anno scilicet 1528. Marchio Braciliani iam tenebat, & possidebat iurisdictionem cognoscendi de delictis & si hoc verum erit quoque verum, quod illud secundum priuilegium Baronis Siani concessum quantumvis amplissimum non praeditudinavit 31 privilegio Marchionis anteriori Iam, ex illa generali regula, quod Princeps nunquam censetur iuri tertio quasito praeditudicare, & quod vni semel concessum velit auferre, & alteri dare etiam in re scriptis, & privilegiis. l. o. s. merito, & s. si quis a Princeps sine quid in loco, nec aunc C. de emancip. liber. cap. quamvis, de rescript. in 6. etiam si verba privilegii essent adeo ampla, quod viderentur importare concessionem cui praeditudine tertij, Ruin, conf. 88. col. 4. debent enim strictissime interpretari, ut minus, quam fieri possit, praeditudine tertio, clavis pastoralis de privil. etiam si necesse esset impropriare verba privilegii, & taliter impro priata redderentur oportet, & superflua, ut est tex. expressius in cap. Super ea extra offic. deleg. ubi id notat in terminis Dec. in prima limit. vers. & hoc intelligendum, faciunt tradita per Bar. in l. cum d. macro. C. de rai vindic. & per Alex. in l. s. in computatione C. de iure delib. dum concludunt, statuta recipere interpretationem, & restat. Et onus à iure communi, ut tertio non fiat praeditudinem, etiam si verba statuti remanentes eluso ria, & sine effectu per text. in l. 2. ubi Barti & ceteri, C. de noxal. action. declarat optimè Cla. p. cent. caus. fisc. caus. 8. quaf. 2. o. n. 1. ad 6. tum quia etiam si volueret, non potuisset Princeps praeditudicare iuri tertij etiam de plenitudine potestatis absque legitima causa, prout tradunt Fulg. Rom. Corn. Jas. & communiter Sribentes in l. si testamentum Cod. de testam. causa legitim. dicitur causa publica, e non privata iux. tex. in l. Lucius s. de evict. tradit Bald. in l. quicumque C. de fide insitut. lib. 10. Oldr. conf. 224. Cravett. de antiquit. temp. par. 1. sedl. 1. num. 51. Peregr. de iure fisci lib. 6. tit. 2. num. 49. Reg. de Pont. conf. 4. num. 9. & 10. quaequidem causa publica nulla considerari potest in privilegio concessio Baronii Siani, unde de Foller. in pract. crim. in verbo audiuntur excusatores pef. num. 66. vers. ex quibus inferri potest, di 14. sit, quod de iure communi Iudex loci delicti est Judex ordinarius, & competens, & licet concessa sit iurisdictione Judicis loci originis, vel domiciliij etiam pro delictis alibi commissis non videtur tamen derogatum iurisdictioni Judicis ordinarii de iure communi, & sic Judicis loci delicti, Bald. in l. prima vers. extra queritur, de offic. Consul. Rom. conf. 393. præsens consultatio num. 2.

Replicabatur pro Barone Siani, quod & si communis sit opinio, esse reum remittendum ad locum delicti, id ex generali consuetudine non servatur, 15 quando sub diversis Principibus esset iurisdictione, vel sub uno Principe, distincta tamen, & separata, tunc enim non tenetur Iudex loci originis, sed domiciliij reum, qui extra territorium deliquerit, ad Judicem loci delicti remittere; quia unusquisque defendit suam iurisdictionem, ita ferè omnes prædicti DD. hanc communem opinionem declarant, per Caball. in d. resolut. 162. num. 10. verb. tamen 16 de consuetudine generali, tunc vero ad locum delicti fit remissio, quando sub eodem Principe, Goffred. A Braco in tract. reuatum cap. 16. num. 14. vers. quia si sunt sub eodem Principe, at in Regno, cum Barones habeant separatam iurisdictionem, ita ut sint, sicut Reges in eorum Terris,

Affl. in proem. conf. quest. 24. in fin. num. 4. Sed de cillum fuit supra in alio loco, lequitur, non esse locum remissioni ad locum delicti, cum quilibet Reo defendat suam iurisdictionem, & quamvis sint sub eodem Regno, Præf. de Franchi tenet, non esse locum remissioni à Judice originis, seu domiciliij præveniente per realem citationem ad Iudicem loci delicti in præalleg. decis. 88. n. 5. & Add. ad spec. Principis d. rubr. 11. s. ex quo prediximus in 18. limitas. vers. ubi tamen peccaretur à tertio.

Verum Vivius comm. opin. d. opin. 420. à num. 9. contrarium fundat, quia lib. uno Rege, idem tenet Foller. in d. verb. audiuntur excusatores num. 158.

Itemque respondebant ad allegatam privilegii prioritatem, nam, & si privilegium illi Marchionis Braciliani sit anterior, non habet chausum cognoscendi in exteros delinquentes in eius territorio, sed habet cognitionem ex iure communi, privilegium Baronis Siani speciale est cum clausa cognoscendi etiam in vassallis delinquentes extra territorium; & tamquam privilegium speciale prævalet, & praeditudicat illi; quod habetur de iure communi, ita post glor. Innoc. Cardinal. Buttr. Ieron. Joann. Andr. Speculator, Ancharen. & Gemmellian. dicit Felin. in cap. fiscus Romana num. 3. vers. limita secundo, de rescript. & in propriis terminis Follerius in practica in verb. audiuntur excusatores num. 71. cui responsio non tute adhaereo: nam, & si secundum privilegium contra prium generale, continens ius commune, non facta mentione primi valeat, iuxta prædictam limitationem Felin. & aliorum doctrinam, tamen ut idemmet Felin. declarat, & restringit, intelligenda est, dummodo particula, qua est contra ius commune, non tollat ius alterius: sed solum præsit privilegiato, ut est videre per eundem Felin. in d. cap. fiscus Romana dicta limit. 2. vers. hoc modo restringitur, quam restrictionem ex mente Abbat. & Hostiens. fundat, & latius in cap. nonnulli de rescript. num. 12: vers. limita secunda hanc fallenti, & eam refert, & sequitur Peregr. in tract. de iur. fisci. lib. 1. sic. 3. num. 32. in fin. n. 9. quam tamen conclusione.

Altero modo respondebant, quod cum per priuilegium illi Marchionis non est quæsumum ius in re, sed ad rem, priuilegium speciale, quod sequitur in beneficium Baronis Siani; prævalet, ita tenuit aliorum Doctorum authoritates adducens Felin. in d. cap. fiscus Romana num. 2. vers. limita secunda per text. in cap. durum, de præbenda in 6. consuluit Dec. conf. 247. sed hæc responsio nequam cura est; cum sit contra opinionem gloss. quam multi sequuntur, & communem refert Ieron. in cap. cum ordinem 4. col. 11. in quantum versus de rescripts. & quod forte terueretur in practica, 19 quod aduertit Ptole. de Franchi. dec. 1. 25. n. 4. vers. sed prædictis primis dicebatur. Nulla fuit habita ratio de translatione tabernæ aromatariorum in Terra Braciliani, per quem actum domicilium contraxisse fundebant pro parte Marchionis Braciliani; quia non sufficit solum tabernæ aromatariorum exercitum alia signa requiruntur significatiua domiciliij, de quibus latè per Felin. in cap. dilectus filius il seconde s. ad domicilium sortiendam vers. secundus cosus est, de rescript., & per Pet. Greg. syntag. suris loco citato, que non concurrebant in casu, de quo agebatur, in modo signa contraria, cum in Casali Siani uxoret cum domo, & familia habebat, ex quo ab eo unum domicilium mutandi non

Non presumebatur habere, illudque domicilium
20 propriè dicitur forum ex dictis per Grammat.
dec.87.

Magna Curia de mense Septembreis 1612. iudi-
cauit pro Baroue Siani, existentibus in ea Judici-
bus Regiis Consiliarijs Marco Antonio Morra, &
Didaco Paresia, Mascambruno, una mecum, Ma-
cchedonio, & Marta, & deuoluta causa per remedium
appellatio ad S. C. sententiam protulerunt pro III.
Marchione Braciliani reuocando decretum Ma-
gnæ Curie.

Et denuo sub die 27. Septembris 1612. per S.C.
idem iudicatum inter Baronem Caccuri, & IIb.
Principem Cariati; super remissione Joan. Leo-
nardi, & Marii Vescigli. & si aliter iudicauerat.
M. C. remittendo ad locum originis, & domicilii.

ARGUMENTUM.

Remissio post sententiam in causa criminali
Baroni an competit, & quid in causa civili.

S U M M A R I U M.

- 1 Remissio ad Curiam Baronis post sententiam in causa criminali an fieri debeat.
- 2 Et prædicta quæstioni negativè respondetur, & n. seqq. & ita etiā decisum num. 12.
- 3 Itemque in causa civili locum sibi vindicaret traditur n. 13.
- 4 In concordantibus vero exequitionem ipsius sen-
tentia, Baronii etiam post sententiam per iudi-
cūm domicilii latam exequenda etiam per
Judicem loci delicti hoc potestens affirmatur
num. 14.
- 5 Magna Curia ordinariam in toto Regno, iurisdi-
ctionem habet.
- 6 Sic, & Regia Provincialis Audientia in eorum
Provinciis.
- 7 Itemque Baronii eorum Terris, in eam tamen spe-
ciali hoc est ea primilegio.
- 8 Citatus à M.C. vel Regia Provincialibus Audien-
tias comparere suique Baronii priuilegia, & si
notaria, allegare tenetur, & querantur.
- 9 Necessaria licet ab onere probandi relevet; nam
tamen excusat ab onere proponendi.
- 10 Remissio donec per Baronem petita non fuerit, omnia
acta facta, & sententia ea ipse sequita con-
setur valida.
- 11 Sententia prolata, perceptra dicitur instantia, &
peremptum illud litigium adeo, quod Judicis of-
ficium in illo litigio aliquid plus facere non ba-
bet.
- 12 Provocari ad minorem Judicem non debet, sed ad
maiores.
- 13 Appellatio propriè dicitur, quando aliquis in in-
dicio se agravat ab aliquo actu adiutorio tenden-
te in eius latonem, ad superiora recursus
habendo.

DECISO. LXIX.

Post sententiam in causa criminali an sit lo-
cus remissioni ad Curiam Baronis affirmati-
vam tenuerunt Reg. Rov. ad prag. 11. ubi de crimi-
ag. oport. num. 6. Reg. de Tap. per Rov. loc. cit. re-
latur.

Negativam fundaverunt Dyn. Saly. in l. pri-
ma C. vbi de crimi. ag. oport. num. 2. vers. num. con-
demnatus non est remittendus Bal. in l. exequenda
C. de exec. rei ind. num. 28. vers. quarto de tali
quæstione, ubi tenet, non esse remittendum post

condemnationem, & debere puniri in loco; vbi
condemnatus est, Affl. in confit. Capitaceorum
de offic. Cap. 8. & Magis Just. num. 11. verf. justa hoc
querit, Grammat. decis. 26. num. 5. ib., ubi re-
missio petit a fuisse ante condemnationem criminalem,
en quo condemnatus non remittitur, Ann.
fignat. 56. vbi in causa criminali post sententiam
non fieri remissionem, tenet, & sic dictum refert,
sequuntur alij DD. relati per Avil. de Prætor. cap.
21. in verb. exequenda vnu. 7. Gars. Maltrilli. decis.
147. vnu. 11. verf. præterea deneganda esset remis-
so, Capiblan. sup. pragm. 8. de Baronsb. cap. 49. &
num. 13. verf. & cominganda ultima primis, & no-
vissimè Tor. in coll. dec. 2. vol. fol. 573. in verb. remis-
so.

- 3 Pro quorum sententia facit, quia M. C. habet
ordinariam iurisdictionem in toto Regno, patet
ex rite. 49. & per Affl. in confit. statutis ut M. C.
4 8. not. quæst 3. num. 29. & Regia Audientia Pro-
5 vinceales in ipsis Provinciis; Barones vero licet &
habeant ordinariam iurisdictionem in eorum ter-
ritis, fundatur in iure speciali, id est in eorum pri-
vilegio, quo stante nullum dubium esse debet, quod
6 cum ab ipsis Tribunalibus citatur aliquis, tenes-
tur comparere, & priuilegia sui Baronis allegare,
l. si quis ex aliena aff. de iudic. Caravit. in sit. 230.
num. 7. quod non inconveniens, nec notorietas
privilegiorum Baronum obstat, quia etsi privile-
gia sunt notoria, ob multos casus, quos ipsi co-
gnoscere non possunt, semper dubium est, an sub-
sit locus remissioni, vel non, & in eo dubio ven-
ditat sibi locum depositio d. l. si quis ex aliena. In
7 super notorium licet revelet ab onere proponendi
glo. in clementi appellanti in ver. alias de appellat.
donec ergo non fuit per Baronem pet ita remisso-
acta, quæ sunt in M. C. feū Reg. is Audientijs,
una cum sententia ex ipsis sequita, valida sunt
Alex. in l. à Diva. Pio §. sententiam ver. nec obstat,
8 quod alius esset in dubio. Prolata igitur sententia
perempta est instantia, & peremptum est illud liti-
gium, adeo, quod iudicis officium amplius in illo
aliquid superaddere nequit, vel. i. terminatio C. de
fruct. & lit. expens. & l. Judex ff. de re i. iudic. verba
sunt Bart. in l. num. 7. & postea §. si damnetur verf.
ratio, quia lata sententia ff. de iure iurand. si igi-
tut non erit l. l. siec instantia non erit locus re-
missioni, & si per appellationem forsitan datur se-
cunda instantia non erit iudex Baronis compe-
tens, quamvis Baro haberet secundas causas, cum
non sit iudex maior: ad minorem enim. Judicem
10 provocare non debet, sed ad maiorem, l. prima
§. si quis in appellat. & appellatio propriè dicitur,
11 quando aliquis in iudicio se agravat ab aliquo
actu judiciario tendente in ejus latonem habendi
recursum ad superiora. Marant. in spec. par. 6. &
12 quandoque appellatur nu. 5. & ita iudicatum fuit
per S. C. sub die 15. Junij 1621. in causa Julii, &
Blasij Ciccarelli de Galati Juliani cum III. Duce
Montis Leonis patentis remissionem post sententiam
latam per Magnam Curiam, & de Ferrarijs Act.
13 Quod etiam in causa civili observandum erit pro
tradita per Rebuff. & per Ann. fig. 55.

14 Posset sustineri opinio affirmantiam in concer-
nentibus exequitionem ipsius sententia prout sic
tenet Imol. in l. postea princ. ff. de public. ind. qui
dixit, quod si sententia est lata per iudicem
domicilii, exequetur postea per iudicem loci
delicti: hoc potestem iuxta id, quod habetur in
d. l. prima C. vbi de crimi. ag. oportet, & dictum re-
fert per Sacrum Consilium Tor. in d. comp. decis.
vol. 2. fol. 573. in verbo remisso.

An ob fraticidium quis indignus efficiatur. Indignitas à quo obiici possit. Bona ob indignitatem propter defuncti necem ad fiscum pertinere coram quod petendum sit. Vtrum causa, qua virtut in S. C. inter privatos super eadem re, super qua pendet iudicium per fiscum motum in Reg. Cam. ad eandem remittenda sit. Et num pendente iudicio per fiscum moto sit supersedendum in causa S. C. super eadem hæreditate inter privatos vertente.

SUMMARIUM.

- 1 Ob fraticidium quis indignus efficitur, non autem incapax, & n. 9.
- 2 Hæritas auferitur à fratre fratrem occidente, & idem ius obtinet in aliis familia scelera committentibus hic relat, & n. seqq.
- 3 Bona, qua ab indignis auferuntur, fisco applicantur.
- 4 Ab indigno adire difference, ius adiundi mero in re ei quae fiscus auferit, & post ablationem eam hæreditatem Caesaris procurator adhibet.
- 5 Incapax dicitur, qui ob delictum deportatur.
- 6 Indignitas à fisco tantum obiici potest ex glossa communiter recepta.
- 7 Bona ob indignitatem propter defuncti necem ad fiscum pertinencia coram procuratore Caesaris potesta.
- 8 Fiscus ubi est conventus per Regiam Cameram, litem terminandam esse per Regiam pragmascam provisum est.
- 9 Remittenda autem causa (qua in S. C. inter privatos vertitur sub eadem re, super qua pendet iudicium in Regia Camera per Regium fiscum motum) ad eandem Regiam Cameram, ad partes discutitur.
- 10 Articuli decisiō in causa in S. C. inter privatas vertentes, an, & quando sit ad Regiam Cameram remittenda pro illius determinatione, & n. 16.
- 11 Judicio in uno, eodemque quod terminari posset, apud diversos Judices veptilari prohibitum est.
- 12 Continentia causa quando dicatur.
- 13 Et an ob eam quis coram sodero Judice compare re teneatur.
- 14 Et quid propter rationem absurditatis vita.
- 15 Fiscus quoiescumque pro suo interesse comparet causam ad suum Judicem trahit, idque declaratur, & limitatur ut n. seqq.
- 16 Fiscus quando ad summum Tribunal causam negat, adlocare saltem ibidem, ubi lis pendet, efficeret potest, ne aliquod praividicium sibi inferatur.
- 17 Prinde prelatio sententia, eiusdemque executio impediri non poterit.
- 18 Fiscus in ius privati ex causa publicationis, seu confisicationis honorum succedens, litem captam coram suis Judicibus terminari facere poterit.
- 19 Id tamen intelligendum est prima iustitia duarum.
- 20 Quod si prima sententia iam lata, causa in appellationis iustitia reperiatur fiscus quavis modo particulari interesse habens appellationis iudicium Judice non mutato prosequi debet, & ita decisum, ut infra in poftrmiss verbis.

21 Fisci privilegium circa supersufficiam carceris inter privatos in S. C. videntur.

22 L. apud Julianum ff. de iure fisc. qua de pralibato agit privilegio, an sic corredita per l. ult. in fin. C. de pet. hæred.

Difidium fuis in hoc inter Scib. ut patet n. 31. & 32.

23 Dispositio quantumvis generalis non complectitur, casus specialiter previsor.

24 Cit. l. apud Julianum inservit.

25 Privilegium derivatum ex d. l. censes exceptio- nes dilatoriam.

26 Exceptiones dilatoria opposi debent ante litis contestationem.

27 Deciso.

DECISO LXX.

P Hilippus Spinola petiit 30. Julii 1616. declarari incapacem per S. C. Ioannem Baptisam Cataneum ob homicidium in personam Stephani Catanei hæreditatis, & bonorum per ventorum à quond. Balthasare Cataneo patre ipsius Stephani occisi, nec non ipsius Stephani, & Caesaris fratris, & ad ipsum spectare, vt hæredem Caesaris, & postmodum sub die 4. Octobris 1617. idem petiit, facta denunciatione Regio fisco, instans declarari, nullum ius competere.

Sub die 24. Octobris 1617. pro parte Regii fisci in Regia Camera fuit petitum, declarari eadem bona spectare ad Regium fiscum ob indignitatem Ioannis Baptisae Catanei ex causa predicti homicidij.

Et novissime petiit in Collaterali Consilio mandari, quod per S. C. non procedatur in iudicio per dictum Philippum moto, & quod Regia Camera procedat super instantia Procuratoris fisci.

Pro cuius instantiae fundamento, sequentes conclusiones fundabat fiscus.

Primo, bona quond. Balthasaris, Stephani, & Caesaris ad fiscum spectare ob homicidium per Ioannem Baptisam patratum in personam dicti Stephanii filii dicti quond. Balthasaris, & fratris dicti Caesaris, propter quod indignus Joannes Baptista effectus fuit ad tex. in l. Lncius ff. de iur. fisci in l. cum ratio §. fin. ff. de bon. dannat. unde à fratre occidere fratrem auferitur hæritas, Albericus de statu. lib. 3. quaff. 58. & idem de occi-

dente liberos, vt privetur hæreditate obveniente ab ipso patre, tanquam indignus, Fatin. in 4 par.

4 in tract. de homicidij quaff. 120. sed. 2. num. 34. vers. sed quoad incidentem vicorem, vel liberos, &

de quocunque agnato occidente suum agnatum, Fatin. in d. quaff. 120. in princ. Mantic. de con-

iect. ult. volunt. lib. 12. tit. 5. num. 21. & bona, quae

5 auferuntur ab indignis, fisco applicantur, l. Pa-

pinianus §. memisisse, ff. de ius. test. l. alia C. qui-

bis ut iudig. Affl. in cap. 1. de fratr. de non benef.

6 invest. num. 9 in 53. privileg. quod etiam in subtili-

7 tuto procedit, si ipse occidat institutum, adhuc enim inducetur regul. d. l. cum ratio §. fin. etiam

si sit subtilitus per fideicommissum, Barbos. in l.

fi ab boſibus la 2. §. fin. supra num. 20. vers. quam

conclusionem ampliabis, Molin. in tract. de primog.

8 lib. 1. cap. 9. num. 26. & quamvis differat adire indi-

gnus, mero iuste ius adeundi ei acquisitum fiscus

aufert, & post ablationem procurator Caesaris eam

adibit hæreditatem iuxta l. prima ff. de offic. proc.

Caj. & videtur text. in l. ff. sequens ff. de ad S. C.

Syllas. iuxta inductionem Barbos. ibidem supra n.

22. vers. amplia secundo, Peregr. de iur. ff. lib. 2.

tit. 4. num. 14.

9 Nec

9. Non iure fundari potest pretensio Philippi ob assertam incapacitatem; nam ex omnibus adductis, & authoritatibus, patet, indignum, non incapace propter dici posse obfratricidium, & tunc incapax esset, si ob delictum deportatus esset, Bar. in l. fin. ff. de peccatis Molin. in d. cap. 9. nn. 27. vers. quod intelligendum erit.

10. Secundo, indignitatem à Fisco tantum, obiecti possit tenet gl. communiter recepta, in l. is. conse, quaeque & sed an ff. farr. h. c. s., quam, ut singularem à Doctoribus relata est, assert Boet. decif. 25. num. 19. vers. 6. ad veritate ad unum singulariter, communiter approbatam dicunt D.D. per Vivium in recoll. comm. op. n. op. 33. 1. per Mantic. in d. tit. 5. num. 20. & per Peregr. de inr. fisc. lib. 2. 4. iudig. tit. 2. num. 8.

11. Tertio, bona ad fiscum pertinere ob indignitatem propter necem defuncti coram procuratore Cesarii est petendum, tex. in l. secunda C. ubi causa fiscalis, Angel. in l. cognitio p. in fin. C. ad S.C. Syllan. Peregr. de inr. fisc. lib. 7. tit. 1. num. 213. &

12. vbi fiscus est conventus, prout in casu, de quo agitur, per Regiam pragmaticam est provisum, quod lis per Regiam Cameram terminetur,

Hic iactis fundamentis, de duobus, fuit dubitatum in Collaterali Consilio, in quo intervinerunt Regens Valenzuolo, & Regens Jordanus Vetus, vna cum Consiliariis Salvo, & Palatio, & Presidente Regiae Cameræ Laurentio, de Franchis, adjunctis.

13. Primo, an causa, qua vertitur in S. C. inter privatos super eadem re sit remittenda ad Regiam Cameram.

Secundo, an pendente iudicio per fiscum motu supersedendum in causa vertente in Sacro Con. filio supèr eadem hereditate.

Ad primum, & si causa vertatur inter privatos in S. C. quia in decisione articuli de interesse, Regij fisci principaliter agebatur; nam declarando in capitem, & non indignum Joannem Baptistam, Cataneum iuxta pretensa per Philippum Spinula, rejecta veniret pretensio fisci, in qua pretensione cum fuerit citatus, sententia prejudicium fisco afferret, quo casu nulli dubium erit, esse ad Regiam Cameram remittendum etiam non instanti patri monij procuratore, cum S. C. sit Iudex, penitus incompetens. Praef. de Fran. decif. 132. in princ. quod patet etiam ex dispositione Reg. prag.

14. Insuper etsi principaliter adhuc cum decisio possit afferre praediudicium Regio fisco, etiam si forsan habere posset similes causas, ne ex decisione per aliud Tribunal est, magna authoritates, adhuc ad Regiam Cameram spectaret cognitio. Capyc. in indec. in verb. gabelliorum lites, referit Dom. de Franch. in dec. 117. in fin. Gaball. in cas. 168. in fin. nn. 8. co. magis in casu, de quo agitur, cum idem sit petitum sub titulo incapacitatis, per Philippum Spinulam, quod ob indignitatem fiscus petit, & quod uno, eademque iudicio poterit testi minari, prohibitum est apud diversos Iudices, ventilari l. nulli C. de indic. & continentia cause, dicitur cum sit eadem persona conventa, eadema.

15. res, & actio ex uno, eademque fonte procedit, vt declarat Afflct. dec. 354. num. 13. unde tenetur compare coram eodem Judice; Innoc. in cap. ve. 19. nies nos, p. est proponere coram ipso Judice delectato de fiscis, qui erit Iudex causarum fiscalium, nam quocunque compare fiscus pro suo interesse, causam trahit ad suum Iudicem, l. si minor C. de inr. fisc. lib. 10. Anchas. Paul. de Castr. Ca-

str. Cagnol. & reliqui, quos adducit Peregr. de inr. fisc. lib. 7. tit. 1. num. 9. quod etiam ratione absurditatis vitanda observandum erit, vt advertit glo. in l. prima in verbo secundem Judicem ff. de quib. reb. apud eund. Judic. nam posset evenire, quod per Sac. Cons. incapax, seu innocens declararetur, & per Regiam Cameram indignus, uti fraticida.

Replicatur, in Sacro Consilio non esse conveniunt fiscum, sed litem esse inter duos privatos, & de petitione Philippi contra fiscum nullam habendam esse rationem in S. C. & remittendam esse ad Regiam Cameram: illud vero interesse, quod consideratur ex sententia a forsan proferenda inter ipsos privatos non attendatur pro remissione cause ad Regiam Cameram; sed proceditur ad expeditio-

nem capite, inter partes salvis iuribus Regij fisci, ut decisum testatur Dom. de Franch. decif. 137. circa finem, non est considerable, illud leve praec. iudicium, quod potest induci ex sententia Sac. Cons. ob authoritatem Tribunalis, vt possit operari effectum remissionis attenta dispositione Regie pragmaticæ, qua exceptis tribus causibus, in quibus fiscus est actor, vel reus, aut author laudatus arbitrio Excellentissimi Proregis, causas per

Regiam Cameram decidendas remittit: vnde non valuit fiscus obtainere remissionem cause, motu contra debitorem à debitore fisci, quamvis agere. cur de totali, & formalí fisci interesse, quia debitor succumbente inquis remanebat, actio fisci per inopiam debitoris exclusa, ut resent idem Reg. Rovitus, suffit decizum in causa Victoris Poderici cum Dominico Spinola in pragmas. 64. de officio procur. Cas. incip. desiderando sua Maestà num. 2.

24. Poterit enim fiscus assistere, ne aliquod praediudicium in Sac. Consiliis inferatur, ut advertit Vide de Franch. in relata decif. 117. & Reg. Rovitus in allegata pragmas. 64. num. 4.

Facit, quia Fiscus in hoc casu, ut tertius, compare ad infringendum iura, vnius ex litigantibus pro suo interesse, quo casu non habet declinatoriam ex deductis d. dec. 70. num. 22. & si tertius comparens sit clericus, vide supra decif. 90. num. 22. & 23. & cum esset petita restitutio in integrum per Fisci Procuratorem, ex adductis in præalleg. decif. 70. & 90. rationibus, & exemplis fuit provisum, non esse deferendum petitam in integrum restitutio. ni sub. die 6. Febr. 1643.

25. Et proinde nec prolatio sententia, nec executio poterit impediti, ut tradit idem de Franch. decif. 26.

Cum inter duos privatos esset contentio, Fisco creditori vnius illorum fuit denegata remissio ad Regiam Cameram, verum licet assistere liti pro suo interesse, & proponere exceptiones, quas ille opponere omittit in Sacro Consilio, in quo pendet lits nam, & privatus creditor pro suo interesse ictu facere potest, l. s. cui. C. de non numerat. possum. sic Paul. de Castr. in l. l. C. se fiscus, vel privatus, & bene secundum Peregrin. in tract. de inr. fisc. lib. 4. tit. 6. num. 47. & observatum fuit in Collaterali Consilio, me referente inter Regium Fiscum, & heredes qu. Portia Caracciola cum D. Astorgio Agnese administratore hereditatis sororis Maris Carassi Cerza.

Dicebatur etiam, quod sumus in instantia re, clamacionis, vt ex supradictis verbis decreti, Sac. Cons. patet, & instantia appellacionis est tanta efficacie, quod licet fiscus succedens in ius privati ex causa publicationis, seu confisctionis bonorum possit litem coptam coram suis Judicibus res-

minari facere iuxta tradita in l. si constante §. fin. ¶ solut. matrim. de quo per Peregrin. de iur. fisci lib. 7. tit. 1. num. 11. hoc tamen effet intelligendum
 27 durante prima instantia, secus autem si lata prima sententia causa repesiretur in instantia appellationis, quo casu fiscus quamvis mere principalis habens interesse tenetur illud iudicium appellatio-
 28 nis prosequi, iudice non mutato ex doctrina Salyc. in l. prima C. si pend. appell. Franch. Lucaus de privileg. fisci nn. 20. Peregr. in d. tit. 1. lib. 7. n. 12.
 29 Ad secundum, quod propter privilegium fisci erat supercedendum in causa inter privatos verten.
 30 te in S. C. super eadem re, asserebat text. in l. apud Julianum ff. de iur. fisci.

31 Ex adverso dicebatur text. l. apud Julianum fuisse correctum per text. in l. fin. §. fin. C. de pos. bared. vt Andr. posuit in cap. Imperialem §. prae-
 32 serea inter duos poss. num. 73. vers. quid ergo si do-
 minus, & in vers. verius videtur, & Specul. in
 33 ver. item si fiscus in cit. de roo, advertit Advocatum rei, ne actio praedicta sit sublata per id, quod
 habetur in d. l. fin. C. de pos. bared.

Hæc autem correctio non fu*t* habita pro vera:
 34 nam text. ille loquitur in fisco, ut advertit glo.
 35 in d. l. apud Julianum in verbo expressum, & se-
 quuntur alij, & dispositio quantumvis generalis
 non comprehendit casus specialiter provisus l. fin.
 vbi glo. C. de filex. lib. 10. latè Præl. de Franch. in
 decisi. 162. nn. 14. & Pater Molfesi in Consuet. Nea-
 pol. de renunc. qu. 1. nn. 46.

Dicebatur secundo admisso tex. in d. l. apud Ju-
 lianum non esse correctum, locum tamen sibi ven-
 36 dicare, quando eodem tempore fiscus, & privatus
 concurrunt pro vendicatione certorum bonorum,
 alias si fiscus item non moverit, vel prius conte-
 stata non fuerit nomine fisci, non impeditur expe-
 ditio causæ privati, & me debitur fisco per cautio-
 nem in casu, quo ille, qui de præsenti non possi-
 det, prius obtinet, iuxta textum in l. is, à quo
 ff. de rei vendication. & in l. penult. ff. de pos. bared.
 juncta glo. in d. l. apud Julianum in verb. expres-
 sum est, per text. in l. si bares ff. si cui plus, quam
 per l. falcid. vbi gl. intelligit supercederi, si effet
 lis contestata, & Albericus clariss. dicit in d. l. apud
 Julianum, filco vendicante etiam lite super hoc
 contestata, vel vendicare inchoata antequam pri-
 vatus contendat ad se pertinere, ita concordando
 tex. in d. l. si bares, & sic supercederi non debet,
 nisi quando fiscus, & privatus concurrit in agen-
 do, ut Affl. declarat in §. 1. §. rei autem nn. 9.
 de ius. de re alien. fact. & Peregr. loc. lit. & Andr.
 in d. §. præserea si inter duos num. 23. vers. verius
 videtur. Hæc enim exceptio licet in favorem fisci
 37 dicitur dilatoria, ut potuit Specul. in d. vers. item
 si fiscus, id est processus privati est compilatus,
 38 non poterit hac ratione impediri expeditio causes
 privati, cum clarum sit, dilatorias exceptiones
 opponi debere ante item contestatam, l. ita de-
 cimus, vbi glo. & DD. C. de procur. l. exceptionem,
 vbi gl. Bart. & cæteri C. de probat. & l. Pomponius §.
 ratificationis ff. de procur. & quod supercederi non
 debeat in expeditione cause inter privatos salvis
 iuribus Regii fisci, suit solemniter decimum in Col.
 lateral. Consilio facta relatione per Regiam Ca-
 meram in causa Catherine Pellegrinæ cum Al-
 phonso Sanchez, vt refert Dom. de Franch. in dec.
 261. in fin.

37 Ex quibus sub die 30. Octobris 1618. fuit de-
 cimum, quod procedatur in S. C. ad ea, quæ incum-
 bunt in causa reclamationis prætense incapacitatis

dicti Joannis Baptiste Catanei inter eum, & Phi-
 lippum Spinolam vertentis in eodem S. C. verum
 circa prætensa per dictum Philippum Spinolam
 contra regium Fiscum adeant Regiam Cameram
 Summarie.

ARGUMENTVM.

Citatus pro extractione pecuniae ad partes in-
 fidelium, & frumenti extra Regnum, ac
 proemptione liberantiarum contra formam
 regiarum pragmaticarum, simulatque con-
 tumax effetus est, an poena pecuniaria
 mulctari possit absque alia citatione.

S U M M A R I U M.

- 1 Ex delicto agi potest criminaliter, & civiliter scilicet ad paup. & ad interesse.
- 2 Ceterum questionis est, quando utique pana debeat, & in uno eodemque libello cumulari posse, & sub distinctione resolvitur questione, & num. 3. & 4.
- 3 Judge potest pecuniarias patnere panas adversus consumacem confito de delicto.
- 4 Et in absentem sententiam proferre fuisse contestata lis sit fuisse non, si modo capitali, vel de pana corporis afflictiva non agatur, & num. 9.
- 5 Quod in causa criminis, pro quo ciuilis agitur, locum quoque fibi vindicat.
- 6 Consumacia viuis habet litis contestationis.
- 7 Citata pars an eo pso, quod non comparuit, & fuisse contumax, possit à Judice mulctari absque nova citatione super hoc dissensa Scrib. opiniones pulchro distinctionis facere conciliantur, & nn. 11. & seqq.
- 8 Judge in accessorijs plurimorum potest.
- 9 Contumax per M.C. ritum in Regno non audiatur, nec in alia ciuili causa etiam se defendendo, si juri dicis sic visum fuerit.
- 10 Pana quando est promissa, & stipulata penes ad Curia absque alia citatione, & libello sit exequi.atio pro omni eo, quod in obligatione est deducendum iuxta Mag. Cur. ritum, & Regia Camera stylum.

DECISO LXXI.

- C**itatus fuit ab informandum Michael Vaez iuxta stylum Magn. Curie pro extractione pecuniae ad partes in fidelium, & frumenti extra Re-
 gnum, ac proemptione liberantiarum contra for-
 mam regiarum pragmaticarum, & facto contu-
 macc, institut fiscus pro pecuniaria poena exequi
 pro nunc, ad quam etiam tenetur virtute obliga-
 tionis immittendi frumentum ad Civitatem Neap.
 ad veramque enim tenetur, & ad corporalem, &
 ad pecuniariam, cum una respiciat vindictam, al-
 tera per sequestrationem rei familiaris pro interesse
 Regij fisci, l. si quis res §. fin. ff. de recept. arbitra.
 vbi glo. & Bart. in l. prima §. Prætor edixit ff. de
 iniur. & possunt cumulari in eodem libello, Ma-
 rant. in Specul. par. 4. in prima dist. iud. nn. 4. &
 6. prout actum fuit in citatione ad informandum
 super extractione prædicta, pro qua utique poe-
 na imponitur, & potest agi altera via, non ob-
 stante, quod prius actum est una, ita communiter
 refert Maranta in Specul. in dicta 4. par. in prima
 dist. iud. nn. 9. vers. breviter communis con-
 cluso, secus si utique poena tenderet ad publicam
 vindictam ex dictis per Ann. alleg. 40.

5 Et

- 5 Et Iudex in contumaciam constitit de ieiuncto statuere potest penas pecuniarias tex. est in l. ab. finem vers. adversus contumaces verò ff. de pen. per quem text. glor. in Conf. Grandis, in verbo ca. p. 14. tenuit in absentem posse dari sententiam.
- 6 sive sit litis contestata, sive non, si non agitur de capitali, sequitur. Affl. ibidem & in cons. panam novam uiciarum in §. contumaciam in primo u. tab. vers. sed ex quo in Regno, subdens per cap. Regni defensantes non requiri litis contestationem, quod procedit, etiam quando agitur civiliter pro causa criminis ex dictis per Marant. in dict. 4. par. in prima diff. iud. num. 94. vers. tamen, quia dicta regia pragmatica, & contumacia habet vim litis contestationis, Bart. in extravag. ad reprimendum in verbo contestata num. 2. Rovit. ad pragm. 111. de ord. iud. num. 10.
- 9 Et absentem posse condemnari, ubi non venit imponenda pena corporis afflictiva, communem esse refert Bald. in l. absentem in fin. C. de ac. cus. & alij adducti per Iul. Clar. in §. fin. quae 44 in princ. ver. hauc. tamen conclusionem intellige.
- 10 Sed dubitatur, an requiratur nova citatio, & videbatur requiri per doct. Bart. in l. secunda ff. si quis in ius vocat. nou. ier. vbi tenet, quod priusquam proferatur sententia, seu multa contra contumaciam, debet de novo citari ad allegandum, quare multatari, non debeat, quam opin. refert: & uti communem sequitur Clar. in d. quae 44 n. 9. ver. quum tamen sciat.
- Facit etiam deciso de Franch. 457. ubi contumax, dum de privatione officij agebatur, fuit catus ad omnes, & singulos actus.
- 11 Sed his non obstantibus citationem aliam non esse necessariam, patet, quia cum pena hæc respicit processum, & eius sit accessorium, tunc sine nova citatione fieri potest condemnatio: quoniam Iudex multum potest in accessorijs l. adil. s. item sciendum ff. de adil. edic. & ita tenuit Bart. in l. 3. §. si ad diem ff. de re militari, quem refert Imol. in cap. 1. de iud. & post utrumque Andri. Barbat. in d. cap. 1. n. 62. vers. sed lo. de Imol. assignat rationem diversitatibus & inferius n. 63. vers. unde dicit.
- 12 de iud. Distinguente, quandam esse panam contumaciam, quæ respicit primum processum, lupet quo contumacia est admissa, puta ut contra contumaciam feratur sententia, vel perveniat ad primum, vel ad secundum decretum, & tunc proculdubio nova non requiritur citatio; sed Iudex poterit condemnare contumaciam, non repetita citatione, quandam vero esse penam, quæ ipsum processum non respicit, neque eius accessoria, ut si propter contumaciam vellet quis aliquem in certa quantitate damnare, vel ab officio removere, & tunc requiritur nova citatio, ut habeat terminum, intra quem doceat, & docere possit de sua excusatione, & ita loquitur Bart. in d. 2. & procedit relata Vinc. de Franc. dec. 457. & sic patent responsiones ad contraria, & firma remanet conclusio, quod non requiratur alia citatio.
- Quod fortius in Regno procedit, cum per r. cum M. Cur. 220. secundum ordinem Car. incip. 13 item si aliquis, vel aliqua, non audiatur contumax, nec in alia causa civili, etiam se defendendo, si iudici videtur, ut ibi notant. Scriptentes de quo meminit Vinc. de Franc. dec. 271. num. 3. in fin. & num. 5.
- 14 Eo maxime in casu, de quo agitur, in quo pena est promissa, & stipulata penes acta Curiæ quo

casu absque alia citatione, & libello fit exequitio pro omni eo, quod in obligatione deductum est per rit. Mag. Cur. & ita se habet stylus Regis Camerae, ut exemplis patet.

- 15 Non fuit postmodum decisum, quia comparuit, & p. penso negotio coram Delegatis, falsa denunciatione reperta, non esse molestandum censuerunt, Imo Regium Patrimonium eius industra, & labore magnum fructum consequutum fuit, proinde titulo Comitatus pro mercede decoratus extitit, & Nepos ad Presidentis R. C. munus assumptus fuit, in quo cum patrui vestigia fuerit sequutus, non minus commodum eius opera percipit idem Patrimonium.

Verum alias practicatum in M. C. contra contumaciam pena pecuniaria fuisse citatum reum ad omnes, & singulos actus, & accusatis contumaciam in contumaciam processum ad exequitionem penarum.

ARGUMENTVM.

Cumulationis actionum materia diffusa, longaque manu pertractatur.

S U M M A R I U M.

- 1 Actionum cumulatio quid sit.
- 2 Ad cumulationem inducendam quos, & quae requirentur.
- 3 Quando permittatur, & n. seqq. & quando prohibetur n. 16.
- 4 L. hereditas materteræ C. de petit. heredit. declarat, & n. 27.
- 5 Actiones accumulatio regulariter pernauititur.
- 6 Actionis plures ex diversis causis concurrentibus ad idem competentes cumulari possunt.
- 7 Actionum cumulatio quando prohibetur, & n. mor. 11.
- 8 Reivendicationis, & petitionis hereditatis iudiciorum non sunt inter se contraria, sed diversa.
- 9 Hereditatis petitionis iudicium, cui, adversus quem, & pro quibus rebus detur, & n. 10.
- 10 Actor contraria allegans non audiatur, & idem necessario eligere debet unam ex pluribus actionibus sibi contrarijs, idque exemplis illustratur.
- 11 L. vt debitum s. C. de heredit. act. intellectus, & num. 26.
- 12 Causa major potitur prælationis prærogativa.
- 13 Iudicium particolare inter l. n. differtur, quoad iudicium universale finem accipiat.
- 14 Hereditatis peticio quod ratione præindicialis dicatur quoad alia minora iudicia;
- 15 Reivendicationem, & petitionem hereditatis aliquando posse cumulari non sine ratione docuit Bal. hoc alleg.
- 16 JUDICIUM secundo loco intentatum, quando sit primum terminandum, quem primum.
- 17 Actiones ex diverso fonte provenientium quando permittatur accumulatio.
- 18 Actionum accumulatio quando impeditur respectu executionis.
- 19 Actionum accumulatio impeditur ratione superfluitatis.
- 20 Actionum accumulatio in Regno est permissa, & de ratione.
- Regula prohibentes actionum cumulacionem dicta est de apicibus iuris.
- Præindicialia in Regno faciunt sublatas.

Ocurre-

- Occurritur eidem motio, quod sit in contrarium.
- 31 Exceptio cumulationis ut dilatoria est opponenda ante litis contestationem.
- 32 Actionum contrariarum ad idem tendentia da-
tur accumulatio ex gl. hic allegata.
- 33 Actionum contrarietas ex Bal. sequentia considera-
tur tripliciter, origine, extremitate & executione.
- 34 Actionum cumulationis regulariter excludit pri-
ma contrarietas. Iste in secunda, ut nn. 28.
- 35 Actiones originis contrariae quoniam puto digu-
scantur.
- Iudicium ius officiosum, & iudicium nullius aut falsi se-
stamenti adversatur sibi, uti contraria. ibid.
- 37 Accumulatio non admittitur in contrariis, etiam
si sententia lata in uno non afferat praividicium
in alio secundum Bal.
- 38 In actionibus, qua electione non colluntur, quando-
tis controversia sit probita accumulatio.
- Accumulatio non admittitur in duabus causis,
lucratis.
- 39 Actionum realium quo quacunque causa descendens
inhibetur accumulatio.
- 40 Accumulatio non admittitur, ubi cognitio
facta in una actione collitur alia.
- 42 Inconveniens enumerantur, qua oriuntur ex
probita accumulatio.
- 43 Accumulatio reiici debet à Juge etiam parte
non opponente,
- 44 Iudeo parte non in hanc ratione contrarietatis
actionum debet libellum lacerare.
- 45 Confititio Regni Si civilitas agens solens prae-
dicialia, non comprehendit exceptionem pro-
venientem ex fonte repugnantia.
- 46 Legislator facere non potest, quod actus consimilis
in se repugnans valere, in id nec omnipotens
Deus.
- 47 Accumulatio permittitur ad tollendam multitudi-
num litium ut sub uno Juge terminentur.
- 48 Accumulatio coram diversis Judicibus super ea,
dem non prohibetur.
- 49 Conf. Regn. Si civilitas agens non servatur, si que-
stio pendet coram diversis Judicibus.
- 50 Accumulatio strictius accipitur in Regno, ubi pro-
ceditur sola facti veritate inspecta.
- 51 Decisio S.C.
- 42 Contrarietas cessat, quando actiones non propoun-
tur.
- 43 Accumulatio non dicitur actionum, qua compo-
sunt ex diversis causis, & diverso tempore.

DECISIO LXXII.

Mortuo Antonio Brancia, qui emerat à Regia
Curia feuda Larenii, & Casalium pro pretio
ducatorum nonaginta mille, cum potestate nomi-
nandi in successorem, & heredem in dictis feudi
unum ex ejus filiis secundogeniti, facta de dicta no-
minatione in personam Hieronymi, filij secundo-
geniti, egit in S. C. Jo. Vincentius Brancia de-
scendens ex filio primogenito in anno 92. & p.
sij se declarar in heredem in dictis feudi non ob-
stante dicta nominatione tanquam nulla, & inva-
lida, & proinde condemnari Hieronymum nomi-
natum, & possessorum ad ea relaxandum vna cum
fructibus, & in dicta causa fuit processum ad vi-
seiora, & ipsa remissa ad S. C. Mortuo postmo-
dum dicto Hieronymo in anno 1600, Philidpus
eius frater, utrinque coniunctus ad presens Mar-
chino Larenii apprehendit ab intestato possesso-
nem dictorum feudorum, iterum Io. Vincent. in
anno 1607. petiit in S. C. se declarari heredem
eisdem feudi dicti Hieronymi sine prejudicio li-

tis primo moto, & proinde condemnari Marchio-
nem possessorum ad ea relaxandum vna cum fructi-
bus. Is haec causa fuit proutum procedendum
esse in Sac. Cur. non obstante remissione petita ad
Regiam Cameram, fuit datum terminus, & pre-
cessum ad vi seiora, comparuit Marchio conven-
tus, opponendo exceptionem prohibitam cumu-
lationis, & duplicitatis, & propterea institutum
videri esse supersedendum in hoc secundo iudicio,
donec terminetur, & dissinatur primum, adver-
sus quam exceptionem haec pro Marchione addu-
cebantur.

Cumulatio ex communi Doctorum placito est
coacervatio plurium actionum contra eandem
propositarum in iudicio legitimè facta, ut post
alius speciosè, ac sapienter norat in facta Positio-
num legalium S. T. M. D. Io. Chrys. Scarfè, qui
postquam scientias omnes speculativas illustrave-
rit, publiceque ad mentem Damasceni, Homo,
assistentis Eminentil. Principum plurius, plotesq;
non inglorie substinxerit, nobis etiam pro veroque
iure iura dedit. Ex qua definitione clare duo col-
liguntur.

Primum, requisitum ad cumulationem inducendum,
ut plures actiones auctore tempore iudicii movendi
competant ad hoc, ut illis coacervatis experiatue
confer, resum.

Secundum, ut cumulatio plurium actionum
contra eundem proponatur.

Primum omnino deficit in casu nostro, cum
tempore primi iudicij à Joan. Vincentio inventati
ei non competebat actio successionis, & tenuta bo-
norum feudalium Hieronymi, qui adhuc erat
vivus, & contra eum dirigebatur iudicium. Quo
mortuo absque descendantibus proposuit Joannes
Vincentius secundum iudicium ex novo sibi iure,
superveniente, & proinde ex hac nova successionis
causa agi potest, ut est tex. in 1. hereditas mater-
ter. C. de hered. petit. vbi si quis petuit hereditatem
matrernam, quia non pertinet, nec ad patrem,
nec ad conventum, & sic actor succumbuit, si
deinde tertius, cuius est hereditas, decedat, &
nova supervenit ex eius morte causa succedendi
actori, poterit agere contra conventum, non ob-
stante exceptione rei iudicato ex prima sententia
resultante, & sic quando plures actiones diverso
tempore ex diversis causis competunt, tunc date
petitio successiva, non cumulatio ex nova cause
superveniente, nec est vera illatio partis, quod in
illo tex. permittitur secunda petitio, & sic cumula-
tio, quia erat finitum primum iudicium, quis tex.
hoc non dicit, & eslet eius literam destruere, nec
Imperator se fundat in sententia lata contra peten-
tem, ut tunc demum denud agi potuisse ex novo
iure superveniente, si primum iudicium esset con-
tra patrem finitum; sed principaliter statuitur,
quod petitio hereditatis non infringit aliam peti-
tionem successivam, quia supervenit ex nova suc-
cessionis causa, idemque non deducitur ex illo tex.
quod ordine successivo una post aliam debebat
proponi, cum ibi hoc evenerat ex facti contin-
gentia, cum secunda actio non competit, nisi finito iudicio, sed dum prima non infringit
secundam ex novo iure competenti, super hoc
fundatur decisio tex. ut admittatur tanquam peti-
cio successiva ex nova non autem, ut possit dicere
cumulativam.

Deficit, & secundum requisitum ad inducendum
cumulacionem, cum in his duobus iudicij agatur
non contra eandem, sed diversas personas, que
casu

casu non procedere regulam prohibitivam cumulationis, cum propriè cumulatio non sit, notat Bart. in aust. hoc ita col. 2. C. de dnb. reis, Curt. in d.l. edita num. 297. Purpur. num. 50. Alciat. vers. quid de accumulatione, hisquè relatis Bologn. n. 133. Primum namque iudicium fuit institutum contra Hieronymum, secundum autem contra Marchionem, non vti hæredem Hieronymi, sed vti tertium extraneum detentorem, cum ipse Jo. Vincentius agens ex novo iure sit hæres Hieronymi.

Verum vt omnino obturetur os parti adverso, etiam si in casu nostro essent applicabiles cumulationis termini, non esset prohibita cumulatio, cum cumulatio actionum regulariter sit permisita, ut post glos. in d. l. edita firmant Bart. ibidem num. 13. & 14. Salycet. num. 18. Decius num. 59. Bald. in loc. Patavina num. 77. Viv. opin. 173. Consil. Carleval. in tract. de Judic. tom. 2. lib. 1. art. 2. disp. 2. hinc in nostris terminis quād sunt plures actiones ex diversis causis competentes ad idem, possunt cumulari, ut post Dyn. & Angel. docet Dec. in d.l. edita num. 8. Odofred. in l. 1. num. 7. vers. si autem C. de furt. vt etiam notavit glos. in l. secunda vers. ob aliud ff. de privil. delictis, posse fieri cumulationem plurium actionum ex diversis factis concurrentibus.

Nec obstat, tunc prohiberi cumulationem, quando actiones sunt contrariae origine, electione, & executione, de quibus latè agitur per DD. in d. l. edita, per Bald. in cap. querelam nn. 17. de elect. nam regula predicta prohibitiva nullo iure in casu nostro locum sibi vendicat, cum haec duo iudicia non sint contraria origine, nec in exercitio, & minus in executione, quod vt clarè pateat, illud antea pono, haec duo iudicia non esse inter se contraria; sed diversa, & diversis iuribus fundata, nec verum esse in utroque iudicio agi de dominio, quod non possit dici pertinuisse ad Jo. Vincentium, vti successorem in feudis dicti quondam Antonij ad excludendum Hieronymum, & nunc pertinere ad Hieronymum, & successivè ad ipsum Jo. Vincentium, uti illius hæredem, & sic de drecto contrarium, quoniam primum iudicium est rei vindicationis Civitatis tantum Larenii contra Hieronymum possessorem, in quo agebatur de domino ex parte actoris, secundum vero iudicium propositum post mortem Hieronymi est petitionis hæreditatis in univeris bonis feudalibus predictis remansis in hæreditate eius, in quo non agitur particulariter de dominio, sed sufficit tenutam remansisse in hæreditate, cum constat in simplici possessione defuncti l. item videndum s. fin. & l. non tantum, in princ. ff. de pet. hæred. & datur contra eum, qui pro hærede, vel pro possidente possidet, l. regulariter ff. oad. eis. ideoque non requiritur in hoc iudicio dominij probatio, sed per defunctionem glo. in l. fin. vers. fuerunt C. de edit. Div. Adr. coll. Menoch. de adipisc. remed. 1. num. 5. Oliban. de actis. post alios part. 2. lib. 2. in addit. ad cap. 43. num. 34.

11 Hs suppositis, haec iudicia non sunt contraria origine, essent namque contraria origine, quando quis habent plures actiones competens, tunc prohibetur contrariae actiones cumulare, veluti si vellet agere contra testamentum querela inofficiosa, quae approbat testamentum in sufficiencia, non poterit eodem tempore agere & tunc furti, vel nullitatis, quae negat ipsius testamenti efficiam, & hoc impediretus cumulatio, l. 1. cum ibi notatus C. de furt. l. qui de inofficio, de inoff. test. sicut decla-

rant Bart. Bald. Socin. & alii recentiores in d. l. edita; hoc intelligitur, quando plures actiones eodem tempore competunt, & per nativitatem unius impeditur ortus, seu nativitas alterius, tuos non possunt cumulari secundum Bald. in d. cap. querelam num. 17. de elect. Purpur. in d. l. edita num. 188. secùs quando una post aliam ex nova causa incipit competere, quo casu contrarie dicti non possunt, nec repugnantes in nativitate, scilicet Bolognetti declarat in eadem l. edita num. 504. sicut in specie nostra, cum defuncto Hieronymo, contra quem primum iudicium erat institutum, incepit competere Ioanni Vincentio actori ex nova iure, vti hæredi ipsius Hieronymi, quod tempore primi iudicij in rerum natura considerari non poterat, nunc autem merito Io. Vincentius superfluo primo iudicio prosequitur secundum quoad tenetam dictorum feudorum, quoniam si declarabitur hæres Hieronymi excluso Marchione, relaxari debet eidem tenuta feudorum, & hoc tanquam petitionis hæreditatis absorbet primum iudicium, quod de castro prosequendum non esset, vt probat tex. in l. ut debitum C. de hæred. actio, ibi enim creditor agebat pro consecutione crediti contra possessorem hæreditatis, & eidem competit petatio hæreditatis debitoris, & decidit tex. quod præposto agit pro debito, cum debuisset experiri petitione hæreditatis, ex qua per confusione extinguitur petitio debiti, & sic absorbitur primum iudicium ex petitione hæreditatis, & hic casus fortior est nostro, cum ibi eodem tempore utraque actio competebat, crediti scilicet, & hæreditatis; in specie autem nostra diversis temporibus, & dum Ioannes Vincentius dicitur successor Hieronymi, hoc secundum iudicium tanquam universalius absorbet primum, iuxta glo. in d. l. ut debitum in verba præposta, & idem hoc secundum ratione ordinis, & tanquam maius præcedere debet, l. si per minorum ff. de iud. prius conceptum fuisse, l. si quis libereatens verbo de testamento cogniture, ubi glo. in l. 1. ff. pet. hæred. Paul. de Castro in d. l. per minorum num. 2. quod expresse notat glo. in iudicio petitionis hæreditatis in d. l. per mi- 13. nora, vers. posse, ibique Alberi. notat, quod pet- tio hæreditatis non dicitur præjudicialis, quia alijs minoribus iudicibus præiudicet, sed quia si- bi præjudicaretur, & idem semper præcedet, & est text. in terminis nostris questionis adducens ab eadem glo. in l. non distinguenda. Et si facias, de recept. arbitri. ubi si Titus præverat item Ca- jo super relaxatione fundi, si Cajo mortuo petat a detentore ipsius hæreditatis, bona petitione hæ- reditatis, uti consanguineus, iudicium primo loco motum, super relaxatione feudi penitus silebit, & tractabitur secundum positionis hæreditatis etiam coram alio iudice, ibique notat Odofred. & se- 14. quitur Bal. Fulg. Alber. & Castren. & in propo- sito cumulationis notat Bal. in l. si poss. num. 6. C. de pet. hæred. omnino videndus, quod quando reivendatio fuit proposita super alia re particu- lari, & petitio hæreditati, pro universo, tunc admit- titur cumulatio, quia non videntur ad idem pro- ponni, & proinde omni iure debet procedere cogni- tio huius secundi iudicij tanquam universalis. Huic etiam pertinet, quod admonet Bald. in l. C. de furt. 15. ubi quod secundum iudicium debet prids cognosci, quando illa cognitio potest absorbere primum, vt in casu nostro & sufficit, quod in potentia sit aptum absorbere primum, licet non in actu, vt in simili dixit Bart. in d. l. edita num. 18. quod de R pri-

prohibitivam cumulationis in l. edita num. 14. Cito eden. per tex. in l. 1. C. de fure. l. eum, qui, & contra maiores C. de inoff. testam. & fuit regula glo. & Dyn. ut ibidem ipse refert, approbata per omnes interpres in d. l. edita, ut ex Paul. num. 11. Salyc. n. 19. Butrig. col. 5. vers. expedita, Jacobin. num. 92. post Dec. Soc. & alios repetunt diffusè Bologn. num. 104. Hieron. Cagnol. num. 210. Franc. Purpur. num. 183. Socin. latè in d. cap. dilecti. f. 32. num. 121. & 133. de libell. oblat. ubi Specul. & alios refert.

25 Applicationem huius prime contrarietatis militare in casu nostro afferebat, quia dicuntur actiones contrarie originè, quando causa ipsarum actionum non possunt simul esse verae, & sic veritas unius excludit veritatem alterius, ut dicebat Bald. in d. c. querelam n. 17. vel nativitas unius impedit ortum alterius, ut declarat Purpur. in dict. leg. edita n. 213. & declarant optimè Bald. & Salyc. in ead. l. prima. C. de fure. & post eos Cagnol. in d. l. edita n. 213. qui exemplum l. contra maiores allegant ad probandum contrarietatem originis, quia ille primò instituerat iudicium in officiosa testamenti, postea nulli, aut falsi, dum eam dicte in officiosum, supponit essentiam testamenti, dum dicit nullum, negat esse testamentum, & sic veritas unius excludit alteram. Hæc contrarietas versari videbatur in dictis actionibus propositis à Jo: Vincençio: In primo enim iudicio petuit, se declarari heredem in feudi Antonii Branciæ avi, excluso Hieronymo possesso, & herede nominato. In secundo iudicio. proposuit ad se spectare eadem feuda, ut heredem ipsius Hieronymi, modò contrarietas originis est evidens, quia in prima actione se supposuit dominum, & heredem in dictis feudi, excluso Hieronymo, se veritas huius propositionis procedet, excluditur secunda actio, quam proposuit, petens se declarari heredem Hieronymi in dictis feudi; quia si Hieronymus ab eis excluditur, eidem non poterit succedi, & petitio hereditatis Hieronymi supponit bona hereditaria declarari debere in dominio ipsius actoris, quod expressè excluditur per primam actionem, & illius veritas hanc secundam tolleret, certa ergo erit applicatio contrarietatis originis.

26 Idque ultra rationes iam commemoratas probari etiam videbatur ex l. ut debitus C. de heredit. actio. ubi si quis petat a posessore hereditatis debitum, deinde agat petitione hereditatis, deciditur, præpostoram else petitionem, & proinde suspendum else petitionem debiti, quia si heres declaretur, petitio debiti, iam extinguitur, & hoc ibi in puncto dixit Cyn. procedere, quia est allegare, & proponere contra, quia si sum heres, debitum est extinctum, & Bald. ibid. dixit ante n. 1. quod debet præmissi cognitio, an sit heres, quia si est heres, frustatorum esset aliud iudicium de debito, & etiam secundum iudicium debet prius cognosci, quando illius cognitio potest absorbere primum, ne frustatori litigetur, ut idem Bald. ibi n. 1. & Salyc. ante n. 1. concludunt, modò inducit huius decisionis rem ponit extra controversiam; certum est enim, quod quando Joannes Vincençius petuit, se heredem Antonii declarari in his feudi, excluso Hieronymo, illa actio tendit penitus paliter ad declarandum dominium ipsius actoris, hoc enim est in petitione hereditatis, quod licet onus probationis tantum consistat in probando rem suisse in hereditate, & sic possessionem vel tenutam in posse defuncti iuxta terminos l. istam videendas in fin. f. de petit. hered. tamèq. con-

cludit ipsa actio principaliter declarationem dominii ipsius actoris, ut declarat Bald. in l. heredit. tatis n. 3. C. de petit. hered. Jacob. Butrig. ibi ante vers. item quare Paul. de Cast. in l. secunda n. 5. C. eadem sis. propulsis ergo: Vinc. declarari suum dominium dictorum feudorum excluso Hieronymo herede nominato, contrarium proponit in secundo iudicio, ut declaretur suum dominium eorundem feudorum ex persona ipsius Hieronymo defuncto, haec ergo secunda petitio est præpostera, quia contraria prima, nam si est heres Antonii secundum primam petitionem, extincta est ratio, & prætension secunda petitionis quia per primam declarationem heredis extinguitur secunda successio petitio, & militat in puncto decisio d. l. ut debitus & doct. Cyn. ibidem, videtur etiam in terminis traditio Bald. & Salyc. in red. lego, quia debet præcedere cognitione, ad jo: Vincençius sit heres Antonii, nam si esset, frustatorie litigare in secundo iudicio, quod omnino est evitandum.

27 Probatur insuper ex decisione Bald. in proprio casu in l. edita in lec. Paparina ante n. 78 ubi determinat, in contrariis non admitti cumulationem, etiam si lenteoria late in uno non noceat in alio, & allegat legem punctualem in germinis causis nostri in l. hereditas materteria C. de petit. hered. ubi erat petitio successio eorundem bonorum iudicio petitionis hereditatis per mortem alterius, ex novo iure successionis, ut ibidem ponunt causum Petr. de Bellap. post princip. Paul. de Cast. in princ. Cyn. Angel. & ceteri omnes, & in illis terminis, qui sunt proprii casus nostri, determinat Bald. ratione contrarietatis non posse admitti cumulationem in d. l. edita n. 78.

28 Secunda contrarietas, quam Bald. & Socin. considerabant in exercitio actionum in illis actionibus, in quibus una electa alia tollitur, fecit formare aliam regulam prohibitivam cumulationis in terminis. l. quod in herede s. eligere ff. de trib. act. l. fin. C. de codicil. ours ff. similib. post gl. & Dyn. in cap. nullus plurib. de reg. iur. lib. 6. ponit Bar. in d. l. edita n. 14. quo fu. t. confirmata ab omnibus in ead. l. tradunt latè Purpur. n. 179. Joan. Bologn. n. 102. Hier. Cagnol. n. 207. Zil. in f. minùs infit. de a. n. 12. Socin. d. c. fin. delib. oblat. n. 20.

29 Et in aliis etiam actionibus, in quibus una electa alia non tollitur, tamen exercitium alterius super eadem re pendente questione de prima conquiscit, ex quo enim per unum potest ita consequit fuisse per plures, non debet inobrigare adversarios, sunt verba Cyn. firmantis hanc maximam in d. l. edita col. 1. vers. sed Petrus, & Petrus. de Bellap. ibid. col. 12. vers. sed quaritur & Bald. in l. iucorsis ante n. 3. C. de interdict. docuit etiam in actionibus, quæ electio non tolluntur cumulationem non procedere, sed tantum posse proponi iudiciis successivis secundum leg. cum qui l. contra maiores, & licet dicta opinio Petrus. & Cyn. sit contra Dyn., tamen quando utraque actio est ex causa lucrativa, recepta est apud omnes sine aliqua contradictione, ut una proposita, & ea pendente exercitium alterius tollatur ex sententia Bartoli in d. l. edita n. 20. quo probatur in l. omnes C. de a. & obli. & in l. Mavins f. duo de leg. 2. & dixit ibidem Jacob. Butrigar. col. 6. vers. item eadem mibi, sed certè habent iuri's impedimento contrarietatem in exercitio, nam cum ista causa tendant ad acquisitionem rei eadem res non potest haberi ex duabus causis lucrativis, Salyc. post n. 20. vers. autem ambas seu utraque actio, licet ex facto diverso ve-

nit ex causis lucrativis, tunc cumulatio est prohibita, quia eius effectus est prohibitus, & paulo infra punctualiter addit hunc casum agentis ex duabus causis lucrativis comprehendi sub regula actionum, quæ se non compatuntur, & tolluntur electione, quia sunt incompatibilis, lege concurrere prohibente, Alciat. num. 99. qui optimè, & eruditè hoc declarat, Bal. in l. prima lett. num. 62, circa finem dicit in duabus causis lucrativis non admitti cumulationem, quia est contrarietas, id est quedam incompatibilitas, & sic de prohibita cumulatione secunda actionis, quando utraque actio oritur ex causa lucrativa. Vnde Bart. distinctione est maximè à prædictis approbata, quam omnes ex iuribus allegatis postea fuerunt sequuti, ut per Philipp. Corn. in repes. sive l. edita num. 33. Jacob. num. 34. Lancelot. Dec. qui similiter dicit ab omnibus receptam, & sufficere esse possibile ex prima exequatione contingere liberationem ab alia in eadem l. edita col. 7. ver. circa quartam, Mariam. Soc. in d. cap. fin. num. 22. de libell. oblat. Zal. in d. §. 6. misericordia action. in 4. reg. probib. Angel. Aretin. ibidem col. . . . in modo descendant actiones ex quacunque causa, si utraque actio sit realis, non potest secunda cumulari prius ad eandem rem consequendam, sed primus exitus est expectandus, ut in petitione hereditatis, & rei vindicatione fuit Guliel. de Cun. in l. 2. num. 5. Cyn. ibid. vers. modo quare, Bald. num. 6. C. de pet. bared. qui in realibus actionibus pendere petitionem ejuldem rei bis, pro absurdio tradiderunt, Alex. cons. 89. viso punctione n. 2. vol. 1. Arez. cons. 103. in 3. dubi Cagnol. qui de communii testatur in repes. l. edita num. 303. Purpur. num. 196. removet ergo omnino cumulatio secundæ actionis proposita à Joanne Vincentio in eodem genere realis petitionis hereditatis prout primam proposuerat ad consequitionem eorundem honorum, et magis descendente utraque actione ex causa lucrativa hereditatis, & successionis, & sic ut in contraria, & in compatisibili in exercitio proposita, & pendente prima in hac secunda erit supersedendum.

31 Tertius contrarietas in exactione, sive exequitione prout eam appellat Bald. est satis congrua, & punctualis ad decisionem huius exceptionis, fundatur enim ex illa, quod quando dues actiones competunt ex diversis causis, si se habent taliter, quod exequitione facta in una tollitur alia, vel contingit liberatio ab alia, tunc non admittitur cumulatio secundæ actionis, ex determinatione tex, in l. 1. in fin. si sicut, sive feci. dicatur, ubi hoc assumit Bart. & Angel. est doctrina Bart. magistralis, & communii orationum consensu recepta in d. l. edita num. 14. & num. 20. & ita approbat, & restitutor Socia, ibi col. pen. qui dicit eam doctrinam suisse de Farina Bart. Alciat. num. 98. Jacobin. num. 49. Fulgos. & Paul. Castren. eo l. pen. posse num. 1. Alex. num. 16. & in l. 1. num. 30. ff. de leg. 1. Mariam. Socia. in d. cap. ult. num. 80. de libell. oblat. Hieron. Cagnol. in d. repes. l. edita num. 173. & 274. ubi de communii, & recepta. Bolognetta. num. 122. idem restatur Corn. num. 32. Franc. Purpurat. num. 193. vers. quarto principalius, Roman. cons. 245. num. 30. & cons. 392. circa punctione num. 26. Grammat. dec. 68. num. 2. qui dictam Bartol. doctrinam receptam, & à uerme contradictam testatur.

32 In hoc genere prohibitæ cumulationis operantis inconveniens superfluitatis ex verbis Bal. in l. inserenti num. 6. ad fin. C. de inserdi. ubi dicit, fallit, quando ex primo iudicio potest consequi totum, quod

sibi debetur, tunc aliad cumulare non potest, & hoc facit ratio superfluitatis, nam superfluis iudiciis non est agendum, operatur etiam inconveniens duplicatis, id est aut. Jacob. Butrig. quando actiones non possunt producere plures execuções tunc obstat ratio duplicitatis, ut dicit idem Bald. in eadem l. edita in prima lectura num. 66. refutatur etiam repugnans contrarietas, quia prima actio intentata in exequitione absorbet, & destruit executionem alterius, & sic dicitur contrarietas in exactione, ut sunt verba Bal. in d. cap. querelam num. 17. vers. secundum premitto extra de oleo. & est contrarietas, & in compatisibilitas exequitionis ut dicit Bald. idem in l. edita lett. 1. num. 62. in fin.

Applicatio predictorum in exequitione primi iudicij intentati per Joan. Vincentium, videtur summi ex eo: idem est genus petitionis se heredem declarari, eisdem bonis, & proinde condemnari professorem ad reclamandum unam cum fructibus, ita quod habita exequitione illius condemnationis, quæ in dicto iudicio sequeretur, certum est contingere extincionem executionis, quæ posset haberi super eisdem bonis in secundo iudicio.

Probatur igitur contrarietas actionum in dictis iudicij per Joannem Vincentium propositum, sive de contrariete originis, sive exerciti, sive de ultima executionis tractemus, hanc exceptio 33 ratione enim contrarietas rei debet cumulatio à Judge, etiam parte non opponente, ut ex Bart. Soc. Dec. & aliis de communi concludunt in eadem loce edita, Purpur. num. 219. Cagnol. num. 294.

34 In modo ratione solius contrarietas executionis, de qua nunc diximus, abique partis instantia debet Judge libellum lacerare, ut probet Salyc. in d. l. edita num. 10. ver. quinque. Aretin. in d. §. si minus column. 26. & plenè probavit Bart. in l. M. minus §. dub. num. 49 ff. de leg. 2.

35 Et cum exceptio impeditiva cumulationis occurat ratione contrarietas, etiam si adesset statutum, seu Regni constitutio, sicuti adest tollens pre-judicia. quæ tolleret exceptionem cumulationis, non comprehendenter nascentem ex fonte repugnante, vel contrarii, sed tantum ratione ordinis, majoritatis cause, vel præjudicij, hoc summa ra-

36 tionem, quia, neque legislator potest facere, quod astus habens in se repugnantiam, valeat, Angel. in l. edita punctione 5. qui provocavit col. 5. ff. de punctione. vers. ultorius, & in cons. 187. ad finem, Alex. & alii, quos allegat Bolognetta. in d. l. edita num. 105. & n. 136. ubi ex hoc limitat in puncto in Cons. Reg. Si civilius agens, quæ collit pre-judicia, obstatulum enim contrarietas actionum impedit omnem cumulationem, etiam quod alias sit admittenda, etiam quod esset statutum admittens, quia nec legislator, ut supra dixit ex Dec. Angel. & aliis, nec summus Deus potest inducere actum repugnantem, ut in his terminis ceteris allegatis probavit Surd. cons. 263. relatio num. 28. & 26.

37 In modo proposita secunda actione super eadem se in diverso iudicio cessat finis permittendæ cumulationis, quæ permisso tendit ad tollendam multitudinem litium, ut sub uno iudicio plura terminentur ex glori. in l. num. 68. num. ff. de actione ampe. quam scribentes canonizant in d. l. edita, & post alios Cagnol. num. 192. & 196. & propter eas cessare finem permisso cumulationis, quando plus sunt iudicia, & processus, probat latè ibidem num. 254. & 258. in fin. id est dicebat Bart. in l. ts. certi

certi num. 3. vers. idem non confitit C. de interdicto.
38 quod coram diversis Judicibus super eadem re indistincte prohibetur cumulatio, etiam si actiones essent compatibilis, & ex inde, & si essent in actionibus prajudicialibus sublatis per dictam Regiam constitutionem, illa constitutio non habet locum, quando querit pendet coram diversis Judicibus, ex doctrina Affl. in end. cohibit. in 6. norabat sic probat Bolognetti in sedis num. 136. vers. quarto, fallit.

39 Et ultra predicta satis diversa est materia actio. num simpliciter prejudicium, quorum cumulationem ius commune non permittit cerca ratione prejudicii, quod de una ad aliam infertur, ut in prima regula prohibitia cumulationis post Dyn. in d. cap. nullus plurib. Bart. tradit in sedis num. 14. per plura jura, l. si maior s. sendens & in l. cum quaritur l. dnob. s. exceptio ff. de except. rei ind. de iure jar. l. fundi, & l. fundum ff. de except. & hæc prohibita cumulatio prajudicialium actionum corrigitur in Conf. Regn. de hac nihil in causa, sed aliis respectibus fuit fundata exceptio prohibite cumulationis, & propterea DD. Regnicole attingerunt exceptionem prohibite cumulationis actionum, nulla mentione facta Confit. Reg. quæ de ille non loquitur, ut in punto prohibitorum cumulationis ratione incompensibilis exceptio loquutus fuit Gramm. in dict. decisi. 68. num. 2. & in prohibita cumulatione actionum ratione ordinis, & contrarietatis loquitur Affl. dec. 118. num. 1. & 2.

40 Et in Regno, ubi sola facti vertente proceditur, strictius intelligitur prohibita cumulatio actionum, sed magis, quia in diversis judicis secundum Bald. in l. se quicquam s. de plano ff. de offic. Procans. & log. Franc. Aret. in l. l. s. si quis simpliciter coloss. a. de verb. oblig. Curt. iun. in d. edita num. 213. vers. 6. notato, Claudio Scifell. num. 89. decisi. Pedemont. & alios citat Surd. in cons. 273. num. 21. & ne labor, & sumptus litium multiplicentur, quod terminari potest in primo iudicio, non est per plura expeditandum, quæ ratio est potens ad arcendum cumulationem actionum, & propterea hæc exceptio prohibite cumulationis est aqua secundum legem qui aquitare ff. de dol. except. tradit punctualiter Bal. in d. l. incerte num. 5. in fin. C. de interdicto.

41 S. C. sub die 11. Februarij 1622. censuit; non obstante prætensa contrarietate esse procedendum ad ulteriora in causa vertente in Sac. C. proinde confirmavit decretum causa Commissarij, qui non obstantibus oppositis decrevit, esse faciendam conclusionem, motum pro majori parte, quia in libello primo, & si feudum Lareni in hereditate Antonii fuisse afferatur; attamen in conclusione ad relaxationem particulari feudi condemnari petitur.

In secundo libello successionem Hieronymi in feudis ad ipsum spectare instat declarari, & sic universa feuda hereditatis attenta conclusione libelli, prout voluit Inn. in cap. super literis, de rescripto, quem refert, & sequitur Bald. in l. si post mortam in fin. C. de patre hered.

Judicium primum erit revindicationis super particulari feudo Lareni, & non concludit hereditatem, sed successionem ad ipsius spectare, prout requiritur in libello petitionis hereditatis.

42. Judicium secundum in S. C. est judicium utiliter se petitionis hereditatis Petri Jacob. in pra-

Bic. rub. 126. de bonor. possess. baron. petit. quo casu collat contrarietas, cum non videantur ad idem proponi, Bald. in d. l. si post mortam licet num. 6. vers. sed si petitio baredicatis, & quia hoc judicium secundum absorbet primum, hoc prosequendum erit ad text. in l. ut debitum C. de baredic. act.

43 Insuper agit in secundo judicio in S. C. actor ex nova successione causa ob mortem Hieronymi, & sic ex novo iure superveniente, quo casu cum competit ex diversis causis, & diverso tempore non dicitur cumulatio ad text. in l. baredicatis sparsiora ff. de petit. baredic.

ARGUMENTUM.

De iurisdictione, & privilegijs pertinentiarum aliquujus Civitatis Casalium, eorumque concessione latè. Et quod remissionis actus sufficient ad retinendum integrum jurisdictionem ad universos actus.

ITEMM A R I V M.

1. *Casalia pertinencia alicuius Civitatis à Civitate, eiusque territorio non dividuntur, nec ipsorum territorium circumscribitur, & num. 4. Quod tamē declarat, & limita, ut inf. num. 5.*
2. *Divisio Casali à Civitate quo pacto sit divisa in jurisdictione, distinguuntur.*
3. *Jurisdictione cum dividitur in Civitatibus, in quibus officiales per quartaria constituantur, unius non se intramieatis iurisdictione alterius.*
4. *Jurisdictione speciali in uno loco, vel in certis personis Civitatis, an privative concessa censeatur, vel cumulativā ad jurisdictionem potestatis generalis Civitatis.*
5. *Jurisdictione in certum genus personarum concessa cum clausula abdicativa privative concessa censetur in quocunque loco illa persona delinquat & num. 8.*
6. *Jurisdictione in eodem territorio in certas personas divisum pluris habere inconveniens non reputatur.*
7. *Neapolitanis esse eorum privilegio trahunt, & non trahuntur.*
8. *Idque obsinet, quando inter Neapolitanum, & exterum, non autem quando inter Neapolitanum, & Neapolitanum est contentio, seu controversia.*
9. *Privilegiorum contra alium aque: privilegiorum privilegio non usque, sed ius commune servetur.*
10. *Virgines eodem privilegio electionis fori, quo & vidua gaudent.*
11. *Personis privilegiatis electio, vel fori variatio non conceditur in delictis commissis in territorio Civitatis, in qua Princeps residet.*
12. *Variatio a Tribunalibus Magni Admiratus Artis Serici, & Lana ad Magnam Curiam minimus conceditur.*
13. *Casale separatum à Civitate retinet eadem jurisdictionem, quia prius unitum cum Civitate fructus habet.*
14. *Singulare remissio actus sat est ad jurisdictionem integrum restituendam ad universos, & singulares actus.*
15. *Decisio.*
16. *Jurisdictione Tarris Orlava est concessa in officiis &*

& Capitaneum ad insar Tribunalis Admirat. & ac aliorum Tribunalium etiam contra delinquentes intus Civitatem Neap.

DECISO LXXIII.

Casalia Turris Octava, Resinae, & Portici sunt de pertinentijs Civitatis Neapol. Illorumque Cives, & habitatores gaudent omnibus privilegijs, & gratis concessis dictis Civitati, de quo non dubitatur, ut fundatum est supra in alio loco. Princeps vero Hostiliani à Rege constitutus est officialis, & Capitaneus ad guerram, & ad iustitiam Casalium predictorum pertinentiarum Civitatis Neapol. cum potestate serviendi per substitutum, & assumendi Judicem, & Assessorem, & signanter cum exemptione omnium, & singulorum hominum, & personarum dictorum Casalium à jurisdictione, & potestate Magistri Justitiae hujus Regni, ejusque Locumtenentis, seu Regentis Mag. Cur. Vic. ac Vicemgerentis, & Justitiae Provincie Terrae Laboris in primis causis, & Capitanei eiusdem Civitatis Neap. presentium, & futurorum, ut ex privilegio constat.

- 1 Etenim dum Princeps constituitur officialis in Casalib. predictis pertinentiarum hujus Civitatis Neapolis, non aliter territorium circumscribitur, nec dividitur in Civitate, eiusque territoria, sive Casalia predicta non dubitatur fuisse de jurisdictione Civitatis, & tanquam unum corpus cum Civitate ad text. in l. nulli C. de Episc. & cler. l. 3. ubi Bald. C. de natural. liber. & respectu jurisdictionis loquitur Bart. in tract. qui sunt rebellis in verbo Lombardia num. 3. & in conf. 189. primo queritur post num. primum vol. 5. & cum
- 2 Princeps sit constitutus officialis in Casalibus predictis in hac specie, ex Regis privilegio videtur divisum exercitium ejusdem primae jurisdictionis, licet in sui essentia non dividatur, et si quoad habitum dicatur individua; usus tamen ejusdem jurisdictionis, & ipsius exercitium censetur divisum juxta tradita per Bart. in l. inter su. tores ff. de admin. suis. Bal. nqt. in cap. 2. 9. proprieà Ducebus num. 5. in fin. vers. erit ergo, de prohib. feud. alien. per Federic. late Innoc. in cap. prudentialiam, de offic. deleg. & tunc attenditur, quomodo Princeps sit demandata secundum Iann. hoc citato., proinde quia Princeps constitutus est alter officialis in Casalibus predictis, quae suberant prius jurisdictioni M. C. sine dubio uti alius officialis dicitur exercere eandem jurisdictionem juxta privilegium privative ad Mag. Cur. sicuti videmus in Civitatibus, in quibus jurisdictione dividitur, seu potius officiales constituantur per quartaria, ut tunc unus non se intrumettat in iurisdictione alterius, cum omnes sint de eadem Civitate, sub diversis officialibus, de quo per Bald. in l. testam. omnia C. de testam. per Bart. in conf. pradiuso 189. num. 7. cum seqq. & late Jo: Baptista de S. Blasio inter conf. feud. Bruni conf. 66. num. 29. cum sequentibus, verum dicetur Judex officialis interior Judice generali Civitatis, ut late Roman, in conf. 393. sub n. 10. vers. aut enim ipse.
- 3 Hinc, quia casalia predicta sunt membra Civitatis, cui supponitur ad text. in l. qui ex vice ff. ad municip. & cum non sint specialiter divisa à Civitate, ita quod essent aliud corpus de per se in ea solem confidimus Paul. de Castro, 387. col. 2. vol. 2. sed alter officialis confirmatus est Prin-

6 ceps in casibus predictis, licet controvertatur; an concessa jurisdictione speciali in uno loco, vel in certis personis Civitatis, censeatur concessa privative, vel cumulative ad jurisdictionem Pontestatis generalis Civitatis, ita quod locum habet preventio, de qua per Bar. in l. prima C. de inoffic. Praefect. Verb. per Doct. in cap. ceterum de iudic. & in l. quod in rerum s. si quid possit de leg.

- 7 1. Hac disputatio non cadit in casu nostro, ex quo in privilegio Principis adeat clausula abdicativa omnium hominum, & personarum Casalium predictorum, cuius vigore nedum censetur concessa jurisdictione privative ad Mag. Cur. ut expressè loquitur iuxta tradita per Felin. in cap. Paforalis, de offic. per Roman. d. conf. 193. & Dec. conf. 3. Sed insuper operator, & est tantæ efficacia ut causæ personarum dictorum Casalium sint adstar causæ clericalis, in qua Judge laicus nullatenus le intrumittit, ut per Capyc. decif. 222. n. 6. vers. facit Dom. de Franch. dec. 417. n. 8.

Ex hoc succedit alia conclusio, quod dum Princeps constitutus est officialis in personis dictorum Casalium, que loca distincta non dicuntur à Civitate, sed adhuc subsunt tanquam membra in eodem territorio Neapolitano, & constitutus est officialis non distincto territorio, ubicunque deliquerint personæ Casalium predictorum, cogitatio spectat ad Principem iuxta particolare

- 9 decif. Minad. 18. quam refert, sequitur Dom. de Franch, decif. 458. n. 3. licet enim territorium sit Civitatis Neap. non est inconveniens, quod iurisdictio sit alterius in eodem territorio in certas personas, ut latè Castr. in conf. 56. n. 2. vol. 2. Alex. conf. 67. col. 2. lib. 2. & adsunt exempla remissionum personarum dictorum Casalium pro deficitis commissis extra Regnum in Civitate Castrimaris, in territorio Civitatis Neap. in loco Barræ, & in Casali Sancti Joannis ad Teduccium.

10 Similiter quamvis Neapolitani ex privilegio trahant, & non trahantur iuxta relata per Dom. de Franch. dec. 416. hoc tamen procedit inter Neapo-

- 11 litanum, & exterum, minus autem inter Neapolitanum, & alium pariter Neapolitanum, quia ambo sunt privilegiati, & nullus privilegiatus trahit alium privilegiatum Dom. de Franch. d. decif. 12 188. in qua refert ritum Magn. Cur. & addit, quod quando ambo utuntur unico privilegio, tunc unus non potest uti privilegio contra alium sequè privilegiatum, nec unus erit altero potentior, & ius commune servabitur, ut in Conf. statuimus, notat Affl. n. 7. idcirco cum omnes, sunt Neapolitani, & Princeps constitutus est alter officialis respectu personarum dictorum Casalium, unusquisque coram suo Judge convenientus est, sicuti videmus in ceteris Tribunalibus, & officiis Artis Serici, & Magni Admirati, & haec eadem ratione Neapolitani non trahunt personas dictorum Casalium ad M. Cur. sed adiçe debent officiale substatutum à Princeps, sicuti alias jadicatum extat.

Pariter ex predictis concludendum est, non dari electionem fori virginis in capillo, cum sit Princeps alius officialis in personas dictorum Casalium pertinentiarum Civitatis Neapol. ut constat per exempla causarum iudicatarum, referentibus Domino Regente Marchione Corleti tunc causa Commissario, & quondam Consiliario Gizzagello, 13 quae virginis suffulta sunt eodem privilegio viruarum, de quo Dom. de Franch. decif. 100. & pro confirmatione ultra predicta advertatur, quod cuan-

cum Casalia predicta sunt de persipientia, & membra Civitatis, sine dubio agitur de delictis commissis in territorio Civitatis, ubi residet Princeps Prorex, quo casu cessat perhorscentia, siue qua non datur electio, nec variatio, Dom. de Franch. decis. 257. num. 5. sicuti videmus, quod à Tribunali Magni Admirati, Artis Serici, & Lanæ non datur variatio ad M.C. ut tradunt nos vissimi Add. ad d. *Confessionem*, cum in eadem Civitate sint plures officiales diversarum personarum, licet unius altero inferior, idè cum Princeps sit officialis respectu personarum dictorum Casalium cum dicta clausula abdicativa, cessat pariter fori electio, & variatio.

Denique fortius considerandum est, quod si casalia essent separata à Rego, & exempta à jurisdictione Civitatis, & segregata à districtibus Civitatis, & officialibus, quorum jurisdictioni prius subserant, cum separatio facta fuisset contemplatione concessionarii sequitur, quod omnis jurisdiction, & imperium, quod prius in dictis locis competebat Civitati, attributa fuerunt donatio, ut punctualiter tradit Paul. de Castr. in d. conf. 187. notanda est col. 2. vers. 4. hoc ex eo vol. 2. modò, quia per *Confessionem* *Sacramentum cognitionis causatum*, & miserabilium personarum à Rego translatâ est ad Justitiarium M. C. separatio Casalium predictorum de persipientiis Civitatis importat translationem eiusdem jurisdictionis Civitatis in concessionarium, assert particularius Paul. de Castr. *etiam rationem*, quis cum antea jurisdiction, & imperium concernebat, totum districtum, & territorium, & ante separationem jurisdictione competebat Civitati super toto, post factam separationem consetur tramlatum imperium in donatarium, arguendo de toto ad partem, & pro rata territorij transit in solidum cum qualibet particula, sicut servitus diviso fundo retinet nomen totius, ut ibidem videndus est in vers. cum igitur, & si hoc procedit data separatione dictorum Casalium, tanto magis locum habet, non facta separatione Casalium, sed constituto tantummodo Principe officiali respectu personarum, Casalium predictorum omni clausula abdicativa, ut in principio dictum est, qui dicitur subrogatus in eadem jurisdictione per prius competenti Justitiario in toto territorio, & districtu.

17 Et si exempla remissionum obtentiarum in his terminis, etiam si esset unicus actus remissionis, sufficerent ad illam retinendam integrum ad universos actus etiam singulares ad tek. in l. arborebus 6. de illo; ubi Bart. f. de usufr. & idem Bart. in l. prima 5. si quis hoc interdicto ff. de immunit. priz. latifim. Alb. Brus. conf. 34. num. 5. Flor. in l. servitute ff. quemadmo. servit. omits. & in l. servientes la grande post num. 21. ff. de servitute. ubi dicit, nullum esse dubium in aliis actibus jurisdictionis maxime eiusdem speciei.

18 Pari ratione dico, competere cognitionem preventivè, & abdicativè contra homines dictorum Casalium de delictis iuxta Civitatem Neap. commissis ad instar Tribunalis Admiratice, de cuius jurisdictione habetur per Prof. de Franch. decis. 420. & aliorum Tribunalium, qui jurisdictionem exercens iuxta Civitatem, quae Tribunalia emerantur per D. Carleval. in tract. de for. comp. lib. 1. tit. 1. disp. 11. quas 6. sect. 8. num. 688. & per Tasson. in prag. de autefato observatione 3. cap. 3. de Civit. Neap.

19 Conflitit est concessio jurisdictionis Casalium Predictorum, quae in gubernium, seu capitaniam concessa fuit, de qua per DD. in cap. 1. de fundo guardia, Garcias Mastrilli. de Magistris lib. 3. cap. 2. num. 59. vers. h. s. conflitit, quae concessa in officium dicitur, Reg. Tap. der. S. C. 43. num. 6. & suus dignissimus ex sorore Nepos D. Consil. Merlin. controver. 53. num. 22. vers. quinima, & idè Capitanus vocatur in privilegio.

Ex quibus per M. C. fuit remissus Franciscus Surretinus inquisitus de homicidio commissi iustus Civitatem Neap. ad Curiam Tauris Octaver sub die 26. Febr. 1638. ex processu in causa Scarcis, in quo processu fuerunt prodicta consilia decreta remissionum in conflitibus casibus.

Itemque in alio emergenti casu fuisse remissum ad Curiam Principis delinquensem in territorio Neapolitano testatur, foliavites examinata questione, egregius in orando, scribendo, se ius dicendo Marcellus Marcius tunc primum fons Princeps orator, postmodum integerrimus Consiliarius in suis consiliis post bac scripta excusit conf. 58.

ARGUMENTUM.

Civis quot, & quibus modis quis dici, vel effici queat. Civilitas originis nativitate propria, vel paterna, an, & quando admittatur ratione mutationis domicilij.

SYMMA RIVM.

- 1 Civis quibus modis quis dici, vel effici potest remissus.
- 2 Civis dicitur, qui in ipsa Civitate nisi Civis stipendia meretur.
- 3 Eaque propter milites omnes Hispanos, qui sunt in Civitate Neap. privilegio Neapolitano gaudere, decisum etiam fertur.
- 4 Milites quoque legalis militia, atque adiutori exteros ad legendum in studio Neapolitano conductos privilegio Neapolitano gaudere affirmatur.
- 5 Civis etiam dicitur ratione originis nativitate propria, aut paterna.
- 6 Civis Neap. origine mutato domicilio, & quando Civis esse defnat, & num. 7.
- 8 Filius licet patris originem sequatur, illam rancam non sequitur, cum alio pater incolatum translatis, ibique liberos subsulit.
- 9 Civis defuit esse, omninoque ius Civitatis amittit, qui Civitatem derelinquit, cuius illam perire videt.

DECISO LXXIV.

- 1 Quidamibus modis quis Civis dici potest, vel effici, habens in l. priz. ff. ad municipi. l. Civis c. de incol. lib. 10. & ibi glof. Soc. senior in cap. fin. num. 27. cum sequentib. de for. compet. Caravit. in rit. 301. num. 16. cum seqq. Jo. Cephal. conf. 451. 10. Vinc. Hondon. conf. 5. volum. 1. Menoch de arb. lib. 2. cont. 5. ca. 584. & num. 5. Rovit. in prag. prima de immunit. Neapol. & conf. 48. Civis dicitur etiam, qui in ipsa Civitate, uti Civis stipendia meretur, l. municipi, in fine, ff. ad municipi. Ca.

Caravit. in rit. 105. num. 22. per d.l. tenuit, quod omnes milites Hispani, qui sunt in Civitate Neap. 3 gaudent privilegio Neap. & ita iudicatum per S. C. in causa Didaci de Aiala in banca Romani de mense Iulii 1607. & alias ad relationem M. C. me referente, quod ampliavit Bart. in d. l. municeps. 4 etiam in milite legalis militiae, & quod Doctores exteri conducti ad legendum in studio Neapolitano gaudet Neap. privilegio, Carav. praez. loco 5 n. 22. vers. intelligendo prædicta, sed illa civilitas principios est, quæ ratione originis nativitate propria, aut paterna contigit, super qua fuit dubitatum, an Civit Neap. origine, matato domicilio dicitur esse Civis Affl. in decis. 384. pro 6 affirmativa quatuor glos. ponderat, & autoritatibus, & rationibus eam defendit, sed non fuit decisum, quia Dominorum de Cons. vota fuerunt in pari numero contraria, quam sequuti fuerunt Cæphalus conf. 171. n. 35. vol. 2. Nat. cons. 139. n. 14. vol. 2. Menoch. de præf. lib. 6. præf. 42. n. 5. Andr. Gail. obs. 36. n. 7. & in tract. de arb. cas. 584. lib. 2. cent. 6. n. 7. & 8. hanc etiam sustinet Barz. dec. 260. prop. finem vers. & nota è contrario per doctrinam Baldi in l. 2. C. de infantibus exposi. & Jas. in l. 1. §. baius & dij. ff. de iust. & iur. Cavagnan. in decis. 56. vol. 2. Cæphas de Grassis decis. 15. de probat. nam & si civilitas acquisita origine, sùla voluntate non amittatur, cùm sit immutabilis, tanquam naturalis, l. assumptio in princ. ff. ad municip. l. origine C. de municip. & orig. lib. 10. Attamen id intelligitur quoad veritatem, cùm civilitas originis inspecta veritate non mutetur, & fieri non potest, quin sit Civis loci originis, ut dicit doctissimus, ac ingeniosissimus, M. D. Jo: Chrys. Scatfo in 18 fragm. legal. sed quoad effectus resultantes ex ipsa civilitate bene mutari potest in præjudicium ipsius Civis, licet non ita facile, sicut civilitas aliter acquisita, ut dixit glos. in l. adoption. in verbo non usurpatur C. de adoption. Handed. conf. 5. vol. 1. par. 1. cit. de stat. n. 43. vers. non obstat igitur.

Contrarium nonnulli DD. tenuerunt, quod civilitas originis non amittatur, etiam quod recedat à patria, & alibi incolatum transferat, pro quo factum ponderata per Jas. in l. baius modi §. lega. zius à num. 14. ff. de leg. 1. qui à DD. communites receptum affirmat, sequuntur alii, quos ipse congerit, & assert Vrsill. ad præalleg. Affl. decis. 384. & hæc opinio recepta est in Tribunalibus Civitatis Neap. & in Regia Camera, ut patet ex dec. Regentis Moles, quam volui inserere.

Et hæc civilitas originis non amittitur etiam, quod recedat à patria, & alio incolatum transferat, licet quandoque de hoc in Sacr. Cons. fuerat dubitatum, & vota fuerunt paria, ut refert Affl. in decis. 384. sed in Camer. est absolutum, quod nunquam amittitur civilitas originis, etiam quod recedat à patria, per ea, quæ fundat Socin. in conf. 35. vol. 1. num. 7. & hinc est, quod cum in anno 1541. fuisset provisum per Ill. D. Petrum de Toledo huius Regni Proregem, quod Neapolitanis alibi habitantes non gauderent, illud fuit declaratum, non procedere in oriundiis, sed respectu aliorum, qui sunt Cives per pragmaticam, vel per incolatum, ut apparet in-provisione dicto anno expedita in libro capitulorum Civit. Neap. fol. 189. & in mandatis, seu instruct. quæ dantur Regis numeratoribus, quæ sunt registratæ, in Camera in lib. . ubi expressè cavetur, quod orti, vel oriundi, qui habitant in Civitatibus Regni non numerentur, alii vero Cives, ex quo non habitant in Ci-

vitate, numerentur in loco, ubi habitant. Hæc Moles.

Et ita decisum in Mag. Cur. in causa spectabili Comitis Cælani cum Vincentio Cirillo inquisito, & carcerato in Mag. Cur. de anno 1625. ubi sunt nonnulla exempla decisionum Sacr. Cons. in eodem processo deducta.

Hanc quidem opinionem modificavit Vrsillus in d. decisione Affl. 384. num. 3. vers. dico primam opinionem, quando parentes defervuissent postea domicilium originis, sive nativitatis in tenendo alibi domicilium. Capibl. in præg. 8. de Baroni. bus part. 2. num. 235. vers. etenim hoc est declarandum, ita intelligendo opinionem Affl. in præalleg. decis. & aliorum Scribentium contrariam sententiam sequentium Jo: Cæphalus conf. 451. n. 158. qui benè fundat, & declarat per hæc verba, verum est, quod si quis in Provincia non sit ortus, sed oriundus, & extra Provinciam domicilium habeat, non dicitur Provincialis, & propterea licet patris 8 originem filius sequatur l. assumptionis §. 1. ff. ad m. nicip. non tamen id procedit, cum alio pater habitudum se transtulit, & ibi liberos sustulit, nam tunc liberi patris originem non sequuntur, l. Provincia. les ff. de verbis. fig. & ibi Alciat. circa medium in vers. quamvis igitur, qui declarat illum text. etiam remota dictione dñm taxat, cum differentia existat inter ortos, de quibus non loquimur, qui non amittunt civilitatem Provincie, in qua nascentur, licet in alia habitent, & oriundi, de quibus loquitur d.l. Provinciales, & in quibus potest salvari glos. in l. in adoptionem C. de adopt. cum catus text. ad eum se remittat in d.l. Provinciales, & dictum glos. debeat intelligi secundum id, quod allegat Bart. l. non solum §. si liberatio verba de lib. leg. & supra dictum est in fine responsionis ad secundum argumentum, & ita etiam est declaratus, & intelligendus Bald. in autb. & omnino col. pen. vers. & nūm scias C. no uxor pro marit. qui adducit glos. d.l. adoptionem, nec aliter debet intelligi Affl. decis. 384. num. 5. ad finem, cum citet Bald. in d. autb. & omnino, & ut per eum, & dum sit idem in habitante non solum extra Provinciam, verum etiam extra Civitatem, loquitur contra Bald. in d. autb. & omnino & contra omnes in locis prædictis, originarius enim non amittit originis civilitatem, licet ex eo solo quis alibi domicilium habeat, ut supra dictum est, & civilitatis fiat ad. ditio non permutatio d.l. in adoptionem ff. de adopt. Hæc Cæphal.

Et secundum hanc modificationem iudicavit Rot. Rom. ut refert Cæsar de Grassis decis. 61. alias 15. de probat.

Ex his sub die 21. Aprilis 1626. per M. C. fuit remissus ad Curiam Cercelli Franciscus Vitalis inquisitus de homicidio ad petitionem Ill. Princ. pis Collis. quamvis esset oriundus Neapolitanus, qui pater deserendo domicilium Neapolit. Cercellum se contulit, ibique inquisitus ortus fuit, in banca Serici.

9 Alia modificatio potest dari ex Bal. in l. 2. in fin. L. de infant. exposi. in Cive relinquente Civitatem, cum videt eam perire, quia debet eam iuvare, alias perdit omne ius civilitatis, & ita intelligentium est, quod Boer. dicit in decis. 260. in fin. qui fundat eius dictum ex allegata doctrina Bal.

ARGUMENTVM.

Vsus pascendi, lignandi, &c. qui Civibus in territorio Baronis demaniali ex dispositione juris competit, & feudo naturalibus insitus dicitur, an etiam Civibus allectis competit.

S U M M A R I U M.

- 1 Vsus competens. Civibus in dominio Baronis an extendatur ad Civis allectos. Et decisio n. 11.
- 2 Invenitatis evo lamento declarata in beneficio. Civium non extenditur ad Civis ex privilegio.
- 3 Verba prolati in dispositione favorabili in dubio intelliguntur naturaliter, non autem civiliter.
- 4 Civis allecti quando gaudet prarogatio ius Civibus debitum.
- 5 Civis ex privilegio dicuntur veri Civis, & n. 7.
- 6 Vsus in dominio feudi competit Civibus ex dispositione iuris.
- 7 Verba cuiusvis dispositionis quantumvis strictè omnes comprehendunt, quos propria verborum significatio patitur.
- 8 Civis allecti in loco, in quo habitant, & cura sunt, non sunt comparandi cum exteris.
- 9 Universitas alliendo Civis, praividicat Baronem in eo, quod in consequentiis venia.

DECISIO LXXV.

Illi. Dux Eboli prohibuit usum in territorio demaniali Civibus allectis, intercipiendo eorum animalia, quae ibi sumebant pascua, & ab illis fidam exigere intendebat prout ab exteris.

- 1 Pro quo dicebatur, usum competitere Civibus, exteris autem non, nisi soluta fida, qui non erit ampliandus ad Civis allectos in prejudicium Baronis, iuxta ea, quae adducit Koland. in conf. 79, qui consuluit pro Comitibus Nuvolarii contra Universitatem Regii, fundans, Civis ex privilegio creatos non gaudere immunitate in laudo descripto, quod omnes, & singuli, tam Civis, quam Comitativi, & habitatores sint, & esse debeant immunes: nam verba prolati in dispositione favorabili, in dubio intelliguntur naturaliter, non autem civiliter, l. Statius Florus §. Cornelio Fallico ff. de iure fisc. l. ff. C. de bis qui ven. stat.
- 2 Ponderat quoque pro hac opinione doctrinam Bart. in l. ff. maritus ta. 2. §. legis Julia ff. de adult. qui tenet Civem allectum haberi pro Cive in his, quae Civitas possit concedere Civibus, & ut Civis tractabitur, sed in his, quae habent Civis aliunde, quam ex concessione Civitatis, ut puta rescripto Principis, vel Papæ, non haberi, nec tractari pro Cive, hanc distinctionem sequuntur Roman. conf. 62. num. 9. vers. iij. autem Civis, Boer. decis. 290. n. 33. vers. iij. id est talis.

Quod suadetur quoque ad evitandum absurdum: possent enim Universitates ad libitum constitutere Civis in prejudicium Baronis, si esset in eorum facultate, & Baroni per indirectum prohibere exactionem fidem ab exteris.

- 3 Pro universitate faciunt adducta per Cæph. l. conf. 301. 1. dubio lib. 4. per Paris. conf. 71. lib. 1. per Surd. conf. 313. vol. 3. qui pro Civitate Regii contra Comites Nuvolariæ fundaverunt, Civis ex privilegio gaudere immunitate, prout ceteri Civis, nam isti Civis ex privilegio dicuntur veri Civis, & non minus propriæ, quam originarii, cum officiantur ita Civis per creationem, sicut per origi-

ginem, l. prima ff. ad municip. l. Civis C. de incol. lib. 10. & respondit Cæphal. omnibus in contrarium adducte.

- 4 Insuper iste usus in dominio feudi competit Civibus ex dispositione iuris per L. nsma aqua. C. de aqueduct. lib. 10. vbi de Luc de Penn. Marin. Frec. in tractat. de subfendis 46. a. 2. Baronem n. 4. Dom. de Pont. conf. 97. num. 4. & insitus dicitur naturaliter feudo, Capiblanc. ad pragm. 41. de Baron. num. 101. vers. & ijsa infirmi, & dicimus infra in sequenti dec. item allectus Civis ab universitate habet usum, d. L. Civis C. de incol. lib. 10. prout alii Civis, cum ipsi quoque verè, & propriè sint.
- 5 Civis. l. ff. ad municip. & verba cuiuscumque dispositionis quantumvis strictè omnes comprehendant, quos verborum propria significatio patitur, l. cum lego, ubi etiam Aret. ff. de secessu. & debet tractari, ut Civis illius Civitatis ubi receptus est, & debet habere eadem privilegia, quae habent Civis originarii, tenet Dec. conf. 183. num. 101. vers. quia civilitas in iure consistit, neccnon sunt comparandi Civis allecti aequaliter cum exteris in eo loco, in quo habitant, & onera sustinent, consideravit has Frezza præcitat. loc. vers. & in eo loco, in quo habitant, & in propriis terminis in iure lignandi, & scandi tenuerunt Molsel. in consuet. Neap. in sit. de personis lib. 2. par. 2. in addit. ad qu. primaria num. 5. vers. & idem esse de Civis ex privilegio. Capiblanc. in d. pragm. 11. de Baron. num. 108. in fin. & num. 109. in quibus locis etiam ad incalas extenderunt.
- 6 Nec interesse Baronis erit considerandum: iustitiae enim Civitas iure suo in alliciendo Civem, & non consideratur praividicium Baronis, quia illud venit secundario, & in consequentiis ad tex. in l. procuratus ff. de datu. infest. & l. ff. in meo ff. de aqua pluv. arc. n. & in similis Dom. de Pont. conf. 7. n. 7. vers. n. 7. tunc non consideratur. Fuit per Sac. C. datus terminus, & animalia intercepta restituui mandatum cum cautione.

ARGUMENTUM.

Baronibus, & feudatariis an, & quando, & quomodo locationes, & de novo concessiones facere in territorio, ac nemoribus demanialiibus feudi eorum Baronie, illorumque faciem mutare permittitur; Et qualis in iis usus vassallis, ac Civibus, & habitatoribus competit.

SUMMARIUM.

- 1 Barones, & feudatarii in Regno Sicilia de domino eorum, feudi concessiones de novo facere non possunt, sed tantum decadentias cum antiquo canone locare.
- 2 ... nec esiana defensas, seu forefas, & clausuras construere possunt, & de ratione.
- 3 Vsus Baronis in territorio demaniali, qualis, & quatenus, ibid.
- 4 Universitas, & vassalli habent usum in territorio demaniali Baronis, ibid.
- 5 Baronibus licitum est uti nemoribus demanialiibus ita, ut eorum commoditatibus satisfiat, & vassalli à pascuis, nemoribus, & cultura non arceantur.
- 6 Sic & è converso Barones, uti primi Civis in dominio Universitatis usum habent.

- 5 Pascua an Baronis , vel Universitatis præsumantur, renissiūt.
- 6 Baronibus , & feudatariis Regni per registrum Imperatoris Federici permittitur terras etiam steriles absque assensu concedere, non in pecunia , sed ad certam fructuum portionem , non tamen modicam, ut per hoc frans præsumi possit.
- 7 Baro faciem territorij , in quo Universitas usum habet, potest mutare, non iure servitutis contra usuariorum voluntatem , & de pascuis , & locis nemorosis arbusta, olivera , & seminatoria facero , non tamen taliter, quod usum impedit Civium, & ita decisum.
- 8 Secus autem quando vassalli iure servitutis usum habent, nam tunc, nec concedere, nec mutare faciem licet, etiam in melius commutando. Melius non est, quod fit contra voluntatem usum habentis, ibid.

DECISIO LXXVI.

- 1 Briones , & feudatarii minimè possunt in Regno Sicilie de demanio eorum feudi de novo facere concessiones , nisi tantum cum antiquo canone locare excidentias , feuda scilicet solitarii in feudum , & postea aliqua justa causa eis aperta Andr. in prima rubr. de his , qui feud. dar. poss. num. 8. vers. constitutio Regni Sicilia , Affl. in d. conf. constitutionem Diva memoria in 12. nota. bil. & est expressum in d. constitutione in verb. excidentias , Capibl. in pragm. 11. de Baron. num. 200. nec defensas, seu forestas , & clausuras constituere ad hoc , ut herba naturali vi , absque ulla industria nata vendi , aut locari possit , in toto enim territorio domanij Baronis , Universitas , & vassalli habent usum , debent enim habere naturalia elementa , ne ipsi inermem vitam ducant , Frezz. de subfend. aut. 46. Baron. num. 4. Ann. alleg. 48. num. 28. vers. nam iste usus , & diximus supra in praeced. decis. qui interpretatus fuit non extendi pro mercatura , D. de Pont. de potest. Proreg. in sit. de elec. offic. §. 2. num. 3. nec pro animalibus acceptis ad sociam Frez. in d. 46. aut. Baron. num. 4. vers. in causa D. Vincentij Cossi , afferit decretum S. C. D. de Pont. in dict. tract. de potest. Proreg. de elec. Official. §. 2. num. 3. & ita decisum refert. Capiblanc. in præalleg. pragm. num. 102. & usus nemororum demanialium feudi eorum Baronie debet esse liber Civibus ; & habitatoribus in dictis Civitatibus , Castris , & Baronis , ut patet in prag. 11. de Baronibus , Affl. in conf. Regni , quæ incipit , Autoritatem num. 8. unde Baronibus licitum est uti nemoribus demanialibus, ita ut in suis commoditatibus satisfiat , & vassalli à pascuis , nemoribus , & cultura non arceantur , ita disponit in cap. Regni Magistri forestarum §. & dismissit , & in d. pragm. 12. de Baronib. & ita è converso Baro, ut primus Civis in demanio Universitatis habet usum D. de Pont. in d. §. 2. suno, 4. vers. sicut è contra Baro , & sicut dicitur Civis , adducit authoritates , & decis. Kovitus in consens. prag. in rubr. de pasc. & forest. num. 7. vers. si tamen huiusmodi pascua , & inferius num. 8. afferit pro utraque opin. DD. an pascua præsumantur Baronis , vel Universitatis , pro cuius materia dilucidatione videnda sunt adducta per Capiblanc. in d. prag. 11. de Baronib.
- 6 Tamen per registrum Imperatoris Federici est permisum feudatariis terras parum utiles , nemoras , & steriles sui feudi locare absque assensu ,

& concedere , ut plantentur , ut certa portio fructuum inde reddatur , domino , sed non in pecunia , dummodo portio illa non sit modica , ne per hoc possit frus præsumi , ut Andt. in cap. 1. in fin. in additione , an ille , qui interfr. fratrem dominum sui , & in d. constitutione constitutionem Diva mem. in verb. minuendis , Marinus Frezza de subfendis in 19. aut. Baron. Affl. in eadens confis. in 12. notab. num. 6. Præl. de Franch. decis. 561. Fab. de Ann. conf. 51. Dom. de Pont. in tit. de elect. official. §. 4. num. 2. & 3.

Et quamvis permisum sit Baronibus mutare faciem territorij , in quo Universitas habet usum non iure servitutis contra usuariorum voluntatem , & de pascuis , & locis nemorosis facere arbusta , oliveta , & lematoria iuxta tradita per Covarru. pract. quæst. cap. 37. num. 4. & 5. attamen non erit permisum taliter mutare , quod impedit usum Civium , de quo iupra , quod non negat Covarru. pract. loc. & patet considerata ratione , de qua supra , per quam usus debetur , & ita tenet Hieron. de Monte in tract. de fin. cap. 6. num. 14. vers. territorij dominus , Capiblanc. in d. pragmas. 11. num. 101. vers. & propterea dicebat in facto , & ita decisum fuit die 21. Januarii 1621. per S. C. inter III. Principem Octaviani , & Universitatem , accendentibus Consiliariis super faciem loci , cuius sententia tenor est . Per hanc nostram diffinitivam sententiam dicimus , pronunciamus , sententiam decernimus , & declaramus , licere III. Principi Terræ Octaviani ad presens utili domino dictæ Terræ facere concessiones in locis nominatis Mauri , Nemoris , & Masoli , præviis tamen sollemnitatibus à iure requisitis , & iuxta formam cap. vigesimi in transactione prædicta contenti ; pro medietate tamen locorum prædictorum à parte remotiori Terræ Octaviani , ita quod pro usu Civium remaneat proximior , in qua medietate declaramus , comprehendendi quantitatem territorialium olim concessorum per quondam D. Bernardettum de Medicis , Neutram , &c.

Observando practicam traditam per Vinc. de Franch. in decis. 301. in fin.

8 Prohibitum autem est Baronibus Regni etiam steriles terras concedere ad certam portionem fructuum , & mutare faciem , quando iure servitutis vassalli habent usum , facit text. in l. fin. ff. de usu , & habit. ex quo text. patet , non posse dominum territorij mutare faciem prædii , in quo quis habet servitutem usus contra usuariorum voluntatem , etiam quod in statum meliorem velit commutare , melius enim esse non videtur , quod fit contra voluntatem illius , qui habet usum l. quævis mali ff. de usufr. imò tenetur illum agrum , in quo quis habet servitutem pascendi , semper ad pascendum liberum tenere , nec ad culturam reducere , & mutare antiquam formam , ita Covar. in d. c. 37. pract. quæst. num. 4. ubi per doctr. Bartholomei Veronensis de servit. rub. præd. cap. de servit. iuris pascend. num. 26. dicit , quod , ubi quis in agro alieno habet ius pascendi iure servitutis , Dominus territorii non potest illum agrum reducere ad culturam , quæ ullo tempore impedit pastum , & ingressum animalium ad pascendum , sed tenetur illum semper liberum ad pascendum juxta antiquam , & consuetudinem formam tenere , hoc idem ante eum tenuerunt Socin. junior conf. 105. lib. 1. Aymon. conf. 4. col. 3.

AR

ARGUMENTVM.

Pater, & filius an insimul in eodem Tribunali
judicare possint.

SYM M A R I F M.

- 1 Pater, & filius an in eadem Tribunali eadem in causa judicare valent, & num. 2. ab habetur deciso.
- 2 Pater, & filius una, eadunque persona censuratur, ibid.
- 3 Filius eandem quam pater erga se, affectionem, & voluntatem habet, erga patrem habere presumuntur.
- 4 Filius a se facere quicquam non valde, nisi quod patrem viderit facientem.
- 5 Non decet a filii ad iuritium revocari, qua a patre geruntur.
- 6 Filius, ac discipulus patris, & magistri sententiam defendere, acque excusare debent.
- 7 Pater magis patitur in filium, quam in seipsum.
- 8 Justa recusationis causa reputatur, si in causa, in qua pater fuit Advocatus, filius fit Judex vel a contra pater fit Judex, & filius Advocatus.
- 9 Filius in appellationis causa, in qua eius pater in primo iudicio pronunciauerat, suspectus est Judeum.
- 10 Filius in iure patrem corrigeret, ac ei contradicere potest; sed non in gradu appellationis.
- 11 In his, qua a iure sunt permissa, quilibet admittitur, nisi expressè reperietur prohibitus.
- 12 Electio in personam patris, & filii simul facta censetur nulla, quippe qui ad administrationem uno, eodemque tempore non admittuntur.

DECISIO LXXVII.

- 1 PRO negativa assertur. Primo quia pater, & filius pro una persona reputantur §. ei, cum pluribus concordantibus Iust. de iuris. & iuris. & filius est de familia patris, secundum Speculatorem in tis. de delegat. §. superest vers. istius si fit Comes, Ioan. Andr. & Dominicus in cap. legitimè, de appellat. in 6.
- 2 Et filius presumitur habere eandem affectionem, & voluntatem, quam pater habet tenet Bal. in l. liberti col. pen. C. de oper. libert.
- 3 Præterea filius tenetur imitari gesta boni patris cap. dominus noster in fine 56. dist. nec potest
- 4 filius quicquam a se facere, nisi quod patrem viderit, facientem, ut in cap. fin. de consecrat. distin. vls. & 24. qua. priua cap. causa beatissimus
- 5 & non decet ea, quæ a patre geruntur, a filiis ad iuritium revocari, l. ea, qua a patre C. de refit. milit. Bald. in l. fin. §. ipsum autem C. de bonis, qua liber. & filius, ac discipulus sententiam patris, aut magistri defendere debent, & eam excusare,
- 6 vt consultivè Cassius fecit in l. dicere ff. de arbitr. vnde ex his si prior pater votum protulit, suspe. Etus redditur filius, cum non deceat contra patris consilium sententiam dicere de causa; & è con. verso post votum filij ob afflictionem redditur su. spectus pater, qui magis patitur in filium, quam in seipsum, l. ibi quidem ff. quod mor. caus. facit
- 7 etiam, quia si iudex est filius eius, qui fuit Advocatus in causa, vel è contra pater est iudex, & filius est Advocatus, est iusta causa recusationis,
- 8 Chrys. Scarfo Post. legal. 9. Ex quibus DD.

tenuerunt, filium esse suspectum Iudicem appellationis in causa, in qua eius pater in primo iudicio pronunciaverat, Ferd. Vasquez. de success. creat. lib. 2. §. 20. part. 2. requisit. 29. declarat. prima num. 44. vers. primo, quia pater, & filius, & ita iudicatum in diversis Tribunalibus, vt patet per Gar. Mastrill. decis. 151. num. 27. vers. sed contrarium tenuit.

Pro affirmativa assertur primo text, in l. 3. §. quis de condit. cans. dat. can. non sequit. vbi Celsius filius patrem suum Celsius in iure emendavit, & ei contradixit, & ibi glo. in verb. posse, tenet, filium posse corrigerem patrem in iure, in quo non videretur fieri iniuria majoribus, si à minoribus melius dicitur, quam sequuntur Bart. Bal. Alex. Romanus, quinimò dicit Bald. quod hoc ad summam letitiam patris redundat, Grammat. & cæteri relati per Gar. Mastrill. in decis. 151. na. 23. appellationis autem Iudicem filium esse à sententia patris negant DD. per eundem Mastrillum ad ducti, & ita iudicatum.

Insuper in iure non reperit ut hoo prohibitum, & quilibet admittitur, nisi lege reperiatur prohibitus, & his, quæ sunt à iure permitta, facilitior modus est, prohibitas personas proponere, & per consequens aliæ censentur admissæ, l. cum prator ff. de iudic. cum concord. adduct. per Gomez. in l. 2. Tauri, hoc argumento utitur Andr. in testib. in Conf. Humanitate.

12 Fuit hæc etiam recepta in praxi tempore Pro. fidatus Cardinalis Borg. & in anno salutis 1620. & in Magna Curia admissi eodem tempore in eodē Tribunali Regens Rovitus pater, tunc Regius Consiliarius, & Ferdinandus Rovitus filius, ut iudex annalis.

13 In administratione vero aliter observatur, nam pater, & filius non admittuntur eodem tempore, & si simul eligantur, erit nulla electio, Joann. Paul. Montanar. ad pragm. 16. de admiss. rat. Univers. num. 3. vers. si tamen eodem tempore, pater, & filius, affert authoritates, & rationem.

ARGUMENTVM.

Advocatus, siue Judex in eadem, vel alia consimili causa, an & quando Judex esse prohibetur.

SYM M A R I F M.

- 1 Advocatus adversarij in eodem negotio, & causa, vel ei connexa. Judex esse prohibetur, & ut si spectus removetur, & num. 8.
- 2 Judex si consultor fuerit adversarij in causa, uti suspectus repellatur, & cum ratione, & num. 3. Consultor dō consilio censor.
- 3 Judex, qui alias in causa similiter indicavit, uti spectus removetur potest. Et cum ratione, & num. 10.
- 4 Caterinus non idoneus militat in eo, qui non eandem, sed consilium causa pro alio veli advocatus olim defendit, & num. 6. & 8. & op. ma diversitatis ratione ita decisus in l. 1. v.
- 5 In his, qua a iure permissa sunt, facilitior modus est prohibitas personas numerare, & per consequens consentaneas admissas.
- 6 Illatio ex diversis non fit.

DECISIO LXXVIII.

Hujus resolutionis ratio tradita est à DD. ex mente Aret. relatis per Olalic. d. decis. 528. num. 13. vers. ubi ex mente Aretini, quia examinatio non fit ita diligenter in iudicio summario coram Ju- dice monitorij, sicut requiritur in iudicio plena- rio, quam consideravit quoque Menoch. in d.cas- su 109. num. 6. vers. declaratur primo, & de ann. 1599. per S.C. fuit judicatum, per extensum esse procedendum ad examen testimoniū, qui deposue- runt ad revelationem in caula Paschalis Caputi cum Portia de Bellamo, & alijs ad relationem Regij Consiliarij Marci Antonii de Ponte, Actua- rio Joanne Baptista Figliola.

Si enim Judex responsonem admittat audita, & lecta depositione, quam iam emologat, & ac- ceptat, ostendit se satis confidere, vel de pro- pria, vel de alterius Judicis adhibita diligentia Menoch. in d.casu 109. num. 3. vers. cum enim Ju- dice responsonem banc admittit, & cessat ratio superius assignata, quia non fuit facta ita dil- genter examinatio in revelationibus, nam dum

6 Judex in repetitione hoc responso contentus fuit,

aliam diligenter non requiri, arbitratus est, &

pro Judice presumitur Alciat. in tract. de pra- sumps. reg. 3. presump. 9. num. 1. Menoch. de pra- sumps. presump. 67. num. 2. lib. 2.

7 Juste, & recte facit Iudex, admittendo testimoniū referentem se primæ depositioni, quando testes sunt examinati coram ipso metu ludice in una cau- sa, & postea de novo sunt examinandi in alia cau- sa, verum eius arbitrio erit non admittere istam testificationem: quia vellet videre, qua trepidatione, & constantia loquatur, & hoc etiam calu non erit deneganda testi petenti exhibitio primæ depositionis, ut se informet Bart. in d. l.

ARGUMENTVM.

Scribæ fiscales et si capturæ delinquentis affi-
stant, idonei testes sunt ad probandam ap-
prehensionem cum armis prohibitis.

S V M M A R I V M.

9. Et idem observandum erit, si primum examen esset nullum, quia non recte, seu non sollemiter factum: nam tunc potest se referre ad depositionem in primo examine factam, ita ex omnium Doctorum sententia refert Thes. decif. 28. Viv. in sylva comm. opin. opin. 911. testes nulliter recepiti num. 20. vers. sed se prima testis, Farin. citato loco num. 45. vers. amplia secunda itemque arbitrio Judicis erit si voluerit admittere dictam depositionem, ut supra declaratum fuit, Alex. in l. legata iutiliter num. 7. vers. item inducitur iste tex. ff. de leg. 1. Vivi. practicato loco vers. Bartolus verò, & si ipse Vivius in fin. dicat in Regno hoc nullatenus residere in Judicis arbitrio, observa-
turque prima practica in repetitione testium fa-
cienda, ostenditur itaque prima depositio testi, &
ei legitur per Actuarium de verbo ad verbum, ut
jacet, eaque lecta, eandem acceptat, emologat,
& affirmat & ad eandem suam depositionem, in
qua de negocio testatur, se refert absque alia no-
va depositione, quæ practica fundatur judicio
suo in doctrina Bart. in l. prima ff. si cert. petit.
afferentis, quod testis licet non recordetur de
negotio; potest tamen de eo certitudinari te-
stificari, referendo ad depositionem suam, in qua
de veritate testatur, quæ praxis, & observantia
est vera.
12. Observatur quoque parte instantे, quod de-
positiones, quando Judici videbitur, recipian-
tur coram Judice, prout de jure fundatum fuit,
per quem dantur interrogatoria, ut ipsi videbi-
tur, pro investigatione veritatis juxta text. in l. 3.
§. item Divus Adrianus ff. de test. & ita obsecu-
tum fuit in S. C. in causa D. Antonij Xuares
Vespesiano Mennella, & alijs, & judicatum,
quod accedat Commissarius cause ad recipien-
dam repetitionem testium nulliter examinato-
rum, qui reculaverunt deponere: quia denega-
vit legere primam depositionem, facta relatione,
in S. C. fuit sub die 11. Octoris 1624. decretum,
quod recipientur per Actuarium iuxta ordinem
datum per Sac. Conf. & mandatum fuit oretenus
quod interroget testes, verum non deneget le-
gitimam primæ depositionis.
13. Observatur quoque in M. C. non repeti testes
examinatos in processu informativo, non citata
parte, per quos fuit facta recognitio, seu con-
frontatio cum iuramento, qui absque alia repeti-
tione, plenè probant, quoniam ista confrontatio
operatur plusquam citatio ad videndum iuramen-
ta testium Affl. in Conf. Si damna clandestina nu.
28. in fin. vers. vel index faciat venire testes in pra-
sentia ipsius criminosi, nam habito effectu, dixit,
non curamus de modo, sequitur Anton. Scap. in
tract. juris non scripti lib. 5. cap. 114. num. Bajard.
ad Jul. Clar. quæst. 95. num. 54. vers. item adde,
quod confrontatio, & ita judicatum per M. C. de-
legatum, discussio sollemniter articulo, in causa
Joan. Baptista Verbi inquisiti de homicidio so-
ci, qui fuit laqueo suspensus de mense Martij
1633.

D E C I S I O LXXXVIII.

1. **F**undatur edictum de testibus esse relictum
prohibitorum, scilicet certarum persona-
rum, & permissionum regulariter; quilibet enim
admittitur, nisi expresse reprobetur l. prima ff.
de test. glof. in l. quoniam in verbo angustetur C. de
hæret. l. mutus §. cum quaritur ff. de procur. cap.
cum apud, ubi Abb. in primo notabili, de sponsal.
nec est angustandum, ut probationes cadant, l. cui
rent ff. eod. Ande. in Constit. Regni Humanitate 4.
column. versio. si ergo non effent alii testes, non enim
3. de iure reperitur prohibita attestatio affidentis
ad capturam, ergo censetur idoneus, nec simpli-
citer capientes repelluntur a testimonio contra
captum, sed causa cognita absumuntur, habenda
fides sit, necne l. prima §. in causa ver. cum quis la-
tronos ff. de quaest. & late per Menoch. de arbitr.
Jud. cas. 112.
4. Et licet quis non possit in officio gerere personam
accusatoris, & testis; tamen potest gerere personam
informatoris, & testis eorum, quæ consistunt in
facto, ita Affl. in d. Constit. Regni Humanitate in 6.
notabili num. 28. vers. amplius quaro pro declara-
tione, unde si non effent capientes viles personæ,
plena probationem eorum dicta facerent, ut de
cursoribus Curiae Archiepiscopatus tenet Ge-
nuensis in praxi Archiepiscopali cap. 8. item de bar-
ricellis tenuit Joseph. in decif. Luceus prima nu. 4:
vers. isti ergo barricelli, et si satellites effent de ma-
joribus, & in capite, & fortius si haberent ali-
quam iurisdictionem, effent idonei testes Paul.
Granut. theorem. 19. num. 11.
6. Birruariis autem, præterquam in levibus, plena
fides non datur, ea quidem ratione, quia vilissimi
dicuntur Bal. in l. final. C. de edic. Divi Adr. toll. &
in l. etiam C. de test. latissimè Farinac. quæst. 56. nu.
371. Alciat. de præsumpt. præsumpt. 14. Paul. Gra-
nutius d. theorem. 19. num. 4. & de his loquitur de-
cif. D. Præf. de Franch. 379 & aliquando etiam ar-
bitrio Judicis birruariis etiam fides adhibetur per
ea, quæ habentur per Farinac. de delict. & pan.
quæst. 21. n. 151. vers. illi testes, per Caball. casus
126. num. 10. & cessante causa levitatis personæ,
cessat defectus testimonii, Granut. in theorem. cit.
at cum Scribæ sint personæ approbatæ, & in actu
captu.
- 7.

capture nullum interest possit considerari in eorum personam, nec laudis, nec alterius utilitatis, testes idonei existimandi sunt.

- 8 Ampliatur etiam in Capitaneis infelici, ut fundat post hanc scripta visus Novar. quae forens, per. 1. q. 16. qui tenet probare, & esse integratos res.

ARGUMENTVM.

Promissio in capitulis matrimonialibus facta de se obligando pro dotorium restitutione per publicum instrumentum cum hypotheca bonorum feudalium etiam titulatorum ad consilium Sapientis an pro vera, & reali obligatione habeatur, ac promissum instrumentum pro confecto, & per consequens in concursu creditorum an dies capitulorum matrimonialium attendatur, vel dies instrumenti dotalis, & an, & quando in dieis capitulis operetur assensus capitulis Neapolitani.

S U M M A R I U M.

- 1 Promissio in capitulis matrimonialibus facta de se obligando pro dotorium restitutione per publicum instrumentum, cum hypotheca bonorum feudalium etiam titulo decoratorium ad consilium Sapientis, cuius sit virtus, & officia, & num. 5.
- 2 Assensus capituli Neapolitani quando locum habeat, & operetur in capitulis matrimonialibus. & num. 6.
- 3 Hypotheca pro dotois restitutione retrotrahitur ad diem promissionis, & sic ad capitula matrimonialia dum tamen firmata.
- 4 Obligatio ipsa differt a promissione de se obligando.
- Decisioni Gram. 103. contra dorem, hic allegata occurritur inf. n. 16.
- 5 Promissio de se obligando quando habeatur pro vera, & reali obligatione.
- 6 Promisitens facere contratum, obligatur nisi ex contractu facto.
- Promissio ad consilium Sapientis quid imponeat. Instrumentum promissum interdum dicitur pro confeito.
- 7 Instrumentum aliquoties requiritur tantummodo ad faciendum probatum.
- Promissio restituenda dotois in causa soluti matrimonii habet relationem ad tempus dicta promissionis, non autem soluta dotois.
- 8 Condicio, cum de necessitate raciat inest, non facit actum conditionalem.
- 9 Promissio conditionalis facta in capitulis matrimonialibus, purificata deinde conditione retrotrahitur ad tempus promissionis, sed capitulum etiam quoad hypothecam.
- 10 Promissio facta sub conditione subsequenti solutio habetur ac si sine conditione facta esset.
- 11 L. potior, & l. qui balneum s. qui pot. in pign. hab. vendicant sibi locum etiam in feudis. Declarando tamen ut per Vt. hic cit.
- 12 Fodorum dispositio est ad iustar allodialium, quando adeo assensus bonum, vel legis.
- 13 Promisitens se obligare ad contum per instrumentum posse facilius conveniri, ac si facisset infra-

- mentum, ex doctrina lo. And. qui habet locum etiam in feudis omni vi comprehensus assensus, & num. 16.
- 14 Promissio constitendi doctarium super feudis idem operatur, ac si esset constitutum, quia habet assensum vigore Constit. Regui ex ord. licentiam.
- 15 Assensus d. Constituentis equiparatur assensui capituli alio concessi per Carol. V. Imper. qui incipit item supplicano.
- 16 Assensus capienti comprehendit etiam presumptam obligationem.
- 17 Assensus semper concessus intelligitur quonsquiescens, & ratio dicti capienti vigeret.
- 18 In terminis capituli Regni an sufficiat tacita hypotheca à lege subintelligita, Adversus Camerat. abrogantem adducuntur, quod plures D. maxima autoritatis, & numer. 23. Legis assensus super bonis feudalibus illius est virtus, ne hypotheca legis favore inducta, summa operetur effectum super eisdem bonis.
- 19 Expressio eius, quod à jure subintelligitur, non est necessaria.
- 20 Hypotheca tacita habet eandem virtutem, quam conforma statuti habere expressa. Hypotheca non est necessaria exprimi ab bonis, dum est à lege expressa.
- 21 Camer. responsio ad doctrinam And. allata, variis considerationibus refellitur. Expressum dicitur per relationem ad aliud. Fodum recipiens videtur etiam descendenter suis proposito, & ita lex subintelligit, licet de illis non sit expressum. Assensus trahitur ad personam à lege subintelligit. Eam. . . producitur pariter ad hypothecam ab eadem inducitur. Hypothecam non inducit in recipiente dorem.
- 22 Fodum ad descendentes transire fuis ex fodorum usibus introductum.
- 23 Obligatio facta à duabus fiduciis quia importet. Actio hypothecaria competit mulieri vigore assensu capituli Neapolitani etiam si proximamente doris restituendum expresse non obliget bona fidelia, & cum ratione.
- 24 Satis ratione D. Reg. Rovis. adversus dorem paulo supra adducta. Regula juris est, duo specialia circa idem concurrendo non posse. Qua limitatur, quando unum speciale concurrevit principaliter, & alterum consecutivè.
- 25 Hac opinio pro dote nunc est obvallata duplice decisione, una per S. C. & algora per R. Cam. proposita.

DECISIO LXXXIX.

- 1 **M** Archio Orioli in capitulis matrimonialibus promisit se obligare pro dotorium restitutione per publicum instrumentum cum hypotheca bonorum feudalium, & titulatorum ad consilium Sapientis, in concursu creditorum fuit dubitatum, an sit attendenda dies capitulorum matrimonialium, qua attenta, erit anterior vel dies instrumenti dotalis, qua inspecta erit posterior.
- 2 Pro creditoribus dicebatur, quod cum tractetur de feudo, non potest attendi dies capitulorum

rum matrimonialium, ex quo deficit assensus, neque in isto casu potest se iuvare assensu capituli Neapolitani, qui, cum in capitulis deficiat hypotheca, assensus capituli non operatur, prout tenuit Camer. *in cap. Imperiale car. 55. l. 15. E. usque ad lit. K.* vbi expresse tenuit, quod quamvis assensus capituli habeat locum in capitulis matrimonialibus, tamen intelligitur, quando in eis adest expressa hypotheca bonorum feudalium, & ita fuisse decisum in anno 1573, fuit decisum in Collaterali Consilio in obligatione omnium bonorum venire etiam feudalia virtute Capit. Neap. *infra dec. 30.* — notatur per Add. *ad dictum capitulum registratum in vol. pragmaticarum in pragm. 3. sub tit. de feudis*, & fuit in causa Angelae de Capite cum Michaelo de Villanova idem tenet Jo: Vinc. de Anna *in repet. Confit. Constitutionem Div. menses. num. 239.* dum allegat Minadoum, *ibid. n. 240.* dum allegat Camer. Franc. de Amic. *in tit. de bis*, qui feud. dar. possunt cap. sequitur mod. restatur idem, obtinuisse se patrocinante, quod assensu capituli, vbi non adest expressa hypotheca, non iuvet, ut *inf. 244.* Regens de Ponte hoc audacter tenet ex verbis eiusdem capituli *cans. 75. num. 34. lib. 2.* & novissime Dom. Reg. Rovitus *in pragm. 8. de feud. 3. num. 9.* & quamvis hypotheca pro restitutione dotis retrotrahatur ad diem promissionis, & sic ad capitula matrimonialia tanquammodo firmata, ut refert Franch. *in decis. 1677. doct. cumulat Molfet. par. 6. de iure dor. quas. 2 num. 14. cum seq.* tamen haec est fictio, & proinde intelligitur de tacita, & non de expressa.

4. Nec esse dicendum in his capitulis adeste hypothecam expressam, cum non aliud contineant nisi promissionem de obligando bona feudalia, & ad faciendum instrumentum cum obligatione bonorum feudalium, sed cum conditione secuta solutione duc. 15. m. & facto instrumento mutui pro aliis ducatis 5. m. quod instrumentum nunquam fuit factum, & solutio ducatis 5. milia non fuit facta, nisi in anno 1589. & 90. & hoc in individuo tenet Grammat. *in decis. 103. n. 189.* cum multis sequentibus, loquens propriè in promissione de obligando facta in capitulis matrimonialibus, quod non operetur assensus capituli, nisi sequuta cum effectu obligatione, quia aliud est promittere decem, aliud promittere se obligaturum. *in bona fide s. fix. de eo. quod certo loco.*

5. Pro dote vero ponderavimus quod dum in capitulis matrimonialibus Marchio Orioli delbetem promiserit se obligare pro dotum restitutione per publicum instrumentum cum hypotheca bonorum feudalium, etiam titulatum ad consilium Sapientis, dubitati non poterit, quod talis promissio habeatur pro reali, ac vera obligatione secundum receptam doctrinam Jo: Andre. *in addit. ad Specul. in rub. de obligat. & solut. à qua non esse recedendum dixit Hermanotus Detus. in l. 4. s. Caso n. 132. ff. de verb. oblig. cum sit communis, æquior, rationabilior, & utilior secundum Purp. in l. cuius servum & servum tuum imprudens n. 14. ff. si cor. p. quem ad hoc adducit Pres. de Franch. *decis. 574. n. 5.* & hanc opinionem frequenter D. D. calculo receptam post alios ostendit Tiraquell. doct. *concl. 5. p. n. num. 28. & seq. ubi plus mos. cumulat. quibus addo Covarruv. in cap. quamvis in 3. par. init. n. 3. de paci. Tell. Fernand. in l. 22. Taur. num. 15. Roland. conf. 69. n. 25. ver. certior respondeatur volum. 3. Maran. conf. 141. num. 5. Villalob. in arario l. P. n. 158. Cartas. decis. Jan. 89. n. 12.**

Fabrum in suo Cod. lib. 3. tit. 27. defin. 36. num. 4. Consilium Georg. *alleg. 15. num. 27.* & licet ab hac vera, communis opinione aliqui recedere conantur, ut est videtur apud D. de Franch. *ibidem n. 4.* nihilominus illa est verior, communior, se fatim indubitabilis favore dotis, us in terminis facetur Affili. *decis. 61.* Anton. de Alexand. *in confit. Quartana autem in verb. confessata in vers. sensu num. 15 fol. 252. vbi quoque Marin. Petcc. vers. incip. vidi Andreas. & in iudicando per S. C. semper fuisse receptam tellatur Versill. *in dict. dec. 61. in princ. quem. refert, & sequitur D. de Franch. ib. dem sub num. 5. Grammatic. ead. confess. sub num. 22. vers. mulier fol. mibi 253. Campag. omnino legendus. in cap. Regni mulier dotariiis cap. 29. de novissime Molfet. *ad Confut. Neap. par. 7. n. 15. de iure quarta. quas. 2. n. 10.* in add. imo ut ingeniosus notat Doctor Scarfo *in Cylonia legati trianopha 7. promittens facere contractum, in quo sola voluntas contrahentium sufficit, obligatur, ut ex contractu facto secundum veram, & communem opinionem, de qua per Burset. conf. 100. num. 10. lib. 1. Bonacof. in recollect. commun. opin. c. 6. de contractib. loc. 4. vol. 2.***

6. Et cum Marchio promiserit confidere instrumentum, cum obligatione bonorum feudalium etiam titulatum, iuramento, ac clausulis necessariis ad consilium Sapientis, quod importat, ut legitime liget contractum, & carre glo. in l. s. mandato Titii § fix. in verbo accepta ff. mandati vers. solv. sensus Sapientis est, nullatenus dubitari poterit, quin promissum instrumentum habeatur pro contracto, ita punctualiter Surd. *conf. 457. n. 12. vers. secund. facie 4. vol. Ann. conf. 3. num. 17. Reg. de Pont. conf. 10 num. 23. vers. ff. ille habebatur, & de communis testatur Graff. commun. opin. lib. 1. cap. 6. quas. 20.*

7. Nec obstat, quod in capitulis matrimonialibus Marchio promiserat facere cautelas sequuta solutione partis dotis, ac contracto instrumento mutui pro solutione restantis quantitatis: nam cum re vera facta fuisset solutio dotum promissarum, non erat necessarium instrumentum mutui, & proinde promissio statim fuit fortita effectum suum, ut tenet Thef. *decis. 233. n. 10.* dicens hoc casu instrumento opus non esse, nisi ad probationem, ex l. coherabar ff. de pign. in modo scilicet promissione restituendi dotem in casu solutioni matrimonii, atten- dicit tempus ipsius promissionis, non autem sequitur solutionis per sex. in l. 1. ubi omnes ff. qui posteriores in pign. hab. per quem sex. hunc punctum

8. non habete difficultatem dixit Pres. de Franch. *in decis. 677. num. 4.* & cum qualitas illa solutionis facienda tacite inerat, promissio non dicetur conditionalis, sed pura, ut probat Ann. eod. *conf. 8. n. 15. & 17.* in modo positio, quo i fuisset conditionalis.

9. sequuta deinde conditione ob factam solutionem totius dotis hypotheca orta fuisset à die capitulatum, ut in simili conclusum facetur Gama *in dec. 355.* non enim erat in potestate Marchionis pecuniam promissam non accipere, dum sustinebat onera matrimonii secundum glo. in d. l. 1. in ver. compellitur, igitur attenditur tempus promissionis quamvis sub conditione famae, vel ad certum diem dilatetur, probat fuit iura aperta in l. potior & in l. qui balneum vbi DD. omnes ff. qui pot. in pign. hab. sequuta enim solutione habetur ac si sine conditione promissio facta esset dicta l. potior l. ver. sed verior, quorum iuriū d. dispositionem procedere in feudis, quando dispositio est valida, scilicet facta

sæcta cum assensu domini colligitur ex dictis per Vrsill. post Affl. dec. 286. num. 4.

- 28 Quibus sic positis non erit controvèrtendum, an talis conclusio locum habeat in obligatione bonorum feudalium, cùm illorum dispositio sit ad instar allodialium, quando adest assensus hominis, vel legis And. in capite Imperialema vers. sed si venu- debatur de probib. fœd. alien. per Fed. & cum in casu nostro habeamus assensum capitulorum Regis Catholici, quorum fit mentio in nostris capitulois, sufficit, quod ius ita velit, ut comprehendatur ab assensu secundum Isern. in cap. 1. num. 8. vers. hoc ergo ubi bona additio qui succ. ten. & pun-
29. Etualiter, quod doctrina Jo: And. procedat in bonis feudalibus ex vi comprehensiva assensus post Reg. de Pont. cons. 10. num. 21. Sutd. ibidem n. 12.
30 tenet Ann. cons. 8. num. 17. & propere Affl. in Cons. Licensiam num. 5. in 10. q. in terminis illius constit. permittentis constitutionem dotarii super feudis, notabiliter dicit, sufficeré, quod vir promiserit constituere dotarium, quis talis promissio ha-
31. bet assensum vigore illius constitutionis,
32 quod latius exornat Niger in cap. mulier do-
tarium in addit. num. 29. ubi sup. num. 19. equi-
parat assensum præstatum per illam Constitutionem
Licensiam cum assensu capituli, & ante num. 30.
33 dixit, dictam decisionem esse notandam, quia multoties poterit casus contingere, quando solum sunt facta capitula matrimonialia, que sola suffi-
cere, ut assensus capitulorum locum obtineat, di-
xit Camer. in cap. Imperialema fol. 55. lit. F.

Nec quidquam opiculatur Grammat. decis. 103. quia ibi punctus non fuit decisus, ut in fine decisionis patet, dum fuit reservata melior deliberatio compilato processu contra tertios possessores, sed illæ rationes relatae per Grammat. fuerunt adductæ pro ratione dubiandi, & propere in contrarium adductis non respondit, ut advertit Vrsill. d. decis. 61. in princ. & quando, verè Grammat. tenuisset illam opinionem, ex supradictis apparebat nedum loqui contra communem, sed fundari in falsis ra-
tionibus, siquidem dum dicit, hanc obligationem resultantem ex promissione faciendi instrumentum non comprehendendi ab assensu ex eo, quia tale instrumentum fictivè habetur pro facto, & capitulum loquitur in instrumento vero, & formaliter, longè fallitur, cum illud comprehendatur ex vi as-
sepsus, ut advertit Ann. ibidem n. 17. cumque meus capituli non fuerit hunc vel illum casum confide-
rare, sed omnem casum, per quem mulier remane-
ret indotata, consideravit illud, quod ius vult, &
proinde hanc præsumptam obligationem, ita in-
quit Camer. fol. 53. lit. E. quæ præsumpta obligatio cum dependeat ab expresso, scilicet ex promis-
sione faciendi instrumentum cum obligatione bonorum feudalium, absque dubio comprehendendetur ab hoc assensu capituli iuxta doctrinam Isern. in d. c. 1. n. 8. qui succ. ten. quam ita in propriis ter-
minis intelligit Camer. fol. 55. lit. I. quod etiam vor-
37 luit Frecc. lib. 2. q. 3. n. 8. fol. 21. ibi 180. imò quamvis instrumentum hoc casu non esset reale, sed pos-
tius fictivæ, sive præsumptum, quia tamen illud re-
faltat ministerio, & fictione legis & mens, & ra-
tio capituli vigeat, operabitur assensus, ut optimè ostendit Camer. videndus fol. 9. lit. T. & Frecc. ubi sup. num. 8. in fin.

- 38 Ultimè ad saturitatem non esset prorsus no-
vum assertere in terminis capitulorum Regni fus.
Scire tacitam hypothecam à lege subintellectam,
licet negare non possum, else satis arduum hoc te-

tare propter Camer. autoritatem, tamen si ade-
rent dochissimi viri, qui forte & doctrina, & opi-
nione Camerario sequati sunt, contrarium tenen-
tes, illud adnotasse non possebit, & præter ea, que doctissime de more scripta D. Amatus in
cons. 36. vbi Camer. opin. authoritatibus, & ratio-
nibus destitutam ex pluribus ostendit; tamen quod quando lex absentit dispositioni rerum feudalium tacita hypotheca doris favore à lege inducta suum operetur effectum super bonis feudalibus, expre-
sè tenuit Bartholomæus de Capua vir satis notus
in Cons. Licensiam in 1. q. quem refert & multum commendat Affl. ibidem n. 8. & 9. sequitur Petr. de Monteforte omnino legendus in apost. ad eandem Cons. Licensiam in fin. Campag. num. 19. & aperte etiam colligitur ex dictis per Frecc. lib. 2. q. n. 3. n. 6. & hoc proprie voluit Isern. in d. cap. 1. n. 8. qui succ.
19 ten. & alibi saepius dum inquit, quod illud, quod subintelligitur à iure non est, necessarium exprimi, & propere statutum, quod strictissime intelli-
gitur, dans paratam exequitionem instrumento, operabitur etiam circa hypothecam tacitam re-
sultantem ex receptione doris in bonis mariti se-
cundum Bal. in 1. abi adhuc ver. sed adverte C. de
iure dot. quem refert D. Franch. decis. 325. num. 1. non erat enim necessarium hypothecam exprimi ab homine, dum lex exprefserat Regi, ut singula-
riter dixit Precc. ibid. ante n. 9. vers. hoc est express.
21 Nec me movet Camerarii responsio, quod do-
ctrina Iser. procedit, quando tacitum dependet ab
expresso ita ut secus sit, quando nihil exprimitur,
nam data pro vera Camer. doctrina expressum di-
citur per relationem ad consilium Sapientis, quod debitæ cautelas inducat ut supra diximus, & hy-
potheca ex cautela inducarur, consequens est, illæ necessariæ subintelligi, & ex alio, ut optimè adver-
tit D. Amatus, responsio non est applicabilis, nam
sicut in recipiente feudum lex subintelligit de de-
scendentibus, quamvis non exprimatur, & assensus ad utrumque trahitur, ita etiam in recipiente do-
tem lex hypothecam inducit, etiam si omittatur,
quemadmodum igitur assensus ibi trahitur ad
personam tacitè à lege subintellectam, ita quoque & hic assensus trahetur ad hypothecam à lege pa-
riter, etiam si non exprimatur, inductam, & iura,
22 quæ allegat Iser. generaliter loquuntur. nam tex.
in cap. 1. in 9. cum verè, decidit feuda transire ad
descendentibus, ex hoc arguit Iser. non esse necessa-
rium exprimi de descendantibus, vt comprehen-
dantur ab aliis, cum sufficiat, quod ius illud sta-
23 tuerit, ita etiam in 1. 3. C. de fidei suff. obligatio facta
à duobus fideiulsoribus intelligitur, ut uterque
teneatur insolidum, quamvis hoc non fuerit ex-
pressum, cum illud oriatur ex legis dispositione,
vt dicitur in tex. sic dicemus in calu nostro, vt
quamvis promittens doris restitutionem, non ex-
primat hypothecam bonorum feudalium, adhuc
mulier habeat actionem hypothecariam virtute
assensus capitulorum, cum sufficiat, quod ita à
iure sit dispositum, vt super tali promissione sta-
tim sit inducta tacita hypotheca, quamvis à parti-
bus non fuerit expressa, & resoluto argumento
Camerarii, cessant authoritates aliorum Docto-
rum pro contraria, qui absque alio fundamento se-
quuntur Camerarium, & decisio Add. ad pragm. 3.
de fœdis non est certa, cum deponat de audiū, &
non interfuerit decisioni.

- 24 Nec similiter obstat ratio, quam assignat D.
Reg. Rovit. in repet. pragm. 8. de fœdis, in fine, ne
scilicet duo specialia concurrent circa idem vulg.
1. 1.

1.1. *Cadit deus promissi*: nām facilis est responso , regulare iham limitari, quoties vnum speciale concurret principaliter , & aliud consequutivē , & dependenter, secundū Salic. in d.l. prmissi nam. 3. sed in exlu nostro absens capitulo , quod est unum speciale, datur promissione restitutionis dotium , quā secum trahit tacitam hypothecam , meritō non debet ei fūcere difficultatem concursus duorum specialium , stante quod vnum ab alio dependet.

25 Fuit per S.C. decisum pro dote, & petita in integrum restituzione per aliquos ex creditoribus privilegiatis, die 13. Maii 1624 fuit denegata facta relatione Collaterali Consilio.

Es aliās per Regiam Cameram, concurrente D. D. Portia. Garacciola, vidua quond. Balthasaris Aquaviva de Aragonia cum Regio fisco , qui ex prelsam habebat hypothecam super bonis dicti quond. Balthasari , è contra verō dicta D. Portia. produxit capitula matrimonialia tantum non stipulata, sed tanum subscripta absque expressione hypothecæ, die 26. Martii 1610 facta relatione in Collaterali Consilio fuit provisum, D. Portiam esse preferendam Regio fisco .

ARGUMENTUM.

Agnato proximiori an competit ius prælationis adversus extraneum emptorem in venditione feudi hereditarii pro eodem pretio.

S U M M A R I U M.

1. In articulo dubio magna est autoritas regi judicaria.
 2. De iure. concurrit fundus licet alienatum duplici iure per agnatum revocari poterat, vel iure prælationis, sive redemptionis, vel iure successoris, quod ex lege in seipsum ei competebat, & ambo declarantur.
 3. Qua differentia sic in se duas species revocationis.
 4. Revocatio qua à iure succedendi, vel ex lege invenitur dependet, locum obtinet tantummodo in fundo ex pacto, & providentia simplici, non alterata à qualitate hereditaria, & num. 91.
 5. Secunda revocatio, qua iure prælationis competit, an locum obtineat in fundo hereditario, & num. 810. & 111. consummerantur antores tenentes competere in fundo, ex pacto, & providentia tantum, & n. 37. DD. tenentes competere etiam in fundo hereditario.
 6. Prælatio, quam fundorus consuetudines agnatos tribunt, ortus habuit à iure sanguinis, fuit agnationes.
 7. In prælatione predicta concurrerit etiam ratio honestatis.
 8. Jura feudalita, qua loquuntur in fundo ex pacto, & simplicibus procedunt etiam in fundo hereditario, praesertim restrictive ad certos heredes, ut sunt quā omnia feuda in Regno, quia ibidem quoque ex pacto dicuntur.
 9. Qua sit differentia in se fundum ex pacto, & providentia simplici, & fundus ex pacto, hereditarius.
 10. Qualitas hereditaria non confideratur in ipso feudo, nisi post mortem, & in vita nullum offeratur operatur.
- Arg. contraria, num. 46.*

11. Prælatio, qua competit agnatis in vita, competit etiam in fundo hereditario, & in fundorum, qua generaliter loquuntur de prælatione, procedunt, cum in fundo ex pacto, quidam hereditario, & num. 17. ubi recensetur antores banc sensus opinione, & decisiones, num. 18.
12. Atia differentia inter fundum ex pacto simplici, & fundum ex pacto hereditariis.
13. Data, quod fundum ex pacto sit alienabile in praemidianum domini, & agnatorum, adhuc competit prælatio iure sanguinis.
14. Fundi hereditarii dispositio cum assensu domini est ad instar allodialium ex doctrina Iustiniani male inscripta, & n. 107.
15. In feudi quoque, quorum dispositio est ad insuper burgensiacorum cum assensu domini habet ipsam in re stractus ratione sanguinis.
16. Doctrina D. Reg. Roviti, qua denegat retractum in fundo simplicitor hereditario transitorio ad quoscumque heredes, debet intelligi de revocatione, qua sit iure successoris sine ulla refusione pretii; non autem de iure prælationis in vita pro aequali pretio, & quando concuerit ad pretium, & num. 112.
17. Creditor, & agnatus preferendus est in alienatione bonorum debitoris, & agnati.
18. Pluribus volentibus emere preferetur ille, qui est agnatus debitoris.
19. Quid procedit etiam in venditione necessaria, & num. 24.
20. Dispositio legis primæ ad privilegios creditorum non est corrigenda per l. dudum.
21. In redimento, vel prohibendo posse erit agnatus condicione, quod dominus.
22. In venditione quoniamcumque bonorum, quia sit sub baile, locum habet ius probonis, & num. 114. & an habent locum in venditione fundi virtute h. Titius, & h. porto.
23. Vendit si, quia sit à JUDICO, dicuntur facta à debitore.
24. Quando Judex vendit rem fundalem sub baile, non potest vagallus ex ea infringere, cum ipsa facisse videatur.
25. Contractus alienationis eos quacumque specie cum proximo successore resolvitur in refutationem, & num. 31.
26. Barone vendit Terra filio primogenito, nullatenus non admittuntur ad denarium.
27. Per refutationem feudi, seu alienationem, cunctisque speciei factam à titulo decorato illud transire cum eisdem prærogatiis, & cum titulo, & dignitate, & remainere antiquum, & num. 34.
28. Titulus quando est concessus Terra uniuersitate singulat, etiam si fundum ad Regem esset devolutum, & iterum reconcessum.
29. Reipublica interest dignitatem in familia baroniorum conservari.
30. Prælatio, qua competit agnatis per tex. in cap. h. Titius si de feud. defun. mil. fuer. contr. cum concordant, an habeat locum in fundo hereditario, vel in fundo ex pacto, & providentia tantum, & antores consummerantur, tenentes habere locum in fundo, ex pacto, & providentia tantum.
31. Afferuntur quoque Doctora, quod habent locum in fundo hereditario.
32. In Regno in fundo hereditario est inclusa qualitas pacti, quia sunt vocati heredes ex familiâ.

- ne, sed uti beredos, & sic feundum minorem ex investitura erigitur.
- 39 Hares potens praelacionem non contravenit facto defuncti, & sic cessas rex io l.cum à matre C. de tei vindic.
- 40 Eadem ratio affectionis, & imaginis majorum vires in feundo mixto, sive hereditario, daturum est feundum sit antiquum.
- 41 Maxima differentia est inter feundum ex pacto, & feundum hereditarium.
- 42 In feundis mixtis operatur invendarium, sicut in feundo ex pacto.
- 43 Quale vocatur feundum mixtum.
- 44 In Regno feundum non possit haberi, nisi titulo hereditario, & successor constetur creditoribus defuncti, etiam facto inventario usque ad velorum feundi, & num. 103.
- 45 Personae impotentes in Regno non facit feundum quicquam, sed feundum mere hereditarium, nec proficit inventarium, reprobata illa opinione Civilisferum, quod in feundo mixto operatur invendarium, sicut in feundo ex pacto.
- 46 Fundatario alienante feundum hereditarium, bares tenetur approbare eius alienationem.
- 47 Aquatus non possit habere feundum hereditarium, nisi sit hares in ipso fendo, quoniam non sit bares ultimi decedentes.
- 48 Feudo hereditario infita est qualitas, ut bares feundi tenentur habere ratione factum defuncti.
- 49 Tex. in l.cum à matre locum habet quando aquatus impugnat voluntatem alienantis feundum, contraquendendo venditioni facta per possessorem.
- 50 Feundum ex pacto, & praevidentia alienatum omnino posse mortem alienaris pervenire debet ad proximare aquatum etiam absque pretio, & praelatio, de qua supra est dictum, non est, nisi praevisura successio, quod non est in feundo hereditario.
- 51 Feundum hereditarium somel alienatum cum assensu uniusquam pervenit ad proximiorem aquatum. & num. 113.
- 52 Repellitur ratio confiderata per Rov. propter affectionem majorum, & num. 54.
- 53 In bonis allodialibus casset praelatio.
- 54 Praelatio non competit aquato in feundo ex pacto noviter quasfio, & assignatur ratio.
- 55 Eadem ratio militat in feundo hereditario.
- 56 De re sua quilibet potest ad libitum disponere absque periculo praelationis.
- 58 Hoc limitatur in feundo ex pacto, & praevidentia, & non hereditario.
- 59 Consuetudines feudales propriæ in materia revocationis debent strictè interpretari, nec contra casus, de quibus loquuntur, possunt extendi, etiam si casus sint similes, parens, vel maiorum ratione habentes.
- 60 Aquatus viatore tex. in §. Titius, & in §. sed & res non possit dici praeferri iure proibitionis, quia verò non dicitur praelatio, sed revocatio, & num. 72. & 73. & quantum est vocandum ius praelationis, quemodo intelligendum erit, & num. 93.
- 61 Possessor feundi ex pacto quando vult feundum alienare, nemus in ipsa alienatione debet consentire Rov. verius, & proximior aquatus, alias etiam si Dominus assentire, ipso revocabile.
- 62 In venditione facta absque assensu, concessum est ipso alienanti in re proprio revocare alienationem.
- Quid importat in hac materia ille carbunculus proprio. ibid.
- 63 In feundo ex pacto compotis agnato revocatio iure proprio, non iure Regis.
- Et properet non videt iure proibitionis, seu res ipsa; sed revocationis rati alienatio, aliquaque cuius consensu agnato compotissimis.
- Idque suadetur ratione, de qua infra num. 92. & 98. confusa alia, de qua num. 99.
- 64 Decisionibus adductis pro opinione, quod compotis praelatio in feundo hereditario respondetur.
- 65 In venditione sub base an habeat locum praelatio.
- 66 Praelatio an habeat locum in venditione necessaria.
- 67 Praelatio iux. rex. io §. Titius, & in §. sed & res, an viro patre alienante competet filio.
- 68 Et quid si venditio sit auctoritate judicis.
- 69 Quia requireamus ad hoc, ut praelatio competat creditori.
- 70 Et au competat post perfectam venditionem. & num. 113.
- 71 Creditori consanguineus, ut praeferatur ex privilegio tex. in l. i. de privileg. creditos, debet solvere creditum creditoribus solvere.
- 73 Aquatus vultus revocare vivente dictante feundum, tenetur solvere pretium, & caus ratione.
- 74 Verbum redimere in iure uniusquam importans omnes peccatum.
- 76 Alio revocandi competens agnatis iure sanguinis perimitur annuali silentio, & qua sit ratio, & n. 78.
- 77 Jus proibitionis non habet tacitum in venditione nulla, & in hoc differt à iure revocandi, quod cum petit agnatis, quando venditio est nulla.
- 77 Ius retrahit non compotis re vendita, nisi facta configuratione fuit rei tradizione cum effodiu.
- 79 Et in hoc differt à iure revocationis, quod competit agnatis, quia compotis medium ante configurationem sed, ante venditionem.
- 82 Verbum retrahit an propriis, pro revocare accipiantur.
- 83 Dominium feudi ex pacto uniusquam transfit in expatrio, sed remansit pater venditorem eius vita durante.
- 84 Privilegia particularia agnatis competentia.
- 85 Aquatus praeferatur exerceat in emendo, quando vult solvere pretium, quando vero non vult solvere, sive expedita morte alienantis, potest habere feundum alienatum, nullo refuso pretio. & n. 95. Et quid respectu frustuum, n. 96.
- 86 Alio exempla privilegiorū, & agnatis competentie.
- 87 Aquatis aliquando praeferuntur extranei in educatione, quando en iustis causis erit expediens pupillo.
- 88 Possessor feundi alijs in feundato dare possit iuris aquatus, verius posse eius mortem aquatus revocare, & quid si dedit absque assensu domini.
- 89 Aquatis, & dominus si concordant ad redendum feundum quis praeferatur.
- 90 Justicodus dicti §. Titius si de feundo defuncti fuerit controversia, & n. 106. & 109.
- 94 Maxima differentia est inter feundum ex pacto, & feundum hereditarium.
- 95 Aquatus quomodo agat super revocationem alienacionis feundi in vita, & quantum posse manere ex alienante, & n. 100.
- 97 In venditione fructuum feudi hereditarij durante vita fundatarij non habet locum ius revocationis.

- 101 In fidei hereditario tempore successor tenetar habere vacuno factum prædecessoris, nedium post mortem, sed etiam vita durante, etiam si sit successor titulo particulari.
- 102 Insolens doctrina Hartmanni Pistorij tenetis ius prælationis competere in feudo hereditario mixto, & n. 104.
- 103 Prælato non habeat locum in feudo hereditario; tam in vita, quam in morte, & n. 107. & 116.
- 106 De feudo hereditario indicatur, idem quod de aliudia.

DECIS. C.

- 1 **D**um vigentibus creditoribus III. Marchio, nisi expofita effet venalis Terra Orioli, antequam licitaretur, comparuit D. Alexander Pignonus filius primogenitus Marchionis, qui Terram predictam conductionis titulo tenebat, & tanquam creditor in duc. circiter 60000. & proximior agnatus declaravit velle Terram retinere, & quatenus opus esset extraneo emptori omnino preferri dubitatum fuit propterea, an petita prælatio in hoc feudo hereditario competit.
- 2 Iure communi feudorum, feudum licite alienatum duplici iure agnatus revocare potest, vel iure prælationis, sive redēptionis, vel iure successionis, quod ex lege investitura ei competit, iure prælationis agnatus rem feudalem à hereditario venditam oblato pretio statim recuperare potest capitulo 1. §. donare ver. porr. & ibi glos. in verb. pro aquali, qual. olim feud. & c. Jacob. de Belu. ibid. vers. nota hic Andr. n. 13. in fin. Alvar. post Bal. num. 5. ubi communem dicit, Præpol. n. 2. Afflīct. n. 39. & alij omnes, & hoc duplici via, vel cæptam venditionem prohibendo, nè altisi, quam sibi vendiretur, vel feudum iam alienatum pro æquali præcio ab emptore intra annum, sedimendo d. §. porr. ibi, in prohibenda, vel redimendo, cap. 1. §. sed etiam res, vbi, antiqui, & moderni omnes, quos sequendo referunt Hartm. Pistor. lib. 2. quæst. 11. num. 21. Vult. in tract. de feud. cap. 11. num. 81. Rosenthal. de feud. cap. 9. conclus. 86. num. 3. Schrader. de feud. par. 8. cap. 7. num. 2. & 3. & alij, quos post D. de Pont. in dec. 31. refert, Dom. Reg. Rovitus in allegat. inserta per D. de Pont. ibid. num. . . . cura seq. quibus novissimè addo Carolum A Kirchberg. in suo inge-nioso discursu de feudis ex pacto, & providentia, & hereditariis cap. 5. num. 3. iure vero successio-nis feudum alienatum agnatus non vivo, sed mortuo demum alienante nullo refuso precio, re-vocare poterat, cap. Titius in primo resp. si de feud. defunct. cap. 1. de success. feud. & in §. hoc quoque cap. 1. de alien. feud. pater. & utrobique Andr. Bald. Præpol. Affl. ac communis feudistarum schola, cuius post Hartm. Schrader. Vult. & alios meminit cap. 9. conclus. 67. Loquin. koppen. dec. 54. num. 43. & post omnes Carolus A Kirchberg. eodem cap. 4. n. 35. ac ultimo Stephanus Scarso 14. eos Annosasimibus in rīnum p. 29.

Inter has duas revocationis species non modi-cam differentiam constituit Andr. soffer in cap. 1. §. sed etiam res n. 3. per quos fiat investit. & in d. §. hoc quoque vers. & olim num. 5. de success. feud. & post eū DD. passim, quos referunt Hartm. qu. 11. tenu. 2. D. de Pont. ibidem per totum, nam revocatio, quæ sit iure successionis ex lege investitura agnato competit cap. 1. de success. feud. in §. hoc quoque, & a Domini providentia depen-

- det §. cum vero Corradus in p. rub. feud. arg. 1. si arrogator cum famili ff. de adop. quia concedens feudum voluit providere, nendum primo acqui-tenti; verum etiam omnibus eius descendentibus ordine successivo Andr. Camer. in §. prætorea Dacatus fol. 94. col. 7. lit. N. Joan. Thom. de Marin. t. 1. de feud. ex pacto n. 25. & 33. & alij, quos con-gerit Rosenthal. d. c. 9. memb. primo concl. 67. n. 2. merito nulla de eo valet dispositio d. c. 1. de suc-cess. feud. etiam si sit assensu domini vallata, ex d. c. 1. d. alij. feud. pater. & propterea feudo alienato venditore mortuo conceditur agnato hæc prima revocationis species. Revocatio vero, qua sit vi-gore prælationis, cum non oriatur ex lege investitura, non competit iure suocessionis, sed est species iuris prothomœcos, quod competit ra-tione sanguinis, per quod agnatus preservetur ex-tranea in-reptione, vt infra latè probavimus, & propterea dum in vita alienantis conceditur, equa-lis prætij refusione desiderat d. §. porr. & sed etiam res, ubi glos. & Iser. & intra annum tan-tum exerceri poterit cap. Titius si de feud. defunct. & tandem hæc duo revocandi genera adeo inter se differunt, ut si confundantur, questionis no-stras resolutio erit ualde difficultis, si distinguantur, omnes indubiam iudicabunt, ut in terminis post Hartm. Pistor. quæst. 1. tenu. 2. considerat Joan. Koppen. decis. 54. num. 51. nam si de illa reuoca-tionis specie loquuntur, quæ a iure succedendi, ac lege inuestitura dependet, certum est, illam locum obtinere tantummodo in feudo ex pacto, & providentia simplici, non alterato a qualitate hereditaria, ut dixit Andr. in d. c. 1. num. 1. de success. feud. in c. 1. num. 18. qui success. tenuit et pri-mo, & alibi sepius, & est text. in d. c. Titius in 1. respons. secundum verum intellectum, cum enim talis reuocatio non competat agnato, nisi post mortem, quo tempore aperitur ei via successionis, ut supra diximus; merito non poterit practicari in feudo hereditario, in quo post mortem alienantis succedens cogitur esse heres, eique obstat, factum defuncti, Andr. in d. cap. 2. num. . . . de alienat. feud. pater, & alibi sepius.
- 5 Si vero secundum reuocationis genus, quod iura prælationis competit, consideremus, tunc, ut concludamus nendum in feudo ex pacto, & providentia illud obtinere, sed etiam in feudo hereditatio, duo erunt præmittenda.
- 6 Primo prælationem istam, quam feudorum consuetudines agnato tribuant non aliunde or-tum habuisse, quam a iure sanguinis, sive agna-tionis secundum glos. in d. §. sed res in ver. proxi-miori, & in fr. in alio ver. proximiori, quæ allegat iura communia in L. Imperatores de pact. in l. qui effic. de conuab. emp. in l. si in emptionem, ff. de minor. & in l. loca qua eutores C. de aduersi fr. sus. sequitur Afflīct. punctualiter ibidem num. 4. 5. & 9. Paris de Puteo loco in fr. alleg. num. 19. & fuit de mente Iser. in cod. §. sed etiam res n. 3. dum allegat text. in d. L. Imperatores de pact. & in l. prima, de privileg. credit. quæ iura in uenditione bonorum agnatum extraneo preculerunt, expres-sè illud dixit Bald. in Conf. Sancimus, vbi queque Affl. omnino vid. num. 7. & 37. Jacob. Novell. in tract. de inv. prob. bonis. §. 2. num. 15. & alij quos re-fert, & tequitur D. de Pont. ibidem num. 5. & 6. quibus addo Dionis. Gottfred. in glos. c. 1. § porr. qualiter olim, qui prælationem, concessam in illo text. appellat. retractum gentilitium, seu agnali-cium, concurredit etiam ratio honestatis, ut perbel-

le Cuiac. in d. s. Tisius in fin. si de fendo, defensio, quam satis exornat Rovitus, vbi supra; habere enim in hoc consanguinitati maximum interesse, ne bona, que fuerint majorum suorum, ad alienas manus perveniant, ut late per Tiraquell, in prefato, ad retractum consanguinitatis. num. 34. hinc communis, & verissima fuit feudistarum opinio agnatum vigore iuris prothomiseos statim posse recuperare feudum alienatum refuso precio Paris de Putoe in c. ex si vendatur per cor. fol. mibi 243. Affl. in d. s. sed etiam res num. 4. Et in d. s. perr. num. 36. in fin. Ceph. conf. 133. num. 73. vol. 1. Jo. Koppen Germanus dec. 54. n. 51. Schrader, de fendo, per 3. cap. 7, qui communem, & verissimam dicit, Harth. Pisto, lib. 1. par. 1. quod. 11. num. 11. Rosenthal, qui plurimum centum DD. ad hoc adducit de fendo, cap. 9. mem. 2. concl. 87. bis. 4. vbi etiam de communione estatur, & alij, quos post D. de de Pont, refert, & sequitur D. Rovit, vbi sup. ss. 13. quibus addo Annam obseru. 10. & Carolum AKircheberg, omnino legem in ad. tract. de differ. iure fendo. ex pacto, & heredit. c. 5. num. 31, vbi afferit, omnes feudistas ita tenere,

8 Secundum, quod uelut principium attenden-
dum est, iuxta feudalia, que loquantur in feudis
ex pacto rectis, & simplicibus, procedere etiam
in fendo hereditario, praesertim recte. Quo ad certos
eos heredes (ut sunt quasi omnia in Regno) cum
quis istud quoque ex pacto dicatur secundum
Isern, in cap. 1. in princ. de alienat. fendo. pater. Ca-
mer. in cap. Imperialem s. pratered. Ducaus. n. 95. lit. C. post alios D. Rovit. num. 48. nec in alio
9 dixit uerum ab alio, preterquam in eo, quod fec.
codens in feudo ex pacto, & prouidentia simplici
iure proprio uenire, nec ad aliquid defuncti nomi-
ne tenetur. in feudo vero ex pacto hereditario
nemo succedit circa ius, & nomen. hered. s. Andre,
quem refert Camer, ibid. n. 96. lit. B. in omnibus
vero alijs retinet eandem naturam, & indeolem,
ut post Par. Menoch. Vulc. & alios, quos re-
fert, afferit Carolus AKircheberg, in codice tract. c. 3. num. 76. & proinde praeferat in illa altera-
tione qualitas hereditaria erit feudum ex pacto,
& indicabitur secundum leges feudorum per tex.
in c. 1. de fendo. n. 1. hab. prop. fendo. n. 1. & a consue-
tudine feudorum interpretationem recipiet post
alios Bammac. in cap. fendo ex lege num. 16. s. de
fendo, Camer. in cap. Imperialeme num. 14. lit. T.
vers. 1. que mordicus, & alij, quos colligit Ro-
10 sental, c. 2. concl. 54. num. 3. lit. B. nunc sic, si illa
qualitas hereditaria non consideratur in ipso feu-
do, nisi post mortem, & in uita nullum eff. Etum
operatur, ut iuxta vetas regulas fundat Ias. conf.
56. n. 25. vol. 3. Hartm. Pistor. quod. 11. n. 20. Schra-
der. d. cap. 7. num. 2. Reg. de Pont. ibid. n. 10. D.
Rovit. ibid. n. 75. 76. Et 77. quibus addo Andre,
in cap. 1. num. 1. vers. secus si esset de aliquo fendo.
pater. uidentis enim nullus est heres vulg. iur. igi-
tur ponens huius praelationis si competit agna-
to in vita, etiam in feudo hereditario, determi-
nabitur secundum leges feudorum, quo tempore
qualitas illa hereditaria agnatum retrahentem
non repellit, cum his non ueniat, ut heres; sed
quia coniunctus ratione sanguinis, hinc notabili-
liter dixit Frecc. lib. 3. de subfendo. differ. 25. in-
fend. ex pacto. Et hered. fol. mibi 454. quod iura
feudorum, que generaliter loquuntur, procedunt
tam in feudo ex pacto, quam hereditario, unde
infest. quod tex. in d. s. sed etiam res, Et in ca-
pito 1. s. Et si libellum, que loquuntur de refuta-

tione, procedant etiam in feudo ex pacto, quem
hereditario, plura ad propositum D. Rovit. n. 26. Et 57. His sic potius si iuxta feudalia, quo prae-
lationem fundat in iure sanguinis, & coniun-
ti. Etiora agnato indistincte, & generaliter tribunus
obtinent tam in feudo ex pacto, quam in her-
editario cum tempore, quo conceditur, alteratio
qualitatis non repugnat, concludendum videtur;
illorum opinionem, qui in feudo hereditario ag-
nato praelationem tribuant, esse communem uer-
issimam, & indubitatem, cu' m' sit decisa per ob-
sus iurum.

12 Considerandum quoque est, potissimum dif-
ferentiam inter feudum ex pacto simplex, & feu-
dum ex pacto hereditarium, illam esse, ut feu-
dum hereditarium, possit ad libitum cum domini
affensu alienari, etiam in praejudicium agnatorum,
feudum vero ex pacto nequaquam, vt dicit Andre,
in cap. 1. de alien. fendo patr. led si ponamus, quod
feudum ex pacto hat alienabile in praejudicium
domini, & agnatorum, adhuc agnato competet
praelatio iure sanguinis, secundum Bald. in d. s.
perr., vbi Alvar. omnino videtur. n. 5. Et 6. Pro-
pos. Afflict. Paris de Putoe vbi cap. 8. 8. glo. Pa-
ris dicoata memor, & alij communiter, quos
sequendo congerit Rosenthal. cap. 9. mem. 2. concl.
89. num. 4. dis. 4. vbi de magis communi testatur,
& latius concl. 33. per totam, & licet aliqui ex
pendit. DD. loquuntur, quando consuetudo,
vel statutum permittit feudum alienari ad libitum
sine consensu domini, tamen idem erit, quando
sicer alienabile, etiam in praejudicium agnatorum,
vt punctualiter post Alvar. ibid. & alios Rosen-
thal, ibid. n. 5. dis. C. Et conclus. 58 n. 95. Et sequenti.
Si igitur quando feudum ex pacto, & prouiden-
tia antiquum alienatur ad libitum, adhuc subjici-
tur iuri retractus in vita alienantis, ita quoque
dicendum erit in feudo ex pacto hereditario.

14 Rursum quid siquid diversum potest habere feu-
dum hereditarium, nisi illud, vt scilicet illius di-
spositiio sit ad ipsas allodialium, quando ut cum
affensu domini ex doctr. Iser. male intellecta in c.
1. num. 1. de eas. fucc. fendo, ut ibid. advercit Lip-
erul. sed in istis quoque feudis, quorum dispositio
est ad instar burgensiticorum cum affensu domi-
ni, habet locum ius retractus ratione sanguinis,
Afflict. in d. c. 1. s. por. 1. num. 39. qui loquitur in
feudo Regni Siciliae, que per cap. valentes fue-
runt redacta ad instar allodialium secundum Cam-
pan. in d. c. ualentes ful. mibi 43. num. 34. prout
etiam in Gallia, vbi feuda sunt redacta ad instar
patrimonialium post Fabr. & alios Tiraquell. in
tract. retract. lignag. s. 1. glo. 3. num. 11. Et 13. vbi
dicit, hanc opinionem non habere dubium, quem
refert, & sequitur Cons. Ann. obseru. 10. omnino
nus de Sancto Georgio in investitura in d. s. 39. in fine vers. quæst. dogue verò quis vult, Tiraq. de retract. lignag. s. 1. glos. 18. d. num. 3. in emphyteuta expressum est in la final. in vers. Et si quidem C. empbyt. ibi, & si quidem dominus hoc dare maluerit, & tantam prestatre quantitatem, quamvis ipse re vera empbyt. ab alio accipere posset, & in cap. potuit, de locat. & conduct. per quas iura ita tenet Corbu. de iur. empbyt. quæst. 1. de causa privat. oblationat, in requisito domino, extendens in venditione feudi num. 2. in locatione prædiorum civilium est tex. in l. fin. C. de locat. prædior. civil. ibi, ut ipse, quod alteri adiecit, assulerit, idem in feudi est tex. in cap. 1. s. sed & res, per quos fiat investitura, & in cap. 1. s. porrè, qualiter olim fund. alien. pos. ibi, pro aequali pretio.

Ex quibus iuribus omnes feudisti communiter concludunt prælationem agnatis pro eo præatio, quod ostentur ab aliis, dari Jo. Andrs. in d. s. sed & res vers. Et hic agnatus, Bald. Alvar. Cardinal. Alex. in dict. s. porrè, Curt. in tract. de feudi in 4. par. cap. penult. in 6. & ult. quæst. num. 185. Alb. Brun. conf. feudal. So. Cannet. in cap. volentes sub cap. incipiente prospexit etiam, D. de Pont. dec. 11. in princip. Jacob. ubi sup. in d. quæst. prima in fin.

6 Romanæ indubitate conclusio, pretium, quod habiturus erat possessor, deberi, illudque dici iustum, dummodo sine fraude, & collusione ex dictis per præallegat. DD. fraus autem ex conjecturis probatur. Vnde advertit Aret. in d. s. cabaredes, ibi, nullum debet esse discretus, ne videat, si potest p. & pendere fraudem, in qua deprehendenda nullum facit excessus iusti pretii cum aliis coniectaris.

7 Limitatur in retractu iure congrui in district. Civit. Neap. virtute consuetudinis: nam cum per consuetud. Civitatis sit expressè provisum, illud pretium esse per retractantem solvendum, quo per appretiatores Neapolitanos res appretiata fuerit, non attenditur pretium conventum, & quamvis emptori data fuerit dilatio ad solvendum, ea non gaudet retractans, sed pretium illico solvere tenetur juxta appretium, habito respectu ad tempus exequutionis sententia iuxta observantiam, de qua testatur Vinc. de Franch. decisi. 390. in fin. Et fuit decisum per S.C. pretium domus retractans deberi servata forma appreti habito respectu ad tempus exequutionis sententia, nec non retractantem teneri ad depositandum integrum p. c. tium, junctis Aulis in causa Francisci de Roberto cum Jo. Antonio Squillace sub die 4. Februarij 1620. Sarnus Astuanus.

ARGUMENTVM.

Prælato in venditione sub hasta, & in venditione necessaria, quæ sit à Judice pro exequitione rei judicata, an competat agnatio.

SUMMARIUM.

- 1 Prælato in venditione sub hasta, & sic necessaria, quæ sit à Judice pro exequitione rei iudicata, ex competet agnato. Et primo. loco motiva illius excludentia referuntur, quibus non sufficiat satis sic fundata prius contraria opinione, & num. 2. & per sec. num. 7. 8. & 9.

An:

2. *Auctoritas hasta fiscalis firma, & immobilis habeatur, & ab aliqua partium non ladi, & n. 9.*
In venditione fendi facta sub hasta cessat beneficium revocationis inductum per Const. Constitutionem diversa memoriam.
3. *Ex Judicis adiudicatione facta creditor, vel alteri ultimo licitatori ceteris debitor de evictione, & cum ratione.*
Bt. amplius prefata adiudicatio, & alienatio consequuntur voluntaria, & num. 8.
Judex cum dat insolutum creditor rem debitoris ex procedente eiusdem contractu, idem debitor hoc fecisse videatur, & num. 5. & 7.
4. *Eadem partis si non va. et, nec factum quoque Judicis, qui ut illius facti a parte processus va. lobit, quod tamen per omnia non procedit.*
5. *Pandemium debetur, & pralatio conposita in venditione facta sub hasta, & ita decisum.*

DECIS. I. O. CHI.

2. *Tan. pralatio agnato detur in venditione sub hasta videbatur non dari, nam si dare tur pralatio. in hoc Regno, sequeretur maximum inconveniens, cum multi sint feuda habentes debitis involuti, & venialibus expositis non reperiuntur emptores.*

Insuper in venditione necessaria, qua sit à Judice pro exequutione rei judicata, non habet locum pralatio per L. cum fidei hereditate de fiducia libert. ita voluit Jordi Platea post alios. in h. i. C. de fund. patrimonialib. lib. 11. & alii relati per Titaquell. in tract. de retract. lig. 9. §. 1. gl. 14. n. 8. & non habere locum pralationem in venditione sub hasta tenuit Cassian. in robr. 10. §. 9. n. 5. vers. videtur in consuet. Burgos. Roman. cons. 107. Mag. decif. Florent. centesima in venditione necessaria habere locum Schreder. tenuit par. 8. cap. 7. num. 34. in tract. de feud. refert D. de Pont. in tract. de poss. Prorog. in tit. de divers. provision. §. 1. n. 21. vers. & idem text. in § parr., & idem dubitando in decif. 11. num. 14. vers. Quia conclusio lirisatur, pro authoritate hasta fiscalis, qua debet stare firma, & immobilis, & ab aliqua partium non ladi. 1. & 2. C. de iuri. hast. fiscal. lib. 10. unde Mariana Frecc. de subfond. lib. 2. limit. 44. dicit, non posse revocari venditionem iuxta Regni Constit. quando feudum est expositum sub hasta, & ultimo licitatori plus offerenti remansit propter autoritatem hastae fiscalis.

3. *Pro contraria sententia, quod etiam in venditione sub hasta pralatio detur, facit, nam quod sit à Judice rem ipsam adjudicante creditori, vel alteri ultimo licitatori, ceteris fieri ab ipso debitore, qui primo sponte debitum creavit, ideoque aequo tenetur de evictione, ac si ipse fecisset. L. si ob causam, & ibi Bart. Bald. & alii C. de evill. & L. si pignora ff. cod. sic. & l. eleganter in prime. ff. de pignor. ad. & l. libera C. de securitate. & l. profectio in principio. ibi. sed. & si proposis. praeferentia ff. de jard. & l. prima C. si in cap. indic. pig. cap. sit, & notat globo in l. prima & bac verba in verb. exceptione, & ibi Bart. & Albesic. ff. ne vis fiat si. & globo in d. lid, quod infraenum in secunda, atque quinque oppositione ff. de reg. Jur. Cynus in l. emptorum in prima oppositione. Locat. Signor. qui ex hoc dicit, hanc censeri alienationem voluntariam cons. 73. factum sic praeponitur, paulo ante fin. Bart. in l. prima in principio colvis penult. vers. sed quid si exequitor ff. de acquir posse. Bald. in anteben. & qui intrat col. pos. vers. modo ergo quaro C. de bon. auctorit. Judic.*

possidet. cap. quoniam frequenter §. n. 1. in fine extra ut filii & concess. ubi ex hoc dicit, quod cum Judex dat insolutum creditor rem debitoris, videtur ipsemet debito dedisse, qui est casus nostri, idem Bald. in cap. 1. co. 11. penult. vers. si vero sequestratio occura de sequestr. p. s. & fruct. & cons. 306. verba investit ura post medium. lib. 1. ubi idem dicit & cons. 61. in ista questione colvis. 2. vers. 2. 201. alio fundamento. lib. 2. & cons. 257. dicta sunt lib. 4. ubi ex hoc dicit, quod si non valet factum pat. 4. nec factum quoque Judicis, qui vi illius facti partis processit, & cons. 227. quoniam pro debito lib. 5. Ang. cons. 5. viss instrumentis col. prime, & cons. 203. ex princ. ad finem, ubi tamen dicit, & ostendit, id per omnia non procedere, Salicet. post Diuum in l. cum notissimi §. in col. 2. vers. in quo patet C. de prescript. triges. vel quadraginta annos. & in L. erdo in fin. C. de exequon. rei indic. Pet. Anchac. cons. 86. pro facilitate. col. 2. & cons. 27. in qua §. col. prime, & vers. secundo probo, Alex. cons. 1. t. viro processio post princ. lib. 5. ubi ex hoc dicit, quod si Judex creditor rem feudalem adiudicari, non poterit validus eam adiudicationem infringere, cum eam ipse fecisset videatur. Et huius ratio optima est, nam cum id a voluntate originem habuerit, ut in simili dicitur in l. in commendat. sicut ff. com. consequens est, quicquid inde sequitur, voluntarium quoque existimari, ut not. in l. prima vers. quod se existant in iuncta globo in ver. p. acto C. de naturalib. liber. & Bald. d. cons. 309. in fin. lib. 1. Cum sufficiat, quod talis venditio habeat octum ex obligatione contracta per ipsum debitorem ad hoc, ut laudem p. debatur, & pralatio competat Dom. de Franch. dec. 277. num. 1. & dec. 482. in princ. & doc. 588. decisum fuit per Roi. Rom. ut testatur Cencius in decif. impresso post tract. de cen. ff. decif. 86. & in Regno Gallico, ut testatur Papon. relat. per Tepat. in sit. de retract. hanc etiam opinionem sustinet Guettier. tract. quoth. lib. 2. qu. 157. Jo: Bapt. de Thoro in comprehend. decif. in verb. praeferri, pro hac sententia adduco. globo in d. §. porr. vers. pro equali, ubi dominus hodie preferetur volens pro aequali pretio redimere, maximè in Civitatibus, in quibus vasallorum sunt feuda, quia pro eorum debito creditoribus suis venduntur, sequitur Belvis. Jac. de Neap. Bal. Alvar. qui n. 55. vers. quaro cum gl. 1. refert, communiter esse à Doctoribus approbatam, Affl. n. 39. Paris de Puteo in cap. an ff. vendatur res fundatis num. 6. Capyc. dec. 98. ubi refert ita fuisse decisum, & licet loquatur globo in domino ramen in remedio, vel prohibenda potior erit agitorum conditio d. §. porr. ubi globo & Andr. & Alvar. d. 30 num. 5. vers. ex predictis, & Rosenthal. eadem conclus. 89. num. 5. cap. 9. membr. 2.

Contraria non obstant.

7. *Et primò, nam certum erit, si agnatus velic retrahere, idè quilibet liberè poterit emere, & si agnatus voluerit retrahere, integrum premium solvet, & nullum damnum eveniet emptori.*

8. *Nec secundò obstat, quod venditio sequatur ex causa necessaria, nam ut supra fundatum fuit, aetenta originali causa oritur alienatio ex obligatione contracta per debitorem.*

9. *Nec tertio obstat auctoritas hasta fiscalis, quia si remanet, sed ex privilegio competenti personæ ratione agnationis, vel quia fuit maiorum suorum, datur pralatio.*

In subhastatione rerum fiscalium fuit aliter observatum, & recepta fuit maior oblatio, & super ea accepta cedula post aliquos dies, licet oblatio non

non erit neque ultra sextam, neque ultra decimam uixta dilpositionem pragm. 7. non obstante prætatione per offic. Procuras Casar. non obstante prætatione per Jo: Dominicum Astulum, cui prætatione per Jo: Dominicum Astulum, cui prætatione legitimus subhastationibus, & candela, & extincta in Collaterali Consilio Forum D. Prolege fuerunt ad dicta iura Aer. fidamenti scrici per annos sex.

Pro Dominicu Astuto allegabantur dicta per Donat. Anton. de Marin. regolas. 146. per Novarium in dicta pragm. 71. num. 4. per Didac. de Mar. ad decis. Gizzarell. & faciunt adducta per Mangil in tract. de subhast. c. 120. ix. princ.

Omnium Judiciorum tam Collateralis Consilii, quam Reg. Camere consensu, non fuit admis- si petatio Jo: Dominicu Astuti ad impedientiam subhastationem latvis iuribus pro prætentia prætatione, supervenit infra terminum quadraginta dierum à pragm. 71. statutum maior oblatio, quæ erat admittenda per text. in l. & si fide dolo, & qua- situs ff. de minor. & ibi gl. cum adductis per Petr. Caball. in conf. 130. num. 18. lib. 6.

Ficus in suis contractibus venditionum spe- ciali uicitur privilegio, ut nempæ alius offerens meliorem conditionem, audiatur, l. fin. in princ. ubi Bart. ff. de iur. fisc. cum ceteris cumulatis per Jo: Anton. Mangil. in dict. tract. de subhast. d. qu. 34. num. 9. & illa licitatio accipienda est, quæ filio est utilior, Asin. de execus. § 6. cap. 11. n. 8. 11. & 12.

Et si non excedit summam contentam in Præ- gmatice, in Hectione paterit augeri calore licita- tionis, & in venditione subhasta de jure non est locus retractu: ex adducti per Mangil. in d. qu. aff. 120 num. 8. & faciunt posita in dicta nostra dec. 103 n. que ad num. 3.

Cessant in hoc casu considerationes in dec. 103. & per Mangil in princ. d. qu. aff. 120. quod adjudi- catio voluntaria censetur, ex quo debitoris fa-ctum præcedit, qui sponte prius debitum crea- vit, in quo fundata fuit decisio, & opinio præ- dicta Mangil.

Super nova oblatione accensa, & extincta can- dela in beneficium ultimi plus carentis, eidem consignata fuit possessio.

A R G V M E N T U M.

Prætatio, an, & quando creditor, & agnato competat etiam in re feudali, vel etiam re- tentio possessori, feudo vendito ad instantiam creditorum in judicio assistentia præ- stitæ, ac etiam decreto super consignatione possessionis interposito, stante deposito fa-cto eiusdem quantitatis per ultimum licita- torem oblatæ solvendæ creditoribus ante-rioribus super feudo prædicto.

S P M M A R I V M.

- 1 Venditione feudi hereditarij noni sub hæsta facta in iudicio assistentia præfita creditoribus anterioribus, ac interposito decreto pro consignatione possessionis, an facto deposito eiusdem quantitatibus oblatæ per ultimum licitatorum, solvendo creditoribus anterioribus super feudo prædicto, competat possessori reteneria, vel creditori, & agnato prætatio, & seqq.
Et negativa subhinetur sententia, un. 10. & seqq.
Ita decisum num. 20.
- 2 Possessor, qui reperitur creditor super re possessa hypothecaria consuente excludit exceptione cre- ditorema posteriorum agentem hypothecaria, ac etiam iure assistendi, & quare, & v. q.

- 3 Creditor secundus, qui agit hypothecaria contra possessorum, qui creditor reperitur anterior, aliud non habet facultatem, quam offerendi eorum debitu posseffori, & sic rem liberare.
- 4 Claustra Constituti & peccarij eu quibus affi- dentia proficiunt reagendum, alia sciam inde- donis remedio, secundum ususrum principale obligacionis restringuntur.
- 5 Exceptiones, qua renounce creditorum agentem hypothecaria, milicant pro absoluto contra creditorum agentem iure assendi.
- 6 Sententia super assistentia lata ad finem vendendi us ex pretio creditoribus factis, estimatio ip- fisi rei soluenda est.
- 7 Moritum ex Cast. traditione dedicatum faveri iuri resolucionis.
- 8 Creditori, & agnato an competit prætatio, & quid in feudalibus, & etiam in feudo heredita- rio & num. 9.
- 9 Vendicio perfecta dicuntur, & contradicunt in licita- tione perfectus, emissa candela, ad eum ut locus panisoria amplius non sit, quamvis possessa tra- dita non fuerit, cum sat sit, rem esse venditam, & v. n. 13.
- 10 Ideoque dominus directus laudem potere, ven- ditione facta, etiam auto tradicionem posse- sionis, poterit.
- 11 Exceptor licet ante traditionem dominum non sit, competit tamen eidem actio ad rem fabi traden- dam, & dominium in se transferendum, quod à tempore venditionis translatum censeretur, cum traditio postmodum facta fuerit, & v. 16.
- 12 Qui actionem ad rem habet, ipsam rem habere videtur.
- 13 Hypothecaria persequitio contra ementem jure creditoris datur.
- 14 Jus offerendi secundo creditori competit contra creditorum anteriorum usque ad litis contestatio- nem super executione rei judicata, & usque ad sententiam per viam purgationis mora.
- 15 Prætatio, qua ante venditionem creditori, & ag- nato competit, post venditionem ipsius rei sub- baixo factam, deneganda est, & ita decisum.

D E C I S I O CIV.

Præstata fuit assistentia super Terra Sancti Joannis Rotundi possessa per D. Petrum Ca- vaniglia, instantibus creditoribus D. Francisci Ca- vaniglia, ad finem vendendi. Pro cuius sententia exequutione accensa candela in Aula Sacri Con- silii, contradicentibus D. Petro Cavaniglia pos- sessor, ac D. Michaeli creditore, & agnato pro- ximo successu, remansic sub hasta Francisco de Angelis tanquam ultimo licitatori, & interposi- to decreto pro consignatione possessionis, petie- runt domini de Cavaniglia, facto deposito eius- dem quantitatibus oblatæ per Franciscum de An- gelis, decerni, licere retinere, soluto credito ante- rioribus super Terra prædicta.

- 2 Pro dictis de Cavaniglia dicebatur, quod pos- sessor conventus hypothecaria, qui reperitur cre- ditor super re possessa, excludit exceptione cre- ditorem posteriorum agentem hypothecaria, l. pri- ma C. si antiqu. cred. l. creditor la secunda ff. qui pot. in pig. habet. etiam si creditum non sit ipsius possessoris, sed ejus à quo ipse causam habet, l. ff. 3 prior & si simpliciter ff. qui potior. Nec habet aliam facultatem secundus creditor, qui agit hypothecaria contra possessorum, qui reperitur creditors

- anterior; quām offerendi totum debitum dicto possessori, & sic rem liberare, add. prima C. f. antīq. credit. l. posterior. f. final. ff. qui posterior declarat Negusian. part. 5. cap. 3. n. 1. & seq. quod procedit, etiam si actum sit jure assistendi, quia cum hoc remedium assistentiae ortum habeat iustitia clausularum constituti, & precarii includens antiqua remedia, l. fin. C. de iur. domin. inspetr. b. creditores, C. de pign. & Salv. interdicti, & ex dispositione Reg. prag. latiūs provideatur creditori, qui habet fundatam hypothecam super bonis debitoris, quotiescunque dicta hypothecas, quae est. principalis, exceptione eliditur, removentur omnes consequentiæ clausularum, & pactorum. & sic in remedio assistentiae sublatæ, & inefficaces debent intelligi ad quod fuit ponderata glos. in l. si patroni f. patroum, verb. faviana ff. si quis in fraud. patron. cum dicta clausula rest. ingantur secundum natu- ram principalis obligationis, clement. prima in fine de prab. l. final. & ibi Bald. C. de confit. pecun. l. final. C. de non numer. pecun. l. fin. qui satisf. cogans Alex. in l. qui docena col. 4. solus. matrina. Dec. in l. non omnis ff. si cert. peccat. & l. final. n. 25. C. de pact. & in cons. 305. & quod exceptiones, quas remo- vent creditorem agentem hypothecaria, militent contra creditorem agentem jure assistendi, tradit. D. de Franch. decif. 38. in princ. dum. ergo hic pos- sessor depositavit quantitates debitas anterioribus, & sic pro illis dicitur latifecisse, quoad alios cre- ditores ipse possessor reperitur anterior, & ex suo, & ex credito authoris lui, merito eos excludit, & rem licet eidem retinere secundum casum supra. dictarum legum.
6. Insuper cum lata sit sententia super assistentia ad finem vendendi, ut ex pretio sibi satisfiat, rei, non adjudicationem, cessat difficultas, an totum debitum juxta terminos l. mulier ff. qui pot. in pign. habebat. vel estimationem rei habere debeat, de qua per D. de Franch. decif. 38. Magon. decif. Flo- rent. q. & 51. Vivius opim. 496. & tunc ablique du- bio erit solyenda estimatione ipsius rei, est rect. in l. commun. dividendo f. inter eos ff. commun. divi- dun. Soccia. cons. 224. eleganter, & subtiliter n. 2. vers. secunda difficultas est. vol. 2.
7. At cum premium rei fuerit depositatum, ex quo prioribus creditoribus satisficeri potest, & ex venditione nullam victor consequi potest utilita- tem, non videtur, quod compellatur ille pati, quod vendatur, quia celsat causa, per quam compelli po- test, nctat Paul. de Castro in l. a. Divo. Pio f. sed & illud. in fin. ff. de re iudic.
8. Dicebatur tandem, quod & si aliqua difficultas possit oriiri in dicta retentione, non else denegandam prælationem utri creditori, & agnato iuxta tex. in l. prima ff. de privil. credit. & uti agnato in re feudali jux. tex. in cap. 1. f. sed etiam res., per quos fias investit. cap. 1. f. porro. qualiter. olim. feud. alien. pot. capite. l. f. Titius f. de feud. def. milie. quæ iura etiam in feudo hereditario extendi, fundant D. de Pont. decif. 11. Collas. Cons. & latius D. Rov. in allegat. post decif. impressi.
9. Pro Franciso de Angelo, emptore dicebatur, esse exequendum decretem, & mittendum in possessionem dictæ Terræ sub hasta remansiæ, stan- te deposito per eum facto perfecta enim dicitur venditio; licet non fuerit tradita possessio, tex. est. in l. consensu circa medium ff. de act. & obligat. l. prima C. de peric. & commod. rei vend. probat Aret. in l. f. fidejussion. f. meminisse col. 2. vers. supor tertio f. de leg. 1. & perfectum esse contractum in licita.
10. Pro Franciso de Angelo, emptore dicebatur, esse exequendum decretem, & mittendum in possessionem dictæ Terræ sub hasta remansiæ, stan- te deposito per eum facto perfecta enim dicitur venditio; licet non fuerit tradita possessio, tex. est. in l. consensu circa medium ff. de act. & obligat. l. prima C. de peric. & commod. rei vend. probat Aret. in l. f. fidejussion. f. meminisse col. 2. vers. supor tertio f. de leg. 1. & perfectum esse contractum in licita.
11. idem dominus dicitur poterit petere laudem Manuer. in tit. de retrah. col. alt. f. item pone, em- pter. vers. quid de domina sufficit enim rem esse venditam, l. prima & secunda & de resciss. vend. Bero. cons. 199. lib. 1. adeo ut non amplius sit locus paenitentia, nec venditor illam amplius revocare.
12. poterit, licet enim emptor ante traditionem non sit dominus, competit tamen eidem actio ad rem sibi tradendam, ac dominum in se transferendum, f. ex templo in pris. princip. ff. de actias. emp. l. in conventionalib. in fine ff. de verb. obligat. qui enim actionem habet ad rem, ipsam rem habere video, t. qui actionem fide reg. iur. traditio enim ha- bet necessariam consequentiam ad contractum, l. prima, & d. l. ex templo de actionib. emp. ideoque à tempore venditionis censetur dominum trans- letum, cum fuisse postmodum facta traditio, arg. l. qui posterior, & l. qui balnum ff. qui pot. in pign. hab. latè hanc perfectionem declarat Matthien. lib. 5. tit. 1. lib. 7. gl. 6. n. 12. & seq. Scarfo Chilac. lex. 1. 4.
13. Et contra ementem iure prioris creditoris da- tur persequutio hypothecaria, l. prima C. f. antīq. creditor, Anna allegat. 56. Thel. decif. 127. D. de Franch. decif. 69. Menoch. prafus. l. 21.
14. Et istud jus offerendi non nisi usque ad litis cont- testationem super exequutione ei iudicata competit, & per viam purgationis morat usque ad len- tentiam. Affl. dec. 187. Capyc. decif. 202. xmas. 10. at in casu, de quo agitur, cum jam fuerit prolatum decretum super exequutione, cessat jus offerendi.
15. Itemque prælatio est deneganda. d. Etis de Ca- vaniglia uti creditoribus, & agnatis per tex. in l. prima de privileg. creditor. prælatio enim com- petit ante venditionem, ut patet ex verbis illius tex. ibi, cum bona veniens ex comparatione extra- nei, & eius, qui creditor, cognatusque sit, potior habe- tur creditor, cognatusque, post enim venditionem non competit prælatio ex dictis per Petrum Van- der. in tract. de privileg. creditor. cap. 12. ix p. Fab. de Monte in tract. de eusep. & vend. pr. 5. sub num. 90. Afin. de execuc. f. 6. cap. 10. & ita decisum fuisse in S. C. testatur Mangrella in addit. ad Bart. in l. prima de privil. credit. cuius verba sunt hæc, In causa creditorum Magnifici Fabritii Mirmilis habita sub anno 1575. dum esset vendita quadam domus dicti Fabritii, præcedente subhastatione ad instantiam eius creditorum, & liberata Rosella Girolla, qua caperat possessionem, comparavit Mar- guscus Valerius Mirmilis. creditor, & cognatus, potens præferri in venditione dicta domus pro eo- dem pretio vigore hujus tex. & tandem ut refer- rent, per S. C. iudicis Dominis. duarum Aula- rum fuit exclusus, quia venditio erat jam facta.
16. Insuper quia feudum predictum erat novum, emptum ab ipso D. Petro, & in feudo heredita- tio novo non dari prælationem, est indubitatem ex dictis per eundem Regent. de Ponte in dicta decif. num. 12. vers. bene fateor, & in tract. de pe- zef. Proreg. in tit. de divers. provis. c. 1. num. 20. idem fuit denegata prælatio, & non fuit discussus as- ticus, an in feudo hereditatio competat præla- tio, de quo est latè dictum supra decif. 100.
- Sub die 3. Februarij 1621. per S. C. in Collate- sali coram Illustr. & Rev. Cardinali Zapata Lo- cumentenente fuit provisum, quod consignetur pos- sessio Franciso de Angelo, non obstantibus op- positis per dictos de Cavaniglia, qui postea vo- luntarie cessit eisdem de Cavaniglia.

ARGUMENTVM.

Feudo vendito à filio, premium tamen recipiente patre, qui alteri deinde vendidit, ac tradidit quis emptor præferatur ad interpretationem l. quoties C. de reivindic. Officialis an possit emere, vel aliter contraherere cum inquisito. Prohibita venditione sub pena, & facta cum pacto impetrandi revocationem prohibitionis; quæ fuit revocata post venditionem an non solum validetur contractus, sed etiam evitetur pena contrahentibus imposta.

S U M M A R I U M.

- 1 Fatti series recensetur, ex qua resolvendus proponitur, feudalis articulus concernens materialis legi & quoties C. de reivindic.
- 2 In quo potorem & secundum emptorem, eaque venditionem fiduciam firmam remanere sufficietur à anno. 13.
- 3 Et ista decisionis num. 21.
- 4 Contractus emptoris, & venditionis consensu, re & precio perficitur, nec ad eius efficiat, & probationem scriptura requiritur, cum per testes probari possit, etiam si partes, perfecto contractu, dixerint, quod fiat scriptura. & num. 5.
- 5 Hoc idem in contractu feudali locum sibi vendit.
- 6 De jure Regni per prag. 11. de feud. contractus feudorum, super quibus probandus est affensus, nullius roboris, & monsuri sunt, si firmati, & celebrati non sunt per acta publica in posse Notariorum.
- 7 Ratificatione contractus emptoris, & venditionis inducitur actu per receptionem partis pretii. Judicis præceptum cuius sit virtus.
- 8 Prohibitione alienationis à Judice ex causa fieri potest, eaque dominii translationem impedit, secus fundatum præceptum ex abrupto facinus sit, & num. 14.
- 9 Causa à Judice alienationem prohibente in sententia exprimi debet, alijs dominii translationem non impedit, & de ratione v. 11.
- 10 Prohibitione hominis fortior est, quam legis quo se ipsam facilius interpretatur.
- 11 Provisio hominis facit cessare provisionem legis.
- 12 Alienatio facta contra prohibitionem hominis acedentem ad prohibitionem legis, sive Judex ille sit, sive testator, aled ipso iure nulla est, ne nec iuris interpositi autoritate confirmari possit.
- 13 Litigii vitio per solam citationem res officitur cum actione reali agitur.
- 14 Possessor primus, in contractu secundus, & posterior, in decinendo posterior censor, tam in bonis burgensis, quam feudalis, etiam si contraeetus sit nullus & cum ratione.
- 15 Conventio facta per officiadum maxime tempore, tam in loco administrationis, an valida censematur.
- 16 Contractus celebratur per officiadum cum inquisito coram ipso nullicatis viro laborat, & ita decisum.
- 17 Constitutionis Constitutionem divit memoris beneficium vendicas sibi locum etiam in præmissione de vendendo.

- 18 Denunciatio in revocatione contractus feudalis non requiratur, vel sic sit scientia.
- 19 Venditio rei feudalis primo loco celebrata, ipso jure revocata confessar, si idem venditor ante eum operationem assensus illam auctoritatem vobis dederit.
- 20 Contempnatur judicis cassus in venditione facta contra præceptum Judicis de non uterando, si in ea apponatur pacatum, ut obtemperari debent revocatio d. decreti, & confirmatione Judicis, nec in ille remedium astentatorum locum habet.

DECISIO CV.

1 Jannes Aloysius Catalanus Judex Mag. Carr. crim. ad probandum emptionem Terra Rotundi produxit partitam banci solutionis partis pretii Antonio de Flore domino, neconu depositiones testium deponentium venditionem, & instrumentum cum filio sibi pulatum.

Instabat condemnatus Antonium patrem ad confiendum cautelas, & tradendam possessionem, ac etiam declarari nullam venditionem postea sequitam in personam Francisci Mariae Maticonde contra decretum Judicis ad instantiam dicti Aloysii, per quod fuit injunctum Antonio de Flore, quod non contraheret sub pena ducatorum militum, & nullita venditionis.

Et ad fundandum, quod probationes sufficient, quamvis instrumentum cum ipso Antonio non sit stipulatum, adducebatur, quia consensus, res, & pretium perficiunt emptionem §. 1. In his de empt. & vend. glos. in l. pacta conventa, & l. inter patrem §. 1. ibi, non autem pretii universatio, sed conservatio perficit sine scriptis habitam emptionem ff. de contrab. empt. Fabian. de Monte in tract. de empt. & vendit. cum aliis adductis per M. scard. in tract. de probat. conclus. 6. 1. quasi prima principal. num. 4. nec ad eius essentiam scriptura requiritur, neque ad eius probatianem, cum possit probari per testes l. cum res C. de probat. l. pactum C. de pact.

3 Quod etiam in contractu feudali procedit Camerat. in cap. imperiale fol. 8. lit. K. vers. sed dicite vos. Alvar. & Præposit. in cap. 1. quo sit investitura, Pet. Gregor. de concess. feud. par. 2. q. 4. n. 4. Rosenthal. in tractat. feud. sub tit. quib. mod. feud. acquir. c. 6. quasi 4. in princip. zonis. 1. Joan. Andr. Georgius in repetit. feudal. par. 1. cap. 16. de solemn. 4 in probant. investitur. num. 25. accidente quoque ratificatione Antonii patris inducta per receptionem partis pretii, l. Paulus respondit ff. res ipsa rat. bab.

5 Et cum probata sit venditio absque scriptura, non obstat, si partes, perfecto contractu, dixissent, quod fiat scriptura, quæ non est de substantia, sed ad probationem Thesaur. decif. 197. & Virgili. ad Afflict. decif. 39. num. 6. referens, sic iudicatum, latissime per Gizzarelli. decif. 75. qui hanc opinionem in præceptum per S. C. testatur, & pluries secundum illam iudicatum.

6 Ad fundandam venditionem postea f. item Francisco Mariae Maticonde contra præceptum Judicis esse nullam, afferebatur tex. in l. si ab eo, iuncta glos. in verb. vot. uit. ibi, idem propter anchoretatem sententia ff. de usucap.

Potest fieri prohibitione alienationis ex causa à Judice l. de pollicitate ff. de pollicitas. glos. in l. præmissis in verb. legislator ff. qui, & à quibus, & ex venditione sequita contra præceptum Judicis non transferatur dominium, ita Bart. in l. filius familias fiduci

8. dñi. s. i. 6. ad legat. l. contra opinionem Innocentii diffid allegantis sustinuit per tex. in l. ff. scimus ff. de contrah. emp. fortior enim est prohibicio hominis, quam lex se ipsam facilis interpectatur, unde illud etiam est, quod dici solet, provisionem hominis facere, ut cesseat provisio legis. Ante. C. de pace. corvons. ideo si ad prohibitionem legis accedat etiam prohibicio hominis, sive Judex ille sit, sive testator, adeo nulla est ipso jure alienatio, ut nec iurisurandi interpositi autoritate confirmari possit Fab. in. Lib. 2. si. 4. 9. diffin. 9. praeceptum enim Judicis de non alienando impedit, si ex iusta causa fiat, dominii translationem, secus. verò si nudum, & ex abrupto sit factum; ita communiter DD. declarant præallegatam doctrinam Bar. (que fuit prius Cyri, & Petri in l. final. C. de pace. iuxta emper. & venditor.) Badi. & Salic. i. e. l. ea lege C. de condic. ob caus. Imol. Alex. in d. g. dñi refert, & sequitur ix. repetitio d. g. di vi, Joannes Crotus num. 104. Ambrof. de Opizomibus. ibid. num. 170.
11. Ex qua declaratione Joannes Crotus præcis. loc. quod licet iusta ex causa Judex prohibeat alienationem, ista prohibicio non impedit dominii translationem, si in sententia causa, quæ subest, non fuerit expressa, quia quando aliquid regulariter est prohibitum, in certis tamen casibus est permisum, debet ille, qui expicit actuam exprimere, quod ipso est in aliquo illorum casuum permisorum, afferens doctrinam Abbat. post Innoc. in cap. ad. nostrarw. de appell. quod fuit observatum in huius decreti interpolatione.
12. Relat videre, an in casu, de quo agitur, justa adfuerit causa prohibitionis. Pro quo dici poterit, quod quando agitur actione reali, per solam citationem afficitur res vitio litigiosi iuxta tradita per Cover peace. quo. b. c. 15. num. 6. Affl. in Conf. or. mra. fraudibus num. 4. Maran. in specul. 4. per. 3. distin. 5. & res litigiosa alienari non potest. l. fin. C. de litigios. Alex. in d. g. divi n. 18.
- Judex ergo iusta ex causa prohibeat alienationem rei, super qua aderat controversia.
- Pro Francisco Mariconda dicebatur, ipsum emisse ab Antonio de Flore vera domino Terram Rotundi publico instrumento venditionis mediante cum omnibus solemnitatibus, ac Regio assensu vallato, atque corporalem possessionem traditam fuisse, & dato, quod præcessisset contractus venditionis pro Aloysio actore, adhuc esse potiorum in detinendo, quia ipsi prius tradita fuit possessio ad text. in l. quorios C. de revend. Gomezius variarum resolutionum sic. de emp. & vend. tom. 2. cap. 2. num. 20. Cover. lib. 2. variarum cap. 19. quæ dispositio sequè obtinet in feudis, quemadmodum in burgenlatieis, Andr. in cap. 1. 6. si facta num. 2. vers. si posset dominus si de feud. fuerit controversi. & in cap. 1. num. 5. vers. hoc intelligendum, qui success. sen. it secundo, ubi Lipas. lit. B. Frezz. de subfeud. in suis limitationibus ad dicta Constitutiones, Constitutionem divisa memoria limit. 28. num. 86. in fine, & rursus in suis questionibus 10. qn. 4. num. 6. Camer. fol. 9. lit. A. Surd. decif. 589. num. 2.
- Quinimò etiam posito contractu nullo, adhuc tamē bæc possessio secundi emporis operatur effectum, quia possessio transfertur, etiam si principia contractus si nullus, ita in specie Decius in l. contractus n. 24. vers. ultima conclusio supradicta, de rog. jur.
- Immo de asserto contractu venditionis in bene-
- ficium dicti Aloysii nullam habendam esse rationem affirmabant, cum fuerit à filio stipulatum instrumentum venditionis feudi, cuius dominium ad patrem spectabat, & sic ex defectu porcellatis, & carente dominii nulla venditio, cum nemo dat, quod non habet, nec coadiuvari potest ex probationibus per testes, & per tacitam ratificationem sustineri ob partem pretij ab ipso patre receptam, cum in Regno per pragm. 21. de fendas 14. provisum sit quod contractus feudorum, super quibus est praestans assensus, nullas roboris, & momenti sint, si contractus, & dispositiones non sint firmati, & celebrati per acta publica in posse Notariorum.
15. Insuper dicebant, invalidam, & nullam esse conventionem factam per Aloysium tempore magistratus in loco administrationis, l. prima ff. de concract. Judic. l. loc. & l. quavis C. si certus potestur, d. non licet, & l. de officiis ff. de contrah. emp. L. per impressione C. de eo, quod mens causa, & potissimum in officiali temporali per tex. in l. prior. cipalibus, & l. sequenti ff. certum posatur, ubi DD. & in Regno adest Constitutionis in tis. de prohib. Criminalium consumaria, ad quorum iurium intelligentiam, & resolutionis veritatem videndus est Ptegrin. in tract. de iur. ff. lib. 3. tit. 7. Paris de Puteo in tract. de syndicatu in verb. contrahere cap. 2. sed an obiectu. ut dispositio predicta, vide Olaf. scum decif. 144. num. 14. vers. quartæ. dicatur.
16. Verum in casu, de quo agitur, quia contractus erat coram eodem judice inquisitus, omnibus judicibus visum fuisse, esse nullam, & invalidam venditionem ex hoc solo, quamvis sollicitanter fuisset si putatum instrumentum per tex. in d. l. si per. imp. officium.
17. Et dato, quod esset valida venditio, adhuc vers. bis, & facto esse revocata. affirmabante beneficiario Constitutionis Constitutionem divisa memoria quæ constitution locum habet etiam in promissione de vendendo, quia est contractatio de re feudali, ita ut reddatur proraffio nulla, & invalida D. de Ponte de potest. Pro reg. tis. de offensu reg. super dote tis. 6. g. 1. num. 3. 4. ubi refert ita per Sacrum Consid. sum.
18. Et de oppositione; quod non fuit denunciata ipsi Joanni Aloysio iuxta fidem Regis Pragmatica edita per Comitem de Lettos, vñigo dicta dell. octantanove capi sub capite 75. nulla fuit habita ratio, quia constabat de revocatione notitiam habuisse, quod sufficit iuxta distinctionem Bar. in l. denunciasse. q. quid ergo ff. ad legem Julianam de adulterijs, nam quando denuntiatio fecit hoc ut certificetur, quod in dubio presumatur, tunc scientia est de substantia, non denuntiatio secundum Di- num. in regula, cum, qui certus de reg. in r. in 6. tunc vero est de substantia denuntiatio secundum Bar. quando non solum sit ad hoc, ut sciat, sed ut aliquid fiat, tunc non sufficit scientia, sed requiritur denuntiatio, & ita maiori parti domini- cum visum fuit.
19. Facto etiam revocata fuit per venditionem factam Francisco Mariae, nam contractus venditionis primo loco celebratus centetus ipso jure revo- catus, si idem vendor ante impetracionem assen- sus rem feudalem alteri venderit Frezz, lib. 2. de subfeud. qn. 3. o. num. 5. & D. Jo: Chryl. Scarfo in Sæ- zeusi legum nota 5.
20. Ad prætensionem nullitatem venditionis Franci- sco Mariae facta contra præceptum Judicis respon- debant, cœlare contemptum præpter peccatum quod ob.

obtinere debeat revocationem decreti, & confirmationem Judicis, ex cumulatis per D. Reg. de Pont. conf. 17.2. vol. num. 19. & cum sit compilatus processus super revocatione praecetti; erit revo- candum ex supra adductis, & revocato decreto, remanet firma dicta venditia in beneficium Fran- cisci Mariz, & non habet locum remedium atten- tatorum, Affl. decif. 98. in fin. Add. ad dec. Rot. 11. de restit. spoliat. & dec. 65. de appellat.

21 Sub die 5. Septembris 1622. iunctis duabus Aulis S. C. in Collaterali Consilio, sicut judicatum, esse absolvendos conventos, & proinde uenditio- nem factam Francisco Mariz Mariconde firmam remanere.

ARGUMENTUM.

Prælatio alicui uti creditori, & agnato in loca- tionis contractu, an detur, & alii casus præ- lationis in materia locationis afferuntur?

S U M M A R I U M.

- 1 Jus retractus, & prælationis, quo positur quis uti creditor, & agnatus in venditionem in loca- tionis contractu detur, in dubium revocatur; & affirmativa subfixetur sententia, & per tosum.
- 2 Contractus venditionis, & locationis à lege veteri equiparantur.
- 3 Iura, & statuta in venditione loquentia etiam in locatione, ac in materia stricta; & exorbitanti verificantur.
- 4 Directus dominus præfertur in locatione per uti- lem factum.
- 5 Ius retractus locum obtinet etiam in locations, ad modicum tempus, & ita decisum secundum Ma- stell.
- 6 Demanum, quod Universitatibus competit, quando Terra per Baronem venditur, competit etiam, quando Baron vult ad modicum tempus locare.
- 7 Usufructuario fructus evertane locare volente, do- minus proprietatis pro eodem pretio præfertur. Proprietarius potius usufructuario, quam alteri, proprietatem vendere, vel locare tenetur.
- 8 Empyteuta rem locare volens, potius directo de- mino, quam alteri tenetur.
- 9 Colonus potius domino, quam alteri fructus ven- dere tenetur.
- 10 Prælatio in locationibus semper conceditur illi qui aliquod ius in re habet. . . . datur, vel ratione directi, aut utilis dominij, vel hypotheca, tam generalis, quam specialis. Creditor hypothecarius etiam in feudalibus gaudet retentionis beneficio quousque pretium sibi solva- tur.
- 11 . . . majoris summa in concurso præfertur.
- 12 Filius etiam in patris potestate constitutus præ- fertur ceteris in conductione feudi paterni, quā- vis illud alteri remanserit in licitatione veluti plus uferenti, & ita decisum.
- 13 Socius locare volens, socio potius, quam extero se- netur, & quare.

D E C I S I O N E C V I .

Q UOD prælatio creditori, & agnato detur in contractu locationis, facit, quia iura, & sta- tutu loquentia in venditione verificatur etiam in locatione, ac in materia stricta, & exorbitante; Arct. in 5. præmissis num. 1. vers. nota, quod statu-

- sum in emptione, Instit. de empt. & vend. & effe- gnatione, quia isti duo contractus equiparan- tur à lege veteri, l. prima ff. locati, l. prima ff. item
- 3 si quis deposit. & quod præferatur directus domi- nus in venditione text. in l. fin. C. de iure empbyg. & sic in venditione feudi à vasallo feudatario ta- eienda, directus dominus extraneo emptori præ- fertur, cap. 1. h. porro qualit. olim feud. & diximus in dec. 104. num. 9. quod etiam in locatione facta per utilem. fundat Marta in voto 240. & quod ius re- tractus sicut habet locum in venditio, ita etiam
- 4 in locatione; decisum refert Mastell. decif. 4. num. 8. ubi assert DD. nonnullos, quamvis sit ad modi- cum tempus, ibidem n. 9. unde demanum, quod
- 5 competit Universitati, quando venditur Terra per Baronem, competit etiam, quando vult locare ad modicum tempus, ita Marta in dicta dec. Pisan. 240. & plures fuisse in S. C. decisum testatur Kov. in pragm. 63. num. 31. in tit. de offic. procur. Cæsar. & quod ius prælationis concessum in venditione extendatur ad locationem, assert alias authoritates, & decisiones Jo. Baptista de Thoro in compendio decisionum Neapolitanarum in verb. præferti au- debeat Universitas, vers. & in terminis locationis.
- 6 Sic etiam si usufructuarius vellit locare fru- ctus extraneos, præfertur dominus proprietatis pro eodem pretio, Alex. conf. 27. n. 6. vol. 6. Hip- pol. de Mart. singul. 451. Boer. decif. 107. & alij quos sequitur Cavalc. in tract. de usufruct. num.
- 7 172. ubi de communi testatur, & è contra proprie- tarius potius usufructuario, quam alteri tenetur proprietatem vendere, vel locare, ita Bart. in l. docebat §. 1. ff. de public. & vestig. habetur per Bal. in l. ad probationem in fin. C. locat., & empbyteuta
- 8 volens locare rem, potius tenetur domino directo quam alteri, Iaf. in l. 2. n. 13. C. de iur. empbyt. Alex. d. conf. 27. & in individus Mart. ibidem n. 1.
- 6 Sicut colonus tenetur vendere fructus potius domino, quam alteri, Bart. in l. prima in fine C. de met. lib. 1. Boer. decif. 107. Calcan. conf. 8. num. 35.
- 10 Semper enim in locationibus præfertur, qui ha- bet aliquod ius in re, Rip. in l. prima de privil. leg. creditor. D. de Franch. dec. 406. num. 9. Rota Pe- trus. dec. 24. Surd. conf. 207. num. 9. Thesaur. decif. 169. refert cum multis alijs Cavalc. decif. 27. n. 62. vel ratione directi, aut utilis dominij, ut dicit Guid. Papa dec. 411. Mart. d. dec. 240. num. 1. vel ratione hypothecas, puta si haberet rem illam ge- neraliter, vel specialiter obligatam ratio ne crediti, vel aliter, Cacher. decif. 156. num. 5. & 6. Covar. lib. 2. variar. resolut. cap. 15. num. 3. præsertim si pos- sessio illius rei pervenisset ad creditorem, quia pos- set retinere illam; donec ei pretium solvatur, etiam si esset feudum, ita Barth. de Capua in l. si pupillo- rum in fine, de reb. corum, quem refert Petrus de Montef. in apost. ad Conf. Regni Constitutionem di- 11 va mensor. sed si possessio fali mihi 20. & in hoc præ- fertur creditor majoris summae, l. majorum ff. de pac.
- 12 Ex his sub die 10. Decembris 1619. iunctis Aulis sicut provisum, esse præferendum D. Alexan- drum Pignonem filium primogenitum Marchio- nis Rioli, & creditorem in conductione eiusdem Terræ ad instantiam creditorum Marchionis patris, quamvis in licitatione alteri remanserat, & si esset filius familias in patris potestate, quia adhuc præ- latio competit, concludit Jacob. Novell. in tract. de iur. probomis. §. 2. n. 15. in 17. tom. tract. quem. refert, & sequitur Dom. de Pont. decif. 11. n. 11.

in fine vers. dicit hoc esse expeditem in feudo haren-
ditario, & novissime Doctor D. Chrys. Scarf. in
Concord. iuris d. dec. 2. punc. 2.

13 Socius etiam volens locare, tenetur potius so-
cio quam extero, Paul. Fusc. sing. 48. Aret. in l.
duo fratres sibi de acquir. barod. Ial. in l. servi ele-
ctio nati. Labeo sub xiiii. 16. de legat. 1. Bal. in l. Sa-
binus. ss. communia dividantur ratio affectur per Soci-
num in d. s. Labeo num. 7. vers. secundus cesus est.
Menoch. de arb. lib. 8. cas. 448. xx. 14. Amend. Add.
ad decif. D. de Franch. 160. num. 8. & n. 12.

Nec obstant huic conclusioni iura adducta in
fin. decif. in questione an consanguineus prefera-
tur in venditione rerum alodialium, nam potest
responderi, quod ex aquitare hoc procedit, qua-
preferenda est rigor.

ARGUMENTUM.

In locatione feudi ad instantiam creditorum
concurrentibus Universitate, & Barone,
quis præferatur.

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

- 1. Universitas, & Barone in conductione feudi ad instantiam creditorum concurrentibus, quis praef-
ferendus sit, & num. seqq.
- 2. proposita questioni pro Barone respondetur, &
ita decisum, & quare num. 7.
- 3. Prælatio sans de consueuduo, quæda de iure in
venditione Castri Universitati competit, quod in
Regno demanum appellatur favore libertatis, &
infra. quod tempus pess. debeat, remissive, & n. 4.
- 4. Vassalli inviti alienari possunt, sed pro eadem pro-
prio præferuntur, quoties ipsorum interest. non
alienari, fastidio ad hoc, ut oblatio pretio se ipso
redimere valeat, nisi adhuc consumendo, in con-
trarium, & num. 12.
- 5. Prælatio suu demanum ad locationis contrahensio-
nem exigitur, & ita decisum, & n. 10.
- 6. Prælatio datur. Baronie in alienacione, & locatione
prædiorum, qua per vassallos sit, ac etiam in ven-
ditione fructuum, qui proveniunt ex territorio
feudi, quamvis venditio, seu locatio fieret à Ju-
dice ad instantiam creditorum.
- 7. Universitas iurisdiictione habere non posse, &
ita etiam decisum, & num. 11.
- 8. Universitas si ius haberet eligendi aliquam officia-
lent, non ad regimur Universitatis, sed ad iuri-
dictionis exercitium, is nullo modo administrare
poterat absque Baronis confirmatione.

DECISO. CVII.

I N locatione Senator Eboli ordine Sacri Consilij
ad instantiam creditorum. Duo s. cum esset can-
dide extincta super oblatione Andreas Giboni pro-
ducatis duodeclm mille, petierunt in Sacro Con-
silio prælationem pro eadem pretio Dux, & Uni-
versitas Eboli, dubitatum fuit, quis eorum esset
preferendus.

2 Pio Universitate dicebatur, ipsam præferri in
venditione Castri, quod in Regno appellatur
demnum, quod non solum procedit de consue-
tudine, verum etiam de iure, secundum meliorem,
& magis receptam opinionem, de qua Regens
de Curte in prima par. diversi fondat cap. licet. au-
tem verissima. num. 39. fol. 8. Regens de Ponte de
pote, præterig. tñ. de diversis præsumptis s. g. Ma-

trill. conf. unico dubio. 1. post. decisiones. in 1. volumi-
ne, quod concessum fuit favore libertatis, & quo-
niā vassalli, inviti alienari non possunt, sed præ-
feruntur pro eodem pretio, quoties ipsorum inte-
rest non alienari, Andreas in cap. Imperiale s. nec
dominus feudi n. 40. Mart. vot. 140. vers. ex secunda
capite, saltim ad hoc, ut oblatio pretio seipso redi-
mere valeant. Sef. dec. Arag. 36. par. prima, D. de
Ponte de Curte, & Mastell. præcitat. in locis, &
fuit edita Reg. prag. quæ est posita in tit. de offic. pro-
cur. Caesar. pragm. 64. s. 2. admittendo demanum ju-
ris dispositionem juris, limitando tempus ad ip-
sum petendum.

5 Et hanc prælationem, seu demanum extendit
etiam ad contractum locationis, fuit plures in-
dicatum in Sacro Consilio per easdem rationes &
& præferri Universitatem in locatione, Jo: Bap-
de Thoro in compendio decisionum in ver. præfer-
ri. Marta cod. vot. 240. num. 9. vers. & in punto lo-
cationis, Rovit. in pragm. 64. n. 31. de offic. procur.
Caesar Capiblanc. in tract. de Baronib. in pragm. 8.
num. 76. vers. & in facto per prædictam rationem.

6 Pro Barone dicebatur præferri etiam in aliena-
tione, & locatione prædiorum, quæ sit per vas-
sallos, ita per doctrinam Bartoli, Angeli, Plateæ,
Lucæ de Penna, Romani, Jasonis, & Tiraquelli
tenuerunt, & iudicatum referunt Grat. dec. Mar-
cia 77. Capiblanc. de Baronib. pragm. 1. n. 112.
etiam in venditione fructuum, quæ proveniunt ex
territorio feudi per subditos volentes alteri ven-
dere. Eccl. de subfeudi. in 38. art. Baros. & faciunt
per Grat. discept. for. cap. 149. quamvis venditio
seu locatio fieret à Judge ad instantiam creditorum,
& ita decisum refert Capyc decis. 99.

7 Ex prædictis patet. Baronie & Universitati præ-
lationem competere sed ambabus concurrentibus.
Baronem præferendum esse, & ita decisum fuit in
causa III. Duci Eboli cum Universitate sub die
6. Septembris 1621. cum interventu Collateralis
Consilii: semper enim præfertur in locationibus
qui habet ius in re, ut fundatum fuit supra in pro-
cedentia decisione num. 10. vers. semper extra in lo-
cationibus.

8 Confert etiam Universitatem non posse habe-
re iurisdictionem secundum Constitutionem in-
cipientem cum jatis, de qua meminit Capiblanc.
de Baronib. pragm. 10. n. 55. Rovit. in pragm. 2. de
9. administ. Universit. n. 54. vers. at f. Universitas, ubi
tenet, quod si Universitas haberet ius eligendi
aliquam officialem, non ad regem. Universita-
tis, sed ap. exercitum jurisdictionis, tunc nullo
modo posset administrare absque confirmatione
Baronis, ut per glo. ex extravag. So. Ecclesie Ro-
manæ in verb. debet, de maior. & obed.

10 Et ita per S.C. fuit observatum de anno 1621.
in locatione facta per Economos. Sanctissima
Annuntiata Neap. in qua Universitates præferri
petierunt, prouisum enim fuit per Sac. Consilium
ab esse præferendas, verum iurisdictionis exerci-
tum remanere penes Economos. Cessat igitur
primum motivum pro Universitate, quod erat fa-
vor libertatis, cum adhuc remaneat sub potestate
Baronis, quod consideravit in simili D. de Franch.
decif. 17. n. 15. vers. hic autem vassalus. Cessat quo-
que aliud fundamentum supra pro Universitate
adductum, videlicet, quod inviti vassalli alienari
non possint, nam præferendo Baronem, cessat
aliencia: & opinio tenentium, vassallum invi-
tum non posse alienari, non procedit, ubi adest
consuetudo in congregatum, ut declarat Loffred.

& tenent ceteri relati per eundem, Vincent, de
Franch, prædicta decis. 17. num. 16.

Tandem pro Baronie fuit sequitas considerata, quia creditoribus erit consultum per satisfactio-
nem eodem modo, prout extraneo, & nullum in-
fert præjudicium Universitati, quæ remanet in po-
testate Baronis utilis domini.

ARGUMENTVM.

An estimatio facienda, servata forma Neap.
Consuetudinis fieri debeat inspecto tempo-
ris petitionis, vel potius executionis in ma-
teria retractus.

S U M M A R I U M.

- 1 In terminis consuetudinis Neapolitana, quæ tra-
gat de jure retractus, quod tempus attendatur
in pretiis liquidatione, & per se.
- 2 Et quod attendatur tempus petitionis suadent
plura hic congesta usque ad n. 10.
- 3 Venditio facta pro pretio affirmando, an valida, &
a iure approbata dicatur, ac omnino contracta,
& perfecta, aut affirmationem, & n. 21. & 24.
- 4 Pretium, & quicquid arbitrio alicuius commis-
titur, arbitrio boni viri commissum intelligi-
tur, id est que certum, purum, & non conditionale
dicerur.
- 5 Consuetudo admittens vicinum ad retrahendum
ab emptore rem emptam pretio affirmando per
appreciatores conditionem non inducit, & n. 38.
- 6 Jus vicino pereundi rem, venditione facta, qua-
si cum dicitur per annum tamen non ultra exer-
cendum, & quare, & num. 25. cum seqq.
- 7 Mora per interpellationem committitur.
- 8 Emptor dicitur dominus revocabilis, donec vicinus
poterat.
- 9 Citatio, imò sola denunciasio, confitit que in
mala fide.
- 10 Mala fidei effectus inducitur per litis contesta-
tionem etiam perempta instantia.
- 11 Mala fides quando trabatur retro, & n. 29.
- 12 Emptor an tenetur retrahensi ad fructum re-
stitutionem, & a quo tempore.
- 13 Et res distinctione hic posita solvitur quæstio, &
num. 33.
- 14 Emptor in materia retractus impensis non ne-
cessarias infra annum factas amittit, & quare,
& an idem dicendum sit meliorationibus ex
augmento temporis pervenit, & n. 30.
- 15 Venditione ad mensuram, facta valor ret secun-
dum tempus celebrati contractus, & non
affirmationis, & mensura attenditur, nisi pre-
tium in summa sit solvi per legem, statutum, vel
consuetudinem, & quare, & n. 18. 20. & 31.
- 16 Quod attendatur tempus, in quo sit appretium,
& sit tempus executionis sententia, conseruat
plura hic adducet, & n. seqq.
- 17 Verbum fuerit, propriè acceptum tempus futu-
rum denotat.
- 18 Qualitas adiecta verbo intelligitur secundum
tempus verbis.
- 19 In beneficiis concessis, quando vacaverint, inetr-
ta tassa, attenditur valor, quanti valuerit illud
beneficium non tempora concessionis, sed tempore
vacacionis, cum e tempore illa concessio efficiatur.
- 20 Vicinum libero voluntatis arbitrio in quacumque
indicti parte etiam posse sentenciam, ac emptori
- 21 invito, & reluctancee penitere, & a petito retro-
cedere posse, neque cogi valere ab emptore
ut res emptam inde accipiat pretio, suadetur
ex iuri regula.
- 22 His, quæ pro se, iure speciei introducta sunt, quis-
que ad sui libitum renunciare vales.
- 23 In stipulatione sub conditione possessiva conce-
pta quatenus ad acquisitionem pertinet, tempus
inspicitur existentis conditionis.
- 24 Affirmatio meliorationum factarum in re legal-
ta, pendente conditione, secundum tempus resti-
tutionis fieri debet.
- 25 Consuetudo legis, & statuti vicino obtinet, & mun-
icipalis est lex.
- 26 Lex, vel statutum si mandet solvi pretium ali-
cuius rei, quod tempus citra illius affinitatem
attendatur.
- 27 Ratio in lege, vel statuto cum reddi posset unica
finalis illa pro expressa haberi debet.
- 28 Pretia rerum variansur ex tempore.
- 29 Vicinus lapsu anno non posset retrahere rem ab
emperatore, vigore congrui, & cum ratione.
- 30 Annus profatus in cuius beneficium, & qua de re
fuerit praefixus, & n. seqq.
- 31 Mora semel commissa perpetuo durat.
- 32 Id, quod principaliter agitur, attendi debet.
- 33 Mora obligat morosum ad interesse.
- 34 . . . non datur sine culpa.
- 35 . . . quid praesuperat.
- 36 Maritus non tenetur restituere dolum, & fraudus
moori habitanter extra domum culpa, & saevitia
viri, nisi fuerit sequuta sententia divortii, & n.
37. & 40.
- 37 Beneficiatus, qui renunciavit beneficio in aliquo
iure favorem, interim donec non fuerit admissa
renuntiatio per Superiorum, & sciverit suisse re-
ceptam, facit fractus suis, & n. 37.
- 38 Beneficiatus committens delictum propter quod
est dignus privatione beneficii, donec non fuerit
condemnatus, & privatus per sententiam, facile
fractus snot, & n. seq. & 40.
- 39 Emperor conveniens iudicio lactionis, non tenetur
ad fractus, pendente iudicio, perceptus, nisi a tem-
pore sententia.
- 40 Contractus quando sunt validi a principio, ex
quibus fuit translatum dominium, non com-
mittetur morsa, nisi a tempore, quo fuerunt re-
sciissi, cum rescindantur, prout ex nunc, non pro-
ut ex tunc.
- 41 Scientia retractandi res ex situ rescindibili,
quando redudat malam fidem.
- 42 Resolutio, quæ sit ex voluntate, & intento, com-
mittentium, sit ex eo tempore, quo fuit factus
retractus.
- 43 Secundum si sit prater illorum mensura ex aliquo
legis remedio, seu dispositione.
- 44 Sententia quando retractatur ad tempus præ-
teritum, & quando dicatur sententia declaratoria.
- 45 Casus latæ sententia, quinam sit, qui a DD. sit
nomineatur.
- 46 Lex aliquando considerat factum, et non senten-
tiam, et quandoque sententiam, et non factum
ibid. in fr. et n. 43.
- 47 Conditionis defectus semper habet oculos retro, et
sic ad tempus dispositionis.
- 48 Actionis redhibitoria natura est, ut etiam repre-
contracsum rescindat.
- 49 Restitutionis in integrum iudicatur utrums.
- 50 Casus forende sententia quando a DD. disappar-
tuit,

- lauter, & uti differens ab aliis lata sententia.*
Sententia declaratoria differt a condemnatoria, &
dispositiva, que non retrotrahitur.
- Finis inducens perfectionem attenditur, et non*
principium, & per consequens non retrotrahitur.
44. *Delinquens posse de bonis ante condemnationis*
sententiam disponere, si versumur in delicto, in
quo veniat imponenda pena confiscationis bono-
rum per sententiam, que non trahitur retro, sed
rescindit prout ex iuncte,
Delinquens si moriatur ante Judicis sententiare
condemnationem, exinguitur processus adversus
eum formans.
45. *Exceptionis contractus secundum terminos meos.*
sionat consuetudinis Neapolitanæ est ab initio
validus, et en eo in emptorem transforatur do-
minus.
- Eadem consuetudo resolvit hunc contractum, co-*
genus emptoreus ad vendendum vicino.
46. *Decisio S.R.C.*

DECISIO CVIII.

1. *Quod attendendum sit tempus petitionis, nō*
lud adducebatur, quod venditio facta pro
recio estimando, est valida, & de iure approbata.
Jo. de Anania in cons. 19. viss. infra iunctis, &
compromiso col. penit. nam pretium est certum eo
ipso, quod declaratio pretii est commissa alicujus
3. *arbitrio, quia intelligitur arbitrio boni viri, l. bac*
venditio in fine ff. de contrab. emp. l. final. C. oad. sit.
g. pratum laetis. de contrab. emp. necnon illud,
quod est commissum arbitrio boni viri, esse cer-
tum, purum, & non conditionale, tradit Dec. cons.
648. num. 1. & 2. D. de Franch. decis. 23. num. 3.
4. *qui nū. 6. inquit, quod quamvis pretium ignore-*
tur a contrahentibus, nihilominus in rei veritate
certum est, Soc. jun. cons. 47. 1. vol. Vrsill. ad Affl.
decis. 8. 3. n. 6. sequens. post Alber. in d. l. hac vendi-
tio g. fin. Malcar. de probat. conclus. 609. n. 3. Benin-
tend. decis. Bonon. 29. n. 4. Surd. decis. 82. n. 2. 3. &
13. scitissime Fach. controvers. iur. lib. 3. cap. 1. ix 3.
dubio col. ult. ver. danius, quod ascribet, ubi hanc
magis communem esse testatur.

Hinc sequitur, quod dum consuetudo admic-
 tit vicinum ad retrahendum ab emptore rem
 emptam pro pretio estimando per appre-
 tiates, non inducit conditionem, quia in veritate
 certum est pretium, & ideo purum, & non condi-
 tionale appellatur.

5. *Et facta venditione ius vicino petendi rem*
quam situm dicitur, Napo. in consuet. Si quis emit
de iure congr. num. 9. Marant. in disp. 9. num. 8. &
11. & Jo. Angel. Pitanel. in oad. consuet. fol. 324.
sub lit. D. dicit, quod iste annus est loco interpel-
6. *lationis, & per interpellationem committitur mo-*
ra, l. mora in princip. ff. de usur. l. si ex legati causa
ff. de verb. oblig. & donec vicinus petat, emptor di-
citur dominus revocabilis, Marant. oad. disputa-
tiones, 9. num. 17. post Bart. Bald. & Corneum per
ipsum adductos, at facta petitione prohibetur ipsum
omnis actus dominij ex d. tex. in l. fin. quem alle-
git Napo. ratio est quia per citationem consti-
tuitur in mala fide, ut est text. apertus in l. item
venient g. positam ff. de poss. bared. & ibi Bart. sta-
tim enim ac seit rem ad se amplius non spectare,
mala fidei possessor efficitur, etiam ex sola de-
nunciatione prout dicit ibi tex. Boer. dec. 47. n. 2.
ibi, quia tunc emptor efficitur mala fidei possessor
prout denunciationem, vel configurationem.

7. *Nec dubium est, quia per litis contestationem*
mala fidei effectus in ducatur etiam perempta in-

stantia, Accur. in l. properandum, 6. & siquidem
 in verb. iudicij C. de iudic. Bar. in l. 2. C. de fruct. &
 lit. expens. & l. cum lice moreua ff. judic. fol. Bald. &c
 recentiores in d. s. & siquidem, & in l. prima C. de
 edem. Felin. in cap. causam, quo col. pen. verj. fallit
 primi rostra de teſib. Aſin. in praxi Florent. 5. 2.
 cap. 15. num. 32.

Quæ mala fides deinde ex probationibus factis,
 & intentia inde sequuta trahitur retro ad tem-
 pus sui initij scilicet, litig contestatus, sic sanè de-
 clarando comprobatur Aſin. ibid. num. 34. & pro-
 pter moram Affl. in Conſit. Sancimus de iur. pro-
 thomis. §. 2. num. 21. vers. bic nūc quaro de pulchra
 quæſione, censuit esse faciendam estimationem à
 tempore moræ, videlicet à tempore, quo fuit re-
 quiitus, ut tendat per ius congrui iusto pretio
 ipsi vicino.

8. *Hinc querunt DD. an emptor tenetur ad re-
 stitutionem fructuum retraenti, & à quod tempore*

Et tenuerunt, quod si peto, quod non est, vel
 non fuit meum, nec authoris mei, cum simus in
 contractu stricti iuris, à tempore litis contestatae
 fructus debentur ff. de condic. indeb. l. si non fer-
 tem g. liberti, & in l. videamus g. si actione de usur.
 secus vero si peto, quod est, vel fuit meum, vel
 authoris mei, quia tunc à tempore moræ, item
 quæ à tempore moræ, quando agitur ex contra-
 ctu bonæ fidei, ut in d. l. videamus g. si eis cauſe
 ff. de usur. ita distinguit Albert. de flatut. lib. 10.
 quæf. 97. quem sequuntur Tiraquell. & cæteri per
 eum relati in tract. de retract. liguagier. §. 15. glof.
 2. num. 15. & 16.

Ante autem litis contestationem fructus sunt
 emptoris & cum sit dominus rei interim, ut notat
 Carp. id statut. Mediob. cap. 417. n. 718. cum seqn.

9. *Insuper emptor amittit impensas non necessaria-*
rias infra annum factas ex distinctione tradita à
Jo. Ang. Pilabel. in d. Consuet. Si quis emit sub lit.
D. incipien. ad ver. quia credo ver. nota, quia iſo
annis, multò magis amittere videtur melioratio-
nes ex augumento temporis perventas, argum.
tex. in cap. lices univerſis, & ibi glof. de teſib. l.
nec ex vera C. de acquir. poss. & l. prima C. de vog.
glof. maior enim in esse videtur ratio, ut impensas
per ipsum factas repetere posset, quas tamen non
poteſt, ergo multò minùs, ubi nihil impendit.

10. *Rursus secundum communem opinionem:*
quando venditio facta fuit ad mensuram, atten-
ditur valor rei secundum tempus celebrati con-
tractus, & non estimationis, & mensura secun-
dum opinionem Pauli de Caſtr. in l. ſicut C. de act.
emp. quam sequitur Affl. Covar. Franc. Marc. Ca-
valcan. & reliqui, qui communem esse testantur,
refert, & sequitur Alex. Trentoſinq. variar. reſo-
lut. lib. 3. de emp. et vend. refol. 5. in fin.

11. *Quod sit attendendum illud tempus, in quo sit*
appretium, tempus scilicet exequutionis sententiae.

In hanc opinionem videtur descendere Napo-
 dan. in d. consuet. in lit. L. in verb. fuerit num. 45:
 & ita illum intelligit Affl. in d. Conſit. Sancimus
 præcitat. loco n. 22. in fine ver. pro ſolutione causæ,
 Benedel. in d. Conſit. Sancimus g. in primis num. 63.
 Rendel. in oad. g. in verb. in finum pretium num. 12.
 Vincent. de Franch. decis. 390. n. num. 4. referens ita
 suisse ſempre iudicatum in S.C.

12. *Fundatur hæc opinio his medijs.*
 Et primò ponderando verba consuetudinis, ibi,
 dare prout appretiata fuerit, verbum namque
 fuerit, propriè acceptum denotat tempus futurum
 l. si non fuerit remissum ff. de iure jur. l. inveniens C.

33 ad Velleian. l. final. C. de novo codice compou. cūm qualitas adjecta verbo intelligatur secundum tempus verbī, Lin delictis §. si extraneus ff. de re, scil. conferendo pretium in tempus futurum faciendi appretij unum de substantialibus, ex cuius declaracione actus tunc fortitur effectum, & propterea hoc tempus, quanti valeat res, debet at-

34 tendi ex regul. sex. in l. quæries ff. de verb. oblig. ubi DD. Oldiad. cons. 168. n. 2. Rot. Rom. in anti. quis sub sit. de concess. probat. dec. 857. quæ iudicavit in beneficiis concessis, quando vacaverint, incerta tanta, attendi valorem, quanti valuerit illud beneficium non tempore concessionis, sed tempore vacationis, quia ex tempore illa concessio fortitur effectum, quam sequitur, alios cumulan- do Surd. ex cons. 335. num. 20. et seq. vol. 3. & tenuit Napod. in terminis predictæ Consuet. num.

45. qui ponderatur illud verbum appositum per

Consuetudinem appretiata fuerit, esse tempus fu-

eturum ex quo iusta pretia non debent constitui ex

præterito.

35 Neque id mirum, cùm ante exequutionem, & rei traditionem res ipsa sit in suspensiō; quandoquidem conspicuum est, vicinum in quacunque parte iudicii, etiam post sententiam, etiam emptore in- vito, & reluctante posse punitere, ac recedere à petito retractu, ex regul. tex. in l. f. Index ff. de mi- sorib. dictante, quod quicque valet ad lui libatum

36 renuntiare his, quæ pro le inducta sunt iure spe- ciali, & in puncto ita seaserunt T. aqua. de retractu lignag. § fin. num. 14. Regius Consiliarus de Bottis in citata consuet. l. t. C. fol. mibi 386. Benedell. in Consuet. Regn. Sancimus, de iure prothomis. in rubr. num. 65. Kendell. in eadem Cons. §. in primis vers. annusq. sive secundum suam versionem num. 19. fol. mibi 150. & sic decisum testatur Dominus de French. dec. f. 346.

Si iugis vicinus libero voluntatis arbitrio punitientia ductus, potest etiam latæ sententia rece- dere à petito retractu, & neque tunc potest ab emptore cogi; ut rem emptam iusto preto acci- piat, fateti necesse est; quod estimatio fieri debeat, attento illo tempore, quo vicinus astatutus ad re- trahendam, & solvenam iustum pretium, arg. tex. in l. sed & si quis §. in ordine ff. de usufruct. ibi, in pendenti esse dominium eius, & numeratio- neme pretij declaratur, cuius sit, & in l. qui-

37 dam §. fin. ff. de verb. oblig. ubi si stipulatio sub con- ditione potestativa concipiatur, quatenus perti- net ad acquisitionem inspicitur tempus ex sequitis conditionis.

38 Et inde est, quod estimatio meliorationum fa-

ctarum in relegata, pendente conditione, fieri de- bet secundum tempus restitutionis, ita post alios, quos citant, egegiæ resol. vnde Boerius decis. 44. num. 12. Camel. ad l. 46. Tauri num. 3. Alvat. Va- lusc. de iur. empbyt. q. 25. num. 28. Anchæ. Regin. qq. famili. lib. 2. qu. 46. num. 6. Rosental. de feud. cap. 10. concl. 43. num. 90. vers. sexto observes rom. 3.

Secundo, hoc pretium iustum est solvi per con- suetudinem, quæ quia semper loquitur, cum casus evenerit solutionis, tunc dicitur disponere con- suetudinem, & mutari cum mutatione pretii, quod est solvendum aliquo tempore, sic dicimus in lege,

39 vel statuto, quorum vicem obtinet consuetudo, quæ municipalis est lex l. fin. C. qua sit longa cons. §. ex non scripto, Instit. de jur. nat. genit. & ci- 20 v. & hinc voluerunt DD. communiter, si lex, vel statutum iubent solvi pretium alicuius rei, & emporis dispositioni & valeat uno modo, & tempo,

so solutionis alio, de hoc pretio, quanti valet tem- pore solutionis, videtur intellectu, quia hoc tem- pore solutionis dicitur disponere, & se mutasse cum mutatione pretii, Bald. in l. illud num. 18. C. de Sacros. Eccles. & latè Surd. qui alios cumulat in cons. 335. num. 15. et seq. vol. 3. vers. quia sed quid- quid sit in aliis dispositionibus.

21 Item pretium rei emptæ solvit post factum appretium, quia ante est illiquidum. Igitur hoc tempus, quanti tunc valet, debet attendi, unde cum tempore appretii, quo declaratur pretium, dicitur perfectus contractus vend. tionis, eo tem- pore actus fortitur effectum, & illo eodem tempo- re res debet tradi, & pretium solvi, ex quibus de- jure concludendum est in materia predictæ con- suetudinis Neapolitanæ deberi solvi per vicinum pretium, quanti res valuerit tempore appretii fa- ci per expertos Neap. & nou ante.

22 Tertio, quia dum unica finalis ratio reddi po- test in lege, vel statuto, illa haberi debet pro ex- pressa, doctrina est glossæ notabilis in l. quamvis C. de fideicomis. quam ibi probarunt Bald. cæteri- que Scribentes unanimi consensu, & his adstipu- lantur Alex. cons. 129. n. 5. lib. 7. Decius cons. 15. num. 2. Soc. iun. cons. 167. n. 21. Anna sen. alleg. pri- maria n. 13. Reg. Lanct. cons. 87. n. 4. Cacher. doc. 21. n. 3. Morot. respons. 69. n. 12. Surd. cons. 240. n. 14. Hondoned. cons. 39. num. 29. lib. 2.

Sed in hac nostra consuetudine nulla alia ra- tio finalis assignari potest, cur antequam res ven- dita detur vicino illam petenti iure congrui, pre- cedere debeat estimatio, nisi haec una scilicet, ut iusto pretio vicino configetur.

23 Justum verò pretium illud iudicari debet, quā- ti res ipsa valet tempore exequutionis, ac tradi- tionis, ut ad literam probat tex. in l. 3. §. Divi fra- tres ff. de iure fisci, ibi Callistat. & iusta, iacuit, pro- ria non ex præterita emptione sed ex præsenti af- fimatione constitui; sicut anima diligenti cultura precia prædiorum ampliantur, ita si negligenter habita sit, minui ea, necesse est. Hactenus Jurecons. & illud idem notat glossæ celebriæ in l. fin. C. de pa- tria. qui fil. distinx. in verb. potest valere, & glossæ adstipulantur Peregr. de iur. fisc. lib. 6. tit. 4. n. 8. vers. intellige iustum pretium, Mafcard. de probat. concl. 551. num. 6.

Ergo nostra consuetudo requirens præsum appretium in huiusmodi retractu ex vi rationis unice, & finalis omnino dispoluisse videtur, quod huiusmodi appretium fieri debeat, attento tempo- re exequutionis, traditionis, non autem litis con- testaz.

Ad fundamenta contrarie sententiae responde- tur, & primò ad id, quod dicebatur, venditionem 34 factam pro pretio estimando esse validam, & de iure approbatam, donec non sequatur estimatio, venditio non erit omnino contracta, latissime fü- dat Ignat. Lasart. in tract. de decim. vendit. & per- miss. cap. 2. num. 19. vers. maior verò dubitatio, ubi n. 12. dat verum intellectum ad tex. in §. pretium. Instit. de empt. & vend. ad tex. in l. fin. C. de concrab. empe. hanc eandem opinionem tenet, & probat Franc. de Caldas in commen. ad typum instru- ment. expte. & vendit. cap. 18. n. 12. vers. sed ad pre- cium possit confitenti certificandum.

25 Ad id, quod secundo loco afferebatur, quod sa- eta venditione ius vicino petendi rem quæsumum dicitur, & quod annus sit loco interpellationis, & per interpellationem committatur mora. Respon- detur, quod annus ille fuit præfixus in odium vi- cini

cini ad beneficium emptoris, quia est peremptio-
nus, & exclusivus iuris vicini; ut ipso clatio vici-
nus non possit rem emptam prætendere iure con-
grui, ne dominium emptoris diu subiaceat reso-
lutioni, fundatur, quia clatio prædicto anno, vi-
cinus non potest agere iuxta latè notata per Na-
pod. in 1. cap. prædicta consuetudinis de iure con-
26. gnat in verb. scientia, & emptor non tenetur am-
plius, quin si fu sset constitutus in mora, clatio
anno, perpetuò tenetur, cum mora semel comi-
ta, perpetuò daret, l. si post moram ff. de verb. oblig.
unde lapsus prædicti anni, qui fuit introductus
ad excludendum vicinum, non potest operari ef-
27. fecit contrarium, ut constituerit in mora, &
tencatur emptos ex regul. quod id, quod principa-
liter agitur, debet attendi, & si hic annus intro-
28. ductus est gratia finienda obligationis emptoris,
non potest eundem emptorem constituere in mo-
ra, l. si per emptorom s. quod s. fundatur ff. de ad.
empt. Jas. in l. ff. ex legati causa n. 14. ff. de verbos.
29. oblig. Bologn. in l. viii n. 30. ff. s. cor. p. Nec
obstat, quod per litig. contestationem malae fidei ef-
fectus inducatur, & quod deinceps ex probationi-
bus factis, & sententia inde sequuta trahatur re-
tro ad tempus sui initii, scilicet litig. contestatae,
quia non attenditur bona, vel mala fides, sed exi-
stentia tituli, qui facit rem deductam in contra-
ribus licet retineri, nec sententia retrotrahitur,
prout inferius fundabo, respondendo. fundamento
Aff. id circa moram.

30. Nec huic secunda opinioni obstat, quod impen-
sas non necessarias amittit, nam non sequitur,
quod amittat etiam meliorationes ex augmento
temporis, quia dispar est ratio, cum propter dolus
non necessarias impensas amittat, ut consideravit
idem Jo: Angel. Pisanel. in practicato loco in fine,
ibi, ut affligant eos, qui sunt retrahentes emptos.

31. Et tandem non obstat illa communis opinio,
quod quando venditio facta fuit ad mensuram, at-
tendatur valor rei secundum tempus celebrati
tractus, & non estimationis, & mentitur, cessat enim
hoc, quando pretium viuum est solvi per consuetu-
dinem, & fundatura fuit supra in secundo funda-
mento huius opinionis n. 16. vñf. secando hoc pre-
mium.

Ex his fundatur opinio, attendi tempus ex-
equitionis, & fundamentis contraria sententias fa-
32. tisfactum videtur, attensa consuetudine. Solùm
superest respondere ad id, quod propter mora con-
sideravit. Affl. quas obligat morosum. ad intere-
sse, & proinde de mora culpa est intelligendum,
quas non datar sine culpa, l. pecun. s. final. ff. de us/ur.
quia presupponit, quem obligatum ad aliquid dan-
dum, vel faciendum, qui interpellatus facto homi-
nis, vel legis dispositione, non patet, iuxta latè not.
per Barbos. in l. s. mora in secunda par. prima, ff.
2. col. ff. solut. matrim. & Bologn. in l. viii n. 12.
ff. in l. quod se n. 3. ff. si certam poterit.

33. Hec mora non potest considerari in casu, de quo
agit, cum sumus in contractu non prohibito, &
sine dolo, ex quo translatum fuit dominium, & no
attendant bona, vel mala fides, ut eruditè adnota-
tam D. Jo: Chrys. Scarbo in Cyllonio legali Triumph.
33. sed existentia tituli, qui facit rem deductam in
contractibus licet retineri, & licet ex post facto
possit rescindi ille titulus, non causat moram cul-
posam donec enim titulus est in suo labore, præ-
stat licitam causam retentionis, quia nec dominium,
nec causa dominii recessit ab eo, & proinde, quia
non est in mora, non tenetur restituere fructus, ni-

si a tempore, quo fuerit rescissus ille titulus. Hinc
34. sunt ortas illæ communes conclusiones. Doctorum
maritum non teneri restituere dotem, & fructus
uxori habitanti extra domum culpa, & levitia vi-
ri, nisi fuerit secuta sententia divorci. cap. 1. de do-
mat. inter vir. & uxor. cap. de illo, cap. porr. de di-
vorce. & cap. sua nos, de iure vir. ratiō est, quia per
divortium separatur matrimonium quoad thorū,
& habetur tanquam solutum, & tunc non sufficit
onera, quæ onera, & matrimonium causabant titu-
lum habendi dotem, proinde ab illo tempore di-
vortii, quo censem rescissus titulus, nisi restituit
dotem, dicitur in mora, & tenetur ad fructus, latè
idem Barbos. in rubr. ff. solut. matrim. in 2. par. n. 11.
35. 41. ff. 45. qui allegat alios. Et beneficiatus, qui re-
nunciavit beneficium alicui, interim donec non
fuerit admissa renuntiatio per superiorem, & sci-
erit fuisse receptam, facit fructus suos, quia à tem-
pore admissionis, & scienter rescinditur titulus, &
privatur beneficiatus suo beneficio cap. post trans-
lationem, de renuntia. Gramm. dec. 1. 28. cumulat alios
Barbos. in d. l. divorcio in 2. par. n. 11. ff. in ead.
l. s. in 2. par. n. 11. ff. in fine caus. seq. Sic si commi-
36. sisset aliquod delictum, pro quo esset dignus pri-
vatione beneficij, donec non fuerit condemnatus,
& privatus per sententiam, & sic titulus rescissus,
facit fructus suos, latè Felin. in cap. de quarta n. 33.
37. de prescr. quem sequuntur Barbos. in d. f. s. n. 47.
cum seq. & emptorem conventum iudicio tensionis
iuxta termi. tex. in l. 2. C. de rescind. vend. non teneri
ad fructus, pendente iudicio perceptos, nisi à tem-
pore sententiae, qua fuerit titulus ille emptionis re-
13. Tus. latè tenuit Ari. Pinell. in l. 2. in 2. par. in
cap. 4. de res. vend. Barbos. in d. l. divorcio 5. ff. in pri-
ma par. n. 11. ff. 45. D. de Franch. decif. 1. 19. n. 9. in fine
enim seq. in decif. 495. & Coafiliar. de Ann. conf. 24.
& tamen in prædictis casibus, quis uxor sua cul-
pa discesserat à domo, sciebat vir causari di-
vortium per sententiam, beneficiatus se excluderat per
renuntiacionem ab omni iure, quod habebat, &
commiserat delictum, ex quo facere poterat se ben-
eficium restitutum, & amissum, ut ponderavit
idem Barbos. in d. l. divorcio in 2. par. n. 44. ff. in
ff. in 2. par. n. 47. in ff. & emptor conventus
ex lastrone sciebat se rem restituiri, nec refoluntur
prædicta, quod loquuntur in restituione fru-
ctuum, quia dicunt de re, & fructibus, & tamen se
de fructibus tantum, fructus non debetur, nisi
sicut mora, & qui latè retinet fructus, non est in
mora restituendi rem, ex qua debet percipere fru-
ctus, l. quod servos ff. de legat. 2. l. s. n. 1. fructus le-
gatis de usfruct. leg. ut adverbit Belyn. in d. cap.
de quarta n. 33. de prescr. 38. Vnde in his exit regula certe constituenta,
quando contractus sunt validi à principio, ex quibus
fuit translatum dominium, non committi mora-
sem, nisi à tempore, quo fuerint rescissum, resci-
dantur, prout ex duci, & non prout ex tunc,
nulla habitatione scientia rei restituenda ex
existentia tituli, qui, donec non est rescissus, facit
rem licet detineri, prout ultra allegatos sic ad-
vertunt etiam Fulgo. in l. ex anno ff. de donat. in
ter vir. & uxor. & Ari. Pinell. in d. l. 2. in 2. par. n.
4. cap. n. 60. post medium, & opinionem aliquorum
D. volentium scientiam restituendi res ex titu-
lo rescindibili inducere malam fidem, quia causat
moran, dico, procedere in titulis à principio sui
natura revocabilibus, ut in donationibus causa
mortis, & similibus, non in contractibus inter vi-
cos a principio validis, ut per Jali. in v. ff. bates. n. 2.
ff. de

- ff. de donat. conf. dat. non sequuntur. & Ari. Pinell. in l. 2. is 2. par. C. de rescind. vend. cap. 4. num. 14.
39. Est verum, quod si haec resolutio sit ex voluntate, & mente contrahentium, sit ex eo tempore, quo fuerit factus distractus, ut est in eo, qui renunciavit, cuius resolutio tituli inducitur a tempore, quo fuerit admisga renunciatio, & sciverit suisse acceptatam, & in retractibus conventionibus in terminis tex. in l. 2. C. de pac. inter emps. & vendis, in quibus à die oblati pretii, & petitio, nisi resolvitur titulus venditionis, ut est notatum, tunc enim, quia resolutio sit ex proprio facto, sibi erit imputandum, eum sic sibi placuerit, ut nota sunt Tiraquelli. in d. l. si unquam C. de revocand. dat. var. in verb. revertatur n. 274. Ial. in l. si bares n. 2. ff. de cond. caus. dat. non sequuntur. & Ari. Pinell. in d. l. 2. in 2. par. in 4. cap. n. 3. C. de rescind. vendis.
40. Sed si haec resolutio sit ex aliquo remedio, & dispositione legis prator mente contrahentium, ut ponderavit Bolognet, in d. l. v. innum. 35. ff. si cert. per. tunc quia partes non dixerunt, Judex est ille, qui debet rescindere per sententiam causa cognita, ut est in divulgatio, in committente delictum, & in empore convento pro lesione, de quibus supra, & in alijs similibus contractibus, qui veniunt rescindendi non ex facto directo ad id, vel mente contrahentium.
41. Rursus, & aliud est advertendum, quod sententia aliquando declarat, & retrorahitur ad tempus praeteritum, aliquando disponit, privat, rescindit, prout ex huic: retrorahitur in omnibus his, quae sunt ipso iure, & quando titulus habetur propter titulo, vel reducitur ad non titulum, ut in casibus, de quibus per Covarru. var. resolut. lib. 3. cap. 8. 1. & 2. cal. Nat. cons. 535. Tiraquelli. in dicta l. si unquam in dicto verb. revertatur n. 18. quos casus Doctores vocantur *lata sententia*, Abb. in cap. si diligenci n. 18. de for. comp. Felin. in cap. Rodolphus n. 35. & 37. de rescript. & Tiraquelli. in d. verb. revertatur n. 8. 25. 26. 27. & 66. tunc, quia lex est, quae operatus sine ministerio hominis sententia non est necessaria quoad substantiam, quia iam actus est perfectus, & consummatus à lege, sed quoad esse exequutionis, adeo quod sententia dicitur declaratoria, quae est tanquam actus exequitus, qui interponitur ad actus perfecti exequutionem Bald. in cap. 1. de fide. fine culpa non amittit. Alex. cons. 6. n. 15. vol. 3. & in addit. ad Bost. in l. Imperator ff. de iure fisc. & Felin. in cap. Rodolphus n. 35. & hoc ratio est, quod iuris dicunt resolutus titulus eo ipso, quod sit, vel causus successit, quia lex considerat factum; & non sententiam, ut advertunt DD. allegati à Reg. de Pont. cons. 90. n. 38. 42. 66. & 75. Barbos. in l. diversio ff. vir. n. 47. ff. solut. matrim.
42. Item quando sententia profertur super actionibus, de sui natura retrorahitur, ut in actionibus conditionibus, quae resoluuntur ex defectu conditionibus, de quibus per Tiraquelli. in d. verb. revertatur n. 277. & quando interponitur super actionibus redhibitorius, & restitutionis in integrum iuxta terminos text. l. quod si minor. ff. n. 4. citatio ff. de minor in l. cum autem ff. cum redhibetur ff. de addit. idem Barbos. in d. l. di uir. 250 ff. in prima par. n. 45. circa finem cum sequi.
43. In cataris, quae non resoluuntur ipso iure, sed venient remittenda, quod est, quando contractus tenuerunt à principio, quos causas DD. appellari ut
- ferende sententia, ut per eundem Tiraquelli. in d. verb. revertatur n. 35. 8. 20. 36. 39. 112. & 196. Abb. is d. cap. si diligenci n. 18. de for. comp. & Felin. in d. l. Rodolphus n. 34. cum seqq. tunc quia factum est imperfectum, cum super sit aliquid agendum, quod est illa revocatio, rescissio, vel privatio, sententia est necessaria, quoad substantiam esse, adeo quod dum non sequitur sententia, non dicitur revocatum, rescissum, vel privatum, quia in his lex considerat sententiam, & non factum, idem Bald. in d. cap. 1. de fide. fine culpa non amittit. Alex. d. cons. 6. n. 15. & notatur per Tiraquelli. in d. verb. revertatur n. 324. 331. & 334. & D. Reg. de Pont. d. cons. 90. n. 39 & 46. & haec sententia non dicitur declaratoria, sed condemnatoria dispositiva, quae non retrorahitur, ut per Felin. in d. cap. Rodolphus n. 35. Bald. in austriac. loc. amplius n. 6. C. de fideico. Barb. in d. 6. ff. vir n. 47. Abb. in cap. 1. n. 4. de concess. prabend. ratio diversitatis est inter hos ferendas sententias, & illas, de quibus supra latet sententia, dicitur declaratoria, tanquam interposita super actibus perfectis, in quibus lex operata est de per se, sine ministerio hominis; id est finis, qui est sententia, trahitur retro ad suum principium, à quo habuit necessariam consequentiam, cum nil fecerit sententia, nisi declarare, in his revocandi ferendas sententias actus non dicuntur perfecti, cum committantur Judicis arbitrio determinandi, in quibus non ar. statut. Judex ad iudicandum secundum deducta per arbitrem, vel excepta per reum; sed aliquando condemnat, aliquando absolvit, & per consequens sententia, quae est finis, non habet necessariam consequentiam ad principium; cum omnia dependeant ab arbitrio, & potestate Judicis, unde finis tunc inducens perfectionem inspicitur, & non principium, l. cum syllanianum C. de bis quibus, as indign. & per consequens non retrorahitur, ut notarunt Barbos. in d. 6. ff. vir n. 47. D. Reg. de Pont. cons. 90. n. 11. & not. per Bo. logn. in aust. ff. quis in aliquo n. 1. C. de edid. & sententia dicitur, non declaratoria, sed dispositiva, & haec ratio est, quod in delictis, in quibus venit imponenda pena confiscationis per sententiam, ante sententiam, poterit delinquens bona alienare, de eis restari, agere, & suum ius prosequi, de quibus latet per Tiraq. in d. verb. revertatur n. 324. 331. & 334. & si moreretur, ante quam fuisset condemnatus, extinguetur processus, idem Barbos. in d. 6. ff. vir n. 48. qui al. legat alios, & interim facit fructus suos, sic etiam maritus ante sententiam divortij, & empore convertitus pro lesione, quia sententia non trahitur retro, prout ex tunc, sed rescindit, prout ex nunc; ut est fundatum,
45. Secundum terminos consuetudinis Neap. contractus emptio's fuit validus à principio, & dominum ex eo translatum in emporem, cum non sit necessaria denunciatio, ut advertit Maxil. in consuet. Barons. in rubr. de iur. prob. bonis. in 5 in donationib. n. 41. cum seqq. & probant verba eiusdem. Consuetud. ibi, tempore dare rem emptam, que presupponunt perfectum contractum, & emporem effectum dominum, à manu cuius debet accipere vicinus, & consuetudo est, quae resolvento illum contractum, cogit emporem ad vendendum, ut per lo. Ign. in repet. l. dudum C. de cons. straben. empl. n. 3.
- Subiecta hac difficultate in Sacro Regio Conilio ob varias decisiones, antiquis, & novissimis tem-

temporibus incep factis circa pretium rei stabilis retracta per vicinum iure congrui virtute. Consuetudinis Neapolitanarum scilicet fit testimandum & liquidandum, prout tunc volebat tempore venditionis, petitionis, sive litis contestatae, vel prout nunc valet tempora executionis sententiae, & pretium ipsius rei.

Die 2. mens. Octobr. 1623. pro decidendo articulo 46. cùlo congregato S. C. ordine spectabil. Jo. Bapt. Ste. Valenzuola Velasquez. Regentis Regiam Cancellariam, & officium Presidentis ipsius S. C. deinde in supremo Italæ Consilio Regentis de capi, ex quo fuit evocatus ad Supremum Consilium Castellæ, nunc postremo Præsidis Regie Cancellariae Granatensis viri peritissimi, & intelli- gerrimi.

Per idem S. C. fuit solemniter decisum, prout pretium rei stabilis retracta per vicinum ab ipsis emptare virtute Consuetudinis Neapolitanæ esse testimandum, & liquidandum, prout valuerit tempore facti appretij pro exequutione sententiae latæ contra emptorem condemnatum ad relaxandum rem emptam iure congrui, non autem prout volebat tempore venditionis, petitionis, aut litis, contestatae in iudicio juris congrui, & ita in dies servatus in cunctis huius Civitatis Tribunalibus.

A R G U M E N T U M.

An conductor prædiorum Ecclesiæ sit præfendus in nova locatione, finita prima loca- tione.

E V M. M. A. R. I V M.

1. Conductor antiquus non præfertur novo conductori, unde finita locatione, nullana inferre posse quæsiuone domino, nec nova conductori. Et n. 4.
2. Secus in prædiis rusticis Civitatis Neapolitanae.
3. In prædiis Ecclesiæ non præfertur antiquus con- ductori.
4. Antiquus conductor præfertur, quando est ad longum tempus, quia habet in iste in regno emphy- tenuitatem.
5. Conductor antiquus præfertur, si finitam terram ad culturam reducerit.
7. Conductor antiquus prædiorum fisci præfertur.

D E C I S. I. O. C IX.

1. Ndubitate hodie conclusio est, antiquum conductorum minime præferri, & ita recepta in Sacro Consilio iuxta text. in l. n. cni C. de locat. vbi Bald. Salyc. Alber. & alij, & pro regula. con- stituum omnes. D. D. sic etiam Boer. dec. 107. Al- vat. Valasc. & ibi Ruder. Roland. in lib. 1. iur. emphyt. quæst. 24. num. 1. Calcan. cons. 8. num. 36. Mant. cons. 48. in fin. vers. sed. tamen prima lib. 1. Mynsing. sing. obser. 23. Anton. Gomez. Hilpan. in tract. mariax. resolut. cap. 3. de locat. 5. vers. item. quare. Præf. de Franch. decis. 406. Reg. de Pont. cons. 23. vol. 1. Gizzarelli dec. 5. Anna cons. 77. & reliqui adducti per Gratian. discip. forens. cap. 357. in princ. novissima Ratt. cons. 18. & si aliqui Do- ctores aliud dixerint, secus Neapol. vbi attenta. consuetudine in locatione prædiorum rusticorum, præfector conductor antiquus ex dictis. per Affl. decis. 238. prout eam intelligunt Dom. de Ponte- cor. 23. Anna d. cons. 77. num. 18. Ruter d. cons. 18. n. 6. vers. cum istis decisiones concordant.
2. Etores aliud dixerint, secus Neapol. vbi attenta. consuetudine in locatione prædiorum rusticorum, præfector conductor antiquus ex dictis. per Affl. decis. 238. prout eam intelligunt Dom. de Ponte- cor. 23. Anna d. cons. 77. num. 18. Ruter d. cons. 18. n. 6. vers. cum istis decisiones concordant.

3. Dubitatorum fuit, an idem sit in prædiis. Eccle- sia, & antiquam præferendum tenerunt Rebus. in compend. de alienas. ver. Ecclef. in 6. 2. is fu. vers. vada censuit. Smaius. Cœzel. præc. quæst. concur. contra comm. quæst. 796. n. 11. 67. Grac. discip. forens. cap. 357. n. 11. 42.

Horum fundamentum primum est ex dictis per Bart. in l. 1. num. 3. C. de mortali lib. 1. dum nos ex illo text. quod colonus debet potius vendere fru- eius domino, quam alij, iusto tamen prelio.

Secundum ex text. in cap. ad aures, de reb. Ec- cl. n. 11. alienand.

Tertiu ex aquitate iuxta l. Congr. C. de lo- cat. prædiorum fiscal. quia semper eius administra- tores præ oculis aquitatem habere debent, cum nullum petatur dampnum ex eo, quod primus conductor præferatur secundo.

Sed contrarium fuit iudicatum, in causa Hora- tij della Selva cum Martio Cillo, super locatione prædiij cuiusdam Ecclesie Religionis Hierosolymitanæ sub die 27. Junij 1620. & absolutus nova conductor à petita prælatione per antiquam con- ductorem.

4. Cuius sententiae fundamentum illud præci- puum fuit, quod nulla considerari potest differen- tia in Ecclesia; idcirco iuxta tek. in d. l. ne cui pri- mus conductor finita locatione controversiam in- forte non potest, nisi in scriptis relocationem pro- baverit, & hoc favore libertatis dominorum, ut libere possint locare e. s. lucas. eo magis contra Ecclesiæ libertatem esset prohibitio, ut eorum bo- na non posset Ecclesia locare, cui velleret.

Hanc opinionem ex profilla tenuit Vincent. de Franch. & ita determinatum decis. 406. in fine, & plures decisum restatur Gizzarelli. decis. 5. in fin. Ratta cons. 18. qui in indice argumentorum eiusdem decisionis ita iudicatum refert.

Respondeatur ad adducta pro contraria opinio- ne.

Et primò ad doctrinam Bart. ibi, præfensor do- minus, qui habet ius in re, & re vera est limita- tio in locatione ad longum tempus, ex quo ius in re constitutus, ut ex emphyteusi de qua per Ann. in d. cons. 77. num. 8. Gizzarelli. decis. 6. n. 20. & in hoc calu loquuntur Ruter. in dicto, cons. paulo inferioris vers. socii est in casu d. l. ne cui.

Ad hanc in cap. ad arri. respondet, tunc effo- 6. præferendum virtute d. cap. cum steriles, terram ad culturam reduxit, & est alia. limitatio ad l. ne cui, de qua per Ann. lard. in d. cons. num. 29.

7. Et tandem ad tek. in l. congratis, id esse specia- le in prædiis fiscalibus, Præfecte Etanch. in d. d. d. num. 7. & Anna in d. cons. 77. n. 2. & diffusè opti- mis medijs fundat Gizzarelli. dicta decis. 5. & in finitibus in materia tempore C. locat. non sunt equi parati fiscus, & Ecclesia. Bartoli. in l. filio- familias q. fin. num. 40. in fine. vers. seque. obstat arguentum Romani, & latius respondeat Rater. præcis. consilio.

A R G U M E N T U M.

Agitur de divisione communis fundi, & an in- licitatione unius partis ad instantiam credi- toris præferantur cohæredes, compoffiden- tes extraneo. empori, etiam post perfectam venditionem.

SUM.

S U M M A R I U M.

- 1 Communis ager à fisco tantum vendi potest.
- 2 In communionem, vel societatem nemo cogitur invitatus possidere.
- 3 Communis fundus si commoda divisione recipiat, partes eius singulis adiudicantur.
- 4 Communis ager si inter socios aquis partibus dividii non potest, unius adiudicatur prævia affermatione, qui ceteris solvit pretium pro parte excedente, quod ad se pro sua rata spectat.
- 5 Communis domus, vel aliud, quod nullam patitur divisionem, etiam vni adjudicandum est, qui alterius ad pretium condamnatur.
- 6 Fratres præferuntur creditori in licitatione.
- 7 Item socius pro eodem pretio.
- 8 Item duo vni præferuntur ex consocijs.
- 9 Rigor scripto non præferuntur aequitas non scripta.

D E C I S I O C X.

- Q**uemvis ab alio, quam à fisco communis ager vendi non liceat, *i. prima*, & *secunda* *C. de communis, rer. alien.* attamen nemo in communione, vel societatem compellitur invitatus detineri *i. f. C. communis. divid.* si enim fundus commoda divisionem recipiat, partes eius singulis ad iudicari debent *§. pen. Inst. de offic. iudic.* si vero inter socios regionibus ager dividi non potest a estimacione iusta facta vni sociorum adiudicatur, compensatio pretij invicem facta, eoquè, cui res majoris obvenit, ceteris condemnato *i. ad officium §. cum autem C. communis. divid. d. §. penal. Inst. de offic. ind. ix. 2. par.* si autem domus sit, vel aliud, quod dividii nullo modo potest, tuuc totum vni adjudicandum est, & is alterius ad pretium condemnandus est *d. §. pen. ix. f.* prævia tamen licitatione, quod si æquale pretium omnes offerant, is obtinebit, qui majorem possidet partem *i. Sanctiss. §. ne auctem communione C. de donat. Cap. dec. 36. ix. princip.*
- 5** ex quibus per *M. C.* fuit approbatum decretum Curia Civitatis Hostuni, per quod præcepérat cohæredibus, quod solvant pretium-partis nolenti in communione manere, vel relaxent domum soluto prelio portionum ad eos spectantium in banca Lanzette in causa Martinelli Staniscis sub die 26. Martij 1607. & aliis urgentibus creditoriib. vnius ex hæredibus fuit *M. C.* injunctum cohæredibus, quod infra certum tempus faciant depositum pretij pro tertia parte domus, que erat indivisibilis, ad debitorem spectante, alias prædebitur super distractione, & in eorum contumaciam licitata extraneus emptor admissus fuit, verum possessione capta duo ex tribus fratribus, quorum erat domus communis pretium tertias partis deposuerunt, ipsosque præferri instabant.
- 6** Primo, quia fratres per *tex.* *in i. prima §. de priuile. credit.* & latè per *Brun.* *in tract. de cess. bon.* *qua. 24. principali*, ubi quod præferatur creditori in licitatione.
- 7** Secundò, quia pro eodem pretio præfertur soei Bald. *in d. l. multum interff. de com. rer. alien. n. 3. vers. nam si illo usq. Guid. Pap. sing. 780.*
- 8** Tertiò; quia ipsi, cum sint duo, præferri debent, sicuti præferrentur cohæredi, à quo hic vendens causam habet, ex dictis per *Capyc. d. dec. 36. d. sum. 3.*
- Quibus replicabatur pro parte emptoris, quod prædicta vendicant sibi locum ante solutionem pretij in ipsa licitatione, non autem post perfec-

Etiam venditionem soluto pretio *i. 4. C. de communis.* **9** rer. alien. & huic scripto rigori non esse præferendam sequitatem non scriptam *i. placuio C. de iudic.* verum quia non fuit denunciatum competentibus, vt ex processu, hoc non obstat. Et ex his per *S. C.* me referente fuerunt admissi fratres, & iudicatum, quod restituatur possessio dictis fratribus, stante deposito, in causa Jo: Aurelij, & Jo. Dominici Vitalis cum Francisco Antonio de Fusco, processos in *M. C.* est in banca Russi creditorum Jo. Baptista Vitalis.

A R G U M E N T U M.

Creditor in pecunia numerata, quando teneatur accipere à debitore, vel eius hæredibus tot bona stabilia, & de materia auth. hoc nisi *C. de solutionibus.* Agnatus hæres, qui potest uti iure prælationis, an possit ad instantiam creditorum antè tempus compelli ad declarandum, si intendit uti dicto privilegio, & terminus anni datus à iure an possit à Judice coarctari?

S V M M A R I P M.

- 1 Remedium, qua dantur creditoribus, quando subbaſantur bona debitoris, & non reperitur pretium per *S. C. arbitratum.*
- 2 Bona fonsoluta tradiri non possunt creditoribus, quando per debitorem expresse renunciatum fuit auth. hoc nisi *C. de solutionibus.*
- 3 Au babet locum auth. prædicta in herede cum benef. leg. invicem.
- 4 Renunciatio auth. hoc nisi, ad hoc, ut operetur, quo regnirantur, & in quibus casibus locum babetur.
- 5 Creditor potest licitari, ut quilibet alius.
- 6 Jusnum dicitur pretium, quod quis habieurus est sine deceptione.
- 7 Res tantum valit, quantum communiter vendi potest.
- 8 Jusnum affimatur pretium oblatum, præcedentibus præceptis, quod melioreus procurent oblationem, quando maior non fuit producita oblationem.
- 9 Pretium tripliciter consideratur, nimisimum infinitum, supremum, & medium.
- 10 Hæres agnatus, cui competit prælatio, an compelli possit, ut declarat, si intendit uti iure prælationis, & an possit coarctari terminus anni datus à jure, & nunc. 14.
- 11 Judex ex causa potest breviare terminum, quando dilatio legalis conceditur absque ministerio Judicis.
- 12 Agnatus præfertur in venditione fundi pro aquili pretio, quod ab aliis offertur.
- 13 Actio prælationis incipit oriri post factam venditionem.
- 14 Agnatus declarans nolle emere ante tempus à iure concessum, adhuc sequuta deinde venditione, poterit redire ad ius renunciatum, & n. 16.
- 15 Prohibitus vendere, nisi Titio, facta requisitione dicto Titio, illo declarante nolle emere, & facta alteri venditione non potest emptor inquietari à prædicto Titio.
- 16 Decisa.

D E C I S I O C XI.

- 1 **S**Vbhasta ad instantiam plurimorum creditoris, cum Civitate Casuarum, non reperto prelio

5. Cito per S. G. arbitrazo fuit dubitatum de remedio, pro satisfaciendis creditoribus glos. in l. & Divo Pio. & si pignora in verbo addicatur ff. de re iud. quadruplicem viam creditoris esse ait duas alias addit. Musc. in sua praxi par. 3. glos. adiudicantur à x. 6. vers. id quod per se est, ex quibus nulla in casu nostro practicari potest praesertim adiudicatio, stante renunciatione auth. hoc nisi debitor C. de solutio-
nibus juxta decis. Collateral. quam refert D. de Franch. decif. 18. & D. Rovit. com. 18. qui fundant, & decisum referunt, stante renunciatione praedicta, & pacto solutionis in pecunia numerata, non esse locum adjudicationi, (quamvis contrarium teneat Philippus Pascal. in tract. de patria potest. par. 2. cap. 9. num. 80. fol. ushi 347.) quod etiam in calu, de quo agitur, cessat impossibilitate facti, cum Civitas Casertarum sit individua, & creditores plutes, quod etiam procedit in haerede debitoris. cum benef. l. & inv. amplum patrimonium habente, D. Vinc. de Franch. dec. 83. & Gazzarelli. dec. 7. de quibus meminit, & eas exornat Novar. in tract. de datione insolent. dec. 20. ubi de dec. D. de Franch. & dec. 21. ubi de dec. Gazzarelli. si vero patrimo- nium non est amplum, tunc in beneficium, & ad libitum creditorum, haereditaria bona traduntur, & ipse haeres in benef. legis, & inv. ad aliud non tenetur Novar. præcit. tract. dec. 19.
 4. Quæ vero requirantur ad hoc, ut renunciatio praedictæ auth. hoc nisi operetur, & in quibus casibus locum habeat, habes per Josephum Ludovic. par. 2. dec. 64. & super ea Novar. d. tract. decif. 3.
 5. Per licitationem igitur succurrendum erit, pos- test enim creditor licitari, ut quilibet alius, ut l. 3. C. si in causa iud. pign. glos. in d. & si pignora. vers. ter- tiæ, quia potest licitari.
 Et deveniendo ad casum, de quo agitur, repe- ritur emptor, qui obtulit pretium, non tamen iuxta appretium declaratum per S. C. sed paup. minoris, quam oblationem non esse recipiendam cre- ditores instabant, tanquam non ad iustum ascen- dentem pretium.
 6. Sed non per hoc, iustum non esse pretium, dici potest, iustum enim dicitur pretium, quod quis habiturus est sine deceptione, Add. ad tract. Marc. Mantue de iur. probatoris foliis ibi 100. Ater. n. 26.
 7. quoniam res tantum valet, quantum communiter vendi potest, l. pretia rerum ff. ad l. falc. glos. in d. l. pretia rerum in verbo fungantur, & glos. in cap. cum causa il. 2. in verbo ad alium in fine, ubi Abb. num. 3. de seft. & atft.
 8. Post subhastaciones, & plura præcepta, quod meliorem procurent oblationem, creditores, alia maior oblatio non fuit producta, ex quo verifica- tur, hoc pretium iustum estimari, nec obstat arbitriu. Sac. Conf. per quod non taxativè hoc pre- tium iudicatum fuit, sed quanti pretii reperi ci pos- test l. f. seruum 33. ff. ad l. aquil. Fulvius Lanar. ad repetitiones feudal. Regen. Lanstii f. sed & res. per quos fiat in veff. n. 65. sed ad hoc, ut empores deli- berare possent super pretio offerendo.
 9. Insuper pretium habet latitudinem, nam pre- tium est triplex, primum dicitur infimum, alterum dicitur supremum, & tertium dicitur medium, nempe inter summum, & infimum, attenta etiam pecuniarum penuria, paucitate emptorum, quod consideraverunt DD. prout per Molfes. in sua summa par. 2. tract. 12. cap. 5. n. 63. & seq. & di- versitate estimationum, et enim fuit dicta Civi- tas appretiata, primo à tabulariis, secundo ab hu- ius Civitatis Primario, tertio & S. C. non tamen tem- perant.

10. Creditores asseruerunt majorem oblationem non fieri ob prælationem, quæ competit haeredi agnato; ded instabant, quod competitur haeres declarare, si intendit uti iure prælationis, coacta, si petebant term. num anni datum à iure, ut in §. Titius, se de feudo consentio sit inter dona. & vas- salt. id fundabant ex decis. S. C. relata per D. Vinc. de Franch. 588. in qua fuit recepta opinio Bart. & glos. quod ex causa possit coactari terminus con- tra communem opinionem, de qua per Dm. quæ forsitan tuicet videtur, cum sit conformis iuri com- munis.

Et dato pro vera opinione Bart. & glos. per S. C. approbata, adhuc restrictioni temporis non erit locus, cum nulla adsit iusta causa, quæ fuit con- siderata à Bart. & S. C. tunc enim legalis dilatio po- test breviari, cum iusta concurredit causa, & quando dilatio legalis conceditur ministerio. Judicis Afflict. in Constat. exceptiones lib. 2. de except. dile- toriis num. 17. vers. mox obflat, quod dilatio legalis.

Nec currit annus, nisi post perfectam vendi- tionem, quia actio, & tempus agnati incipit cur- zere post perfectam venditionem, ut post annos fun- dat Theodor. alleg. 92. n. 18. & in individua, quod ad instantiam agnati, violentis vendere non te- neatur agnatus declarare, si velit emere, vel ne- tenent in puncto Pistor. adducens ad hoc Specu- lat. in tit. de empbyt. & musc. aliqua n. 123. & hoc maxima cum ratione, quia ius, quod à iure re- peritur concessum agnato, non potest ob eo au- ferri sine manesta iuris dispensatione, ut bene di- scurrat Pistor. ibi num. 62. usque ad 63. respondens contrariis.

Insuper impossibilis est in casu, de quo agitur, petitia declaratio, nam juxta communem Doctorum sententiam, praefertur agnatus pro codem 12. pretio, quod ab aliis offertur, Andria s. & res, per quos fiat investitura, dicit, hunc agnatum praefecti extraneo in emendo, dummodo velit dare de pretio tantum, quantum extraneus, idem Corbul. senet de iure empbyt. quaff. 2. ob alienationem in requisito domino. num. 2. cuius verba sunt, ex quo notant Bald. Alvar. & Cardinatis. Alex. quod agna- tus, qui causis praefozur in venditione feudi, de- bet dare id pretium, quod ab aliis offertur. Dom. de Ponte decif. 11. ex communi Doctorum scho- la refert, quod in feudi, dum sit ipsorum aliena- tio cum domini assensi, agnatus praefertur in ve- ditione extraneo facienda, offrendo pretium, quod ad extraneo emptore inventum erit, Afflict. in d. f. sed & i. i. res, ibi, agnatus paratus est essere, & vult tantum dare, quantum extraneus, Alva- rot. in d. f. sed & res num. 3. Jacobinus in ver. censu pacto il 2. num. 38. & 39. Curtius, Jalon. B. & Zaf. Præpositus, & caeteri, quos refert, & sequitur Scra- derius de feudi. tom. 1. par. & cap. 7. n. 6. & 7. & ne- dnm æquale circa quantitatem, id. circa tempus, modis solutionis, & tantas, & circa omnes circum- stantias appositas in oblatione extranei, sic bene Rolental. post inumeros, quos allegat som. 1. cap. q. membro 2. concl. 9. fol. mili 879. n. 3. in additione tit. D. incip. probat tex. quod etiam fundatum fuit in precedentibus decisionibus: subhastationes enim non sequuta non potest dari pretium, quod ab alio offertur, & sic præcedere debet subhastatio; actio enim prælationis, incipit oriri post factam venditionem, cognito pretio, modo solutionis, clau- fulis instrumenti, & circumstantiis, ex quibus de- liberare possit agnatus, an velit preferri.

Nec

Nec obstat decisio relata per Praef. de Franch. *decis. 588.* quia loquitur de vicino retrahente vi-
gore consuetudinis, qui certus erat de pretio, &
habebat promptam pecuniam, & erat res parvi
momenti, & ad fundamenta, de quibus per Fulv.
Lanar. in additionibus ad repetitiones feudales
Regentis Lanarii s. sed & res, per quos fiat iu-
stitia, & per Dom. Reg. Tap. *decis. S.C. 57.* qui ad
declarationem S.C. recurrentum esse, ut sciatur
justum pretium, tenuerunt, iuxta quod delibera-
re poterit agnatos, an velit retrahere, & sic poter-
it ad praedictam declarationem cogi, stante ap-
petito per Sac. Cons. respondetur ex dictis per
eundem Fulv. *num. 64. ver. non ex his per viam in-*
directam, id esse dispositum in favorem agnati
emporis ad evitandum iniustum pretium, quando
esset oblatum supra veram estimationem ob ali-
quam emulacionem, affectionem, vel invidiam, &
ita intelligenda est *decisio* Sac. Cons. 57. ut adver-
tit Dom. Carolus Tap. ibi *num. 23. ver. praterea*
dicebatur, neminem contradicere conclusio, quod
consideravit Bal. in d. s. porr. Praepositus, & alii
per Scader. de feud. sive. 1. par. 8. cap. 7. n. 73. Bor-
telli. tons. 1. cap. 9. membre 2. concl. 9. fol. mihi 879.
num. 3. in additione lit. D. incipiente probat tex-
quod cessat in casu, de quo agitur, cum post plura
præcepta, quod procurent meliorem oblationem
præsentata fuit sine fraude oblatio.

14. Et quamvis declarasset, quod nolle emere, ad-
huc sequuta deinde venditione poterit redire ad
ius renunciatum, & petere prælationem, ex quo
quando tenuit, nesciebat pretium ab extraneo ob-
latum. *Tiraquell. de retract. ligas. 6. 1. glof. 9. n. 146.*
vers. num. quod supra dictum est, trahit optimè Pi-
stor. lib. 2. quaest. 12. num. 61. distinguens inter pro-
hibitum vendere, nisi Titio, & tunc facta requisi-
tione Titio, & illo declarante nolle emere, sit ven-
*ditio alteri, & amplius non potest inquietari em-*ptor à Titio, sic Bar. in l. qui Roma s. cobares ff. de*
verb. oblig. ubi Imol. Aret. Soc. & alii, secus autem
quando vendor liberis habet habendas rem suam
vendendi cuilibet, nam tunc licet requirat agna-
tam, & ille dicat nolle emere, si talis requisitio,
nec emptore, quia declaratio personæ emptoris est
intempestiva, poterit deinde petere prælationem
Hartm. Pistor. d. quaest. 12. num. 61. ver. venit mihi,
ibi, sive pretii, & emptoris desiguatione, & deinde,
sed etiam qualitatem emptoris, cum ea possit esse
emptoris conditio, ut agnatus aliquin non reden-
peratur, tamquam vel maximè propter talen. empo-
*rem redimeret.**

15. Hinc ex supra allegatis cum remansisset ad ex-
tinctum candelæ dicta Civitas Casertarum Illust.
Duci Castri pro pretio ducatorum centum nona-
ginta quatuor millium, comparente deinde illi.
Ducissa Sermonetæ tanquam proximior agnata
prælationem petente pro eodem pretio, me Com-
missario fuit decisum in S.C. quod præferatur di-
cta illi. Ducissa pro pretio oblatu cum eisdem con-
ditionibus, & qualitatibus in dicta oblatione con-
tentis die 10. Februarii 1699. in Banca Simeonis
pro Felice.

ARGUMENTVM.

Quæ probatio sufficiat pecuniam ad conserva-
tionem rei, puta triremes fabricandas, vel
reficiendas mutuo danti, ut is tanquam po-
tior præferatur creditoribus anterioribus in

stipendio solvendo Praefecto triremis jux-
ta disposit. sex. in l. interdum, & seq. ff. qui
pot. Et an hic potior dicatur etiam quoad
interesse. Tertio facta cessione nominis de-
bitoris, iusta causa præcedente, an dicatur
translatum dominium.

S U M M A R I V M.

- 1 Creditor, qui ad rem conservandam credidit, quo-
modo probare debet ad hoc, ut potior dicatur
impensum fuisse, quod credidit, & n. 3. 4. & de-
ciso n. 7.
- 2 Creditor, qui dedit pecuniam ad conservandam
rem, si ultra necessitatem conservationis aliquid
superest in eo pluri non erit potior.
- 3 Pecuniam fuisse versata in beneficium Ecclesie,
sive Civitatis præsumptionibus, & conjecturis
probari posset.
- 4 Probandi onus incumbit dicenti, universam pe-
cuniem nonnatam non fuisse in refectione
conversare.
- 5 Pecunia soluta Duci, vel Capitanco triremis
tempore, quo triremes indigebant impensis, quod
operetur.
- 6 Creditor, qui pecuniam ad conservandam rem de-
dit, an sit potior quoad interesse.
- 7 Dominium sicut in rebus corporalibus sequata
traditione transfertur, ita in rebus incorpo-
ralibus, & nominibus debitorum, infra se adfuerit
causa, per cessionem transfertur.
- 8 Creditor, qui pecuniam ad conservandam rem de-
dit, an sit potior quoad interesse.
- 9 Creditor, qui pecuniam ad conservandam rem de-
dit, an sit potior quoad interesse.
- 10 Cessio, quando in ea intervenit infirmum pretium, ex
loco emptionis, & venditionis.

D E C I S I O C XII.

- 1 **A**d primum videbatur dicendum, pecuniam
impensam fuisse in rem conservandam, esse
plene probandum, cum sit fundamentum intentionis, l. ador C. de probat. cum concordantibus ad-
ductis per Joseph Ludovic. *decis. Perus. 15. num.*
1. idem enim posterior est priore, quia in
rem conservandam impensum est, quod credidit,
d. l. interdicti ff. qui pot. in pign. hab. & requiritur,
quod dicta pecunia fuerit necessaria pro dicta re-
fectione, lecūs autem in eo pluri, quod fuisse
mutuatum ultra dictam necessitatem, ut ut in l.
fin. ff. de exercit. action. Rip. in l. fin. ventri s. Divus
ff. de privil. creditor. Jaf. in l. creditor numero 3. ver.
sortiā limita. istam legem ff. si cert. petat. Negulant:
in tract. de pignor. 2. membr. 5. par. num. 18. ver.
quart. restringe dictam fallentiam.
- 2 Præsumptionibus, & conjecturis probari pos-
se, ex Menoch. de arbitrar. cas. 432. num. 33. ver.
dubitari autem quandoque hic contingit, ubi ce-
net, pecuniam fuisse versata in Civitatis, vel Ec-
clesie utilitatem, præsumptionibus, & conjecturis
probari posse ex omnium DD. existimatione,
Mascard. in tract. de probation. concl. 1166. in prin-
cip. Io. Paul. Montan. in prag. 2. de administ. Uni-
ver. num. 129. Castill. *decis. 205.*
- 3 Et est tex. expressus in l. fin. ff. de exercit. action.
per quem tex. Mascar. præcitat loco num. 8. ver.
si item non habet specificum mandatum, tenet, sat
esse, quod tempore mutui navis indigebat repar-
atione, licet aliter non doceat de reparacione, navis
dummodi in refectionem dederit, atque ei, qui in
id præpositus erat eo in loco, ubi res erant, quæ
comparari poterant, & debebant ad reparacionem,
ratio.

rationem afferentam si tanta diligentia desideraretur in hoc navis casu, quanta in ceteris, nullus reparetur; qui in navim reficiebat mutuo pecuniam dare vellit, quod incideret in magnum periculum, & commoditas maris deperiret. Idcirco ad hoc tollendum Sacrum Consilium voluit, quod satis esset probare, quod tunc necessitas imminebat ut ait Angel. in d. si verò quis post num. 19. vers. in hac opinione fuit, Azo in auth. de alien. & enz. phys. Montan. præcit. loc. n. 125. & 128. vers. maxime si tempore contradicuntur.

Vnde qui dicit, pecuniam totam mutuatam, non suffit in refectionem convertam, habet ipse probare per d. l. final. vers. etenim non oportet per quem tex. Rip. in d. l. si ventri s. Divus p. 4. vers. & nota quod is ff. de privileg. credit. ita tenet.

6 Et quando pecunia fuit soluta Duci, seu Capitaneo triremum tempore, quo triremes indigebant impensis, in eam causam, sufficiens probatio est, in illam causam suffit conversam, & dominus tenetur, arg. l. prima s. mutuum ff. de exercit. actio. Aret. in s. si igitur. Inst. quod cum eo num. 6. vers. secundus casus est. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 55. n. 5. vers. prima est coniectura, Malcard. præcit. loc. n. 1.

7 Quibus præsumptionibus, & coniecturis concurrentibus, per Sacrum Consilium iunctis Aulis sub die 27. Octobris 1621. in causa inter heredes Cittarelli, & Rinaldi contra creditores Jo: Vincentii, & Marcelli Caraccioli fuerunt declarati creditores potiores heredes Cittarelli, & Rinaldi super stipendio dictis de Caracciolo debito per Regiam Curiam pro gubernio triremum, in quam causam pecunia fuit mutuata, in banca de Simeone.

8 Quoad secundum diffusè ad partes examinat questionem Dom. de Ponte decis. 34. n. 20. & fundat dispositionem l. licet. & legis interdum extendi etiam ad interesse, Sacrum Consilium reservavit deliberationem.

9 Quoad tertium, certum est, quod sicuti in rebus corporalibus, precedente iusta causa sequuta traditione dominium transfertur, l. nonquam nulla ff. de acquir. rer. domiu. s. per traditionem. Inst. de rer. divisi. ita etiam in nominibus debitorum, & incorporalibus iusta si adfuerit causa per cessionem transfertur dominium, nam ib. cesso habetur loco traditionis, & idem operatur cesso incorpalium quod traditio in corporalibus, g. l. in l. final. s. in verb. portionibus ff. de donat. & in l. secunda C. de action. & obligaz. ubi Bart. & DD. Bart. in l. is. cui s. final offut in in poss. leg. Cast. in par. diversas num. 9. & 10. C. mandat. & in l. s. vir uxori num. 2. ff. de acquir. poss. Alex. in l. xx. legato in princip. C. de legib. Bald. conf. 341. Signor. conf. 21. factum sic se habeb. n. 6. Alex. conf. 122. num. 10. vol. 7. Fulgol. conf. 217. in fine, viso exemplo, Dec. conf. 446. num. 5. Natt. latè in conf. 392. num. 24. lib. secundo; ubi plures cumulant, imò per cessionem iurium transfertur etiam possessio, Bald. conf. 436. quidam creditor lib. 3. Natta d. conf. n. 5. & 40. Corn. conf. 96. n. 2. & conf. 106. n. 1. lib. 1. cedere enim est quasi decedere, & alium loco sui ponere, Natt. d. conf. n. 24. idemque est in incorporalibus dicere, cedo, quod do, Bart. in l. Seca ff. de donat. sans. more. & in l. prim. C. de actio. & oblig. cedere, & tradere paria sunt, Bart. in l. La. beo in ff. de pac. atque èo maximè prædicta proposito cedunt, quando in cessione intervenit iustum pretium; nam tunc est loco emptionis, & venditionis, latè Roman conf. 86. viso questionis thessate,

dum enim cesso fit creditori, loco solutionis transfertur ita dominium, sicut per emptionem, & creditor dicitur possidere pro soluto, ff. & C. pro solo.

ARGUMENTUM.

Locans operas Rationali oro scribendis libris super salario pervento eidem Rationali ex dicto opere, præfertur creditoribus hypothecariis etiam anterioribus.

S U M M A R I U M.

- 1 Ex emolumentis, & salariis ante omnia deducenda sunt expensa pro ipsa mercede consequenda, fructus enim non dicuntur, nisi deductis expensis.
- 2 Labores, & servitia pro rei recuperatione, & defensione sunt eidem rei annexa, ac coherentia.
- 3 Expensa, & salario famulorum deducenda sunt à fructibus.
- 4 Pro salario famulis debito datur prælatio omnibus aliis creditoribus etiam anterioribus, & hypothecariis, quando pecunia pervenit ex eodem negotio, pro quo debetur salariu, veluti in salario debito institutoribus, & dec. n. 6.
- 5 Laboratores pro mercede, & alimentarius pro alienatis habent hypothecam tacitam privilegiam, & præferuntur aliis anterioribus expressam habentibus hypothecam in pecunia pervenientem ex eodem labore.

DECISIO CXIII.

Joseph Faiella operas suas locavit Jo. Vincentio Rocco Rationali U. Principis Hostiliani ad scribendos libros rationum Status, & patrimoni illi. Punc p. s., cui ipmet Rationalis promisit solvere.

Super deposito per illi. Principem facto, salario Rationalis, petiū uxoris dicti Jo: Vincentii factis, pro dotibus, tanquam creditrix hypothecaria anterior, replicabat Joseph esse præferendum pro eo, quod sibi debebatur ratione laboris super pecunia perventa ex prædicto opere.

- 1 Primo, quia ex istis emolumentis, & salariis ante omnia sunt deducenda expensa pro ipsa mercede consequenda; fructus enim non dicuntur, nisi deductis expensis, est ex. ad literam in l. fundus, qui dicit ff. famil. eroic. l. impendio s. divortio, & l. fructus ff. scilicet. matrim. Bart. conf. 186. Avendan. resp. s. num. 3. Menoch. de recuper. poss. remod. 1. g. n. 574. Gaspar. Thes. lib. 2. quaest. forens. 29. sub n. 2.

Hinc etiam dicit Grat. discop. forens. lib. 2. cap. 257. n. 27. quia labores, & servitia pro rei recuperatione, & defensione esse eidem rei adeò annexa, ac coherentia, ut tantò minus in illa esse videatur quantum pro dicto salario, & mercede solvendum sit. Bart. in l. quod dicitur ff. de impens. in reb. dos. fact. Aff. decis. 359. num. 1. & 2. & in specie, quod

- 3 sint reducenda expensae, & salario famulorum est tex. in cap. præsenti s. porrè, de offic. ordinari. lib. 6 quem adhuc propositum, adducit Tiraquelli. de ueroque retract. s. 15. glo. 1. n. 7. ubi etiam quasplurima similia adducuntur.

Vnde tantò minus debet consequi ab illi. Principi Hostiliani, quantum importat salariu, & servitium ipsius Josephi, & sic abest ab hereditate Joannis Vincentii.

Secundò, quia etiam pro salario famulis debito datur præatio omnibus alijs creditoribus etiam anterioribus, & hypothecariis, ut post Decian. cons. 108. vol. 2. nn. 23. & Sebast. Montic. in 5. item servitia nnn. 38. Instit. de actian. tenuit, & multij rationibus probavit Felician. de censib. lib. 3. ad cap. 5. in 2. cons. nnn. 12. vers. præterea observan- dum est, quod optimis mediis fundat, quam opinionem quamvis impugnet Amator. Rodriq. in tract. de privileg. creditor. per. prima art. 3. nnn. 26. vers. omni quibus ita præsupponit; tamen opinionem indistinctè an mitis, quando res peruenit ex eodem negotio, pro quo debetur salariū, veluti, in salario debito institutoribus, cum in eis potior illa priuilegij causa consideretur, quam constituit Jurisconsultus in Lipsiā, & l. sequ. ff. qui pos. in pign.

5 Sic etiam laboratores pro mercede, & alimen- tarius pro alimentis habent hypothecam tacitam prærogatiā, & præferuntur alijs anterioribus expressam hypothecam habentibus, ita post Negul. Natt. Menoch. Roman. Gigan. Rot. & alios tradit Borgain. Cavalc. dec. 23. n. 31. lib. 1. & decisi. 5. n. 9. & 18. lib. 1. sequitur Carocc. de locat. & con- duci. par. 5. tit. de cessione qnab. 5. nn. 4.

6 Sub die 3. Novembris 1623. fuit iudicatum, esse præferendum Josephum Faiellam, & de pecunia perventa ab Ill. Principe Hostiliani fuerunt ei liberati ducati ducentum promissi pro suis labo ribus per Ioannem Vincentium Roçcum in banca de Vivo pro Felice.

ARGUMENTVM.

Creditor emphyteuta an admittatur ad purgandam moram canonis non soluti post sententiam devolutionis, & ejus exequutionem,

SYM MARI V M.

- 1 Creditor emphyteuta potest purgare moram emphyteutæ pro conservatione sui iuris.
- 2 Mora purgatio quando admittatur.
- 3 Mora purgatio non admittitur exequentia senten- tia devolutionis.
- 4 Sicut posse exequitionem non admittitur emphy- teutæ ad purgationem mora, ita nec ejus credi- tor, cum ex eius persona non mutetur obligatio- nis conditio l. 2. s. ex his ff. de verbor. oblig.
- 5 Emphyteutica re devoluta, ius creditoris evane- scit.
- 6 Devolutionis sententia præjudicat etiam credito- ribus hypothecariis.
- 7 Creditor emphyteuta an sit restituendus ex clau- sula generali adversus exequitionem senten- tia devolutionis, & n. 9.
- 8 Restitutio non datur adversus panavis conventio- nalem pro firmiori robore contractus à contrac- tibus impositam.
- 9 Heres restituitur ex clausula generali adversus lapsus temporis purgandi moram, & quara.
- 10 Pignus quando resolvitur ob privationem posses- sionis à debitore passava.
- 11 Resolutio contractus emphyteutici ob non solutio- nem canonis an dicatur processu ex facto neces- sario, vel voluntario.

3 Creditor emphyteuta potest purgare moram ipsius emphyteutæ pro conservatione sui iuris l. lex vestigali, vbi not. Bart. & DD. & præcipue Ias. in 24. qnab. ff. de pignor. Hippol. ix singul. 368. Corbul. in tract. de iur. emphyt. l. m. j. 7. nn. 5. de causa privat. ob non solute. canon. Giurib. decisi. 91. nn. 6. vers. ceteram si certius ille, qui alios congeit; quando autem admittatur purgatio morae habes per Corbul. præcis. l. m. j. 41. & per Ursull. ad doc. Affl. 174.

3 Verum exequuta sententia devolutionis, sicut non admittitur emphyteuta ad purgandam moram, ita quoque non admittitur creditor, qui ipsius emphyteutæ moram purgare intendit, cum ex eius persona non mutetur obligationis conditio, l. 2. s. ex his de verb. oblig. nam post exequitionem, à lege, sed ab homine non datur purgatio moræ ex dictis per Bart. in l. si insulam numero 19. de verbor. oblig. Roman. cons. 103. m. 4. vers. s. ea exim vera jus conclusio.

5 Pro quo facit, quia pervaenta re emphyteuti- caria ad dominum vigore sententia devolutionis, ius creditoris evanescit d. l. lex vestigali, Guid. Pap. quanab. 575. Cavalc. disp. 49. nn. 41. vol. 2. per quem ex l. vestigali Bald. in l. 2. vers. in hoc quoniam n. 42. C. de resolud. vendit. contra Bart. tenuit, quod si res vendita restituta fuit mediante iudicio, & ex necessitate judicij, quod tunc resoluto iure debitoris pignorantis resolvatur ius acceptoris, quam opinionem sequuntur DD. relati per Negus. in tract. de pignor. in 1. memb. quinta partis n. 43. ver. sed, Bald. in d. l. 2. & sententia devolutionis præ- 6 judicat etiam creditoribus hypothecariis Borgn. Cavalc. disp. 30. nn. 5. vol. 2. & quod privatio ob devolutionem sit ex facto necessario non volun- tario, fundabimus infra n. 12. & 13.

7 Erit tamen creditor restituendus in potestate purgandi moram ex clausula generali si qua mihi iusta causa, quia de jure quilibet, qui incurrit in privationem alicuius juris per non implemen- tum, semper ex capite præsumptæ ignorantiae re- stituitur ex dicta clausula generali, vt not. glos. & DD. in l. 2. in fin. C. de iur. emphyt. & tenuit Alex. in cons. 45. vol. 5. num. 4. vers. saltem debeat restitui ad p. t. statim implendi, & ita sub die 26. Octobris 1587. fuit iudicatum per S.C. ad instantiam Vincentii Quinque creditoris emphyteutæ, & dictum, quod siceat dicto Vincentio creditor. purgare moram ipsius emphyteutæ ad finem evi- tandi caducitatem, in quam dictus emphyteuta erat incursum; dum tamē solvat census decur- sos, & debitos per ipsum emphyteutam, dem- ptis pensionibus per ipsos perceptis, & ca- veat de solvendo in futurum, vt in processu inter Vincentium Quinque, & Monasterium Sancti Martini, & dominos de Alexandro in banca de Ciosso quamvis præcedentibus tribus decretis, quod solvat infra certum tempus census decursos, alijs, &c. fuerit lata sententia devolutionis sub die ultimo Martij 1582. cum clausula, quod si infra mensem solverit census decursos, non man- detur exequitioni, & caplo mense, fuit exequita, & tradita possessio dominis directis, ut in pro- cessu inter Monasterium Sancti Martini, & Mer- curium de Alexandro cum Andrea Genzino in eadem Banca.

8 Quæ tamen restitutio non competit, nisi in subsídium, quando scilicet debitor non esset sol- vendo

vendo, sicut dicitur in herede infante, & pupillo, ut not. post Sforz. Odd. & alios Corbul. vbi supra amplias. 29. num. 15.

9 Et si magna sit authoritas rei judicatae, adhuc dubito de predicta restitutione, quam denegandum esse, quando utile dominium consolidatum est cum directo, tenuerunt Cavalc. d. dec. 29. n. 51. vol. 2. Mastrill dicta decis. 154. & latissime contracta res respondens Giurb. dec. 91. num. 7. vers. cum que vera hac fin.

10 Nec competit restitutio adversus poenam conventionalem pro fieriori labore contractus ab ipso emphyteuta impositam, ut voluit glos. in l. si cum militaribus in verb. distracteremus C. de restitu. milit. quam glos. sequuntur DD. relati à Francisco de Cald. in repet. l. si curatorem habens C. de in inscr. restit. in verb. sua facilitate n. 93. tunc enim daretur restitutio, quatenus essemus in herede, & poena, non esset incepta à defuncto, in 11 cuius personam concessio inesse dicitur cum in contractu emphyteutico plures insint concessiones, altera recipiens personam defuncti, quam illius morte fuisse extinctam certi juris est, altera vero heredis personam, seu filij respi- ciens, quare si canonem personuere cessavit filius, restitui debet ex clausula generali, si maior est, si vero minor est, ex capite minoris etatis, quia eo casu non nictur paterno contractu, sed magis propria ex his, quae traduntur per DD. varijs in locis, afferentes in emphyteuticos contractus duplum dari concessionem, alteram patrem, alteram filios intuentem, ut per Felia. in cons. 24. post num. 20. tradit Cornelius cons. 74. lib. 1. lit. F. Aegid. Boss. in trad. de Principe num. 311. & alij relati per Franciscum de Cald. in d. verb. sua facilitate num. 92. vers. qua circa alter responderi posse, & ita loquuntur iura adducta per Alex. in d. cons. 45. secus vero quando petit restitutio aduersus poenam, in qua ipse emphyteuta incidit d. 2.

Insuper Alex. fundat suam conclusionem in theorica vulgata, & communis Bart. in l. 3. §. sed 12 & Marcellus ff. de in diem addicte, quod quando privatio rei sequitur ob factum necessarium possefessoris illius rei, resolvitur pignus absque alia in integr. restit. lecus si ex facto non necessario, sed voluntario, & illud, quod possessor, sive debitor voluntariè non adimpleverit, potuisset adimplere creditor istius; sed illud factum, quod etiā pendeat a voluntate debitoris, non tamen est ordinatum ad 13 rei amissionem, sive commissum, non dicitur factum voluntarium, sed necessarium, ut latè fundat Surd. in dicta dec. 286. num. 11. ex eod. Bart. in l. Dinus num. 2. ff. de aqua. plu. arcend. expresse exemplificando in emphyteuta, ex eo, quod hic non solvere canonem pendeat a mero facto ipsius illud tamen est directo ordinatum, ut res ad dominum directum redeat; sed illud venit in consequentiam, & ex necessitate, & dispositione legis, ad quae faciunt dicta verba Bald. in d. l. 2. n. 17. C. de rescind. vendit. quod resolutio istius contractus emphyteuti ob non solutum canonem non pendeat ex sola illius voluntate, cum res nunquam liberè radicata fuerit penes eum, imò quodammodo. do affecta dispositione legali, quam ibidem sequitur Salye. num. 18. & reaffumit bene Surd. dicta decis. num. 13. unde cum hoc factum, idest non solvere canonem directo non tendat ad devolutio. nem rei, cum illa deinde oriatur in consequentiam ex dispositione legali, dicitur factum necessarium, & non voluntarium, & sic resolvetur pignus in

præjudicium creditoris absque facultate adimplendi factum omnium ab eodem debitore, cum in ne. cessarijs Bart. Alex. & communis theorica hoc non admiserint.

AR G V M E N T V M.

An creditor cum constituto, & precario possit agere contra tertium possessorem non ex cussio principali debitore. Possessio quando dicatur interverti.

S U M M A R I U M.

- 1 Creditor cum constituto, & precario possit agere virtute confitenti contra tertium possessorem non rescisso contractu contra principalem debit. reg. & num. 9.
- 2 Per constitutum in creditorem omnis transferitur possessio, quae erat penes debitorem constitutum se possidere omnia bona, quae obligavit.
- 3 Quam creditoris possessionem intervertet debitor. si rem, quam possidebat in constituto comprehendit, sicut post dictum constitutum alteri alienet, ut tradat.
- 4 Ideoque ad dictam possessionem recuperandam posserit creditor recta via agere conditione ex l. fin. C. de acquirend. possell. etiam nulla facta excusione contra debitorem.
- 5 Creditor à singulari successore poterit recuperare talam interversam possessionem, intentando remedium dicta final. etiam non facta distinctione ex debitu suo fuerit liquidum, vel n.
- 6 Hoc eniū remedium non datur pro quantitate debiti sed pro recuperanda possessione.
- 7 Proinde pactum ingrediendi propria autoritate exerceri poterit in singulari successorem etiam resistenter ac etiam si debitus non fuerit liquidum itemque remedium l. fin. C. de acquirend. possell. & num. 8.
- 8 Poss. illi vietus, qui litem sibi uotans tempore opportuno non denunciavit principali debitori ob propriam causam, eadem sententia aduersus eum deinceps innuiri nequaquam poterit.

D E C I S I O N E C X V .

C Onventus fuit tertius possessor virtute instru. menti venditionis ann. introit. cum constitu. to, & precario iudicio assistentis pro forte principali, & redditibus annuis decurvis virtute pacti rescislorum ob non solutionem tertiarum, qui op. posuit, non posse agi contra possessorum pro sorte, nisi rescisso contractu contra principalem debitorum sed hoc non obstante posso virtute constituti obtinere contra tertium possessorum, non auditio principali debitorum fuit iudicium ea ratione, quia ex co. constituto debitoris constituentis se possidere omnia bonaq; obligavit, transfertur in creditorem omnis possellio, quae erat penes debitorem, l. quod mea 3 in princ. cum concord. ff. de acquir. possell. unde si debitor constituentis post dictum constitutum rem quam possidebat, & in dicto constituto comprehensam alteri alienet, & tradat, dicitur interverte possessionem creditoris, & propter ea etiam nulla facta excusione contra debitorem, potest 4 creditor recta via ad possessionem recuperandam agere conditione ex l. fin. C. de acquir. possell. auth. citates adducit Gail. obser. 27. debitor principalis num. 31. vers. octavè singulariter falt lib. 2. & in tract. de cred. cap. 4. q. 7. num. 916. vbi num. 825 multa ad declarationem cons. & pres. arii hab. eniu. B b 2 s facie

5 facit etiam quis non facta distinctione , an debitu-
cum fuerit liquidatum , vel non , potest creditor
recuperare possessionem adversus singularem suc-
cessorem , intentando remedium d. l. fin. ita Bart.
in repetit. l. creditores C. de pignor. in 4. pri-
ncipali quæst. vers. item dubitatur ; non enim hoc
6 remedium datur pro quantitate debiti, sed pro re-
cuperanda possessione , ita ex his consuluit Alex.
conf. 85. num. 6. & ideo possessor tantum , contra
quem principaliter lis fuit intentata, citandus erit
per glo. in l. de quoque in verb. quos causa ff.
de re iudic.

7 Ex quibus si in instrumento est appositum
constitutum , pactum ingrediendi propria autho-
ritate poterit exerceri in singularem successorem
etiam resistentem , etiam si debitum non sit liqui-
dum ex adductis per Tiraquell. in tract. de iur.
confit. prima par. n. 43. vers. ei autem , quod dixi-
mus , itemque remedium l. fin. C. de acquir. posses-
locum habet , etiam non condemnato , nec liqui-
8 dato debito contra principalem debitorem , & ita
decisum teste Thesaur. dec. 53. in fin. possessor ve-
ro denunciabit tempore opportuno litem hanc sibi
motam , requiringo eum , quod veniat ad susci-
piendam causam in se , & defendantum , si non
denunciabit culpa sua non relevaret eum senten-
tia illa contra authorem suum , Alex. in d. conf. 85.
in fine , & ita iudicatum pluries per Sacrum Con-
silium , eti. D. Rovit. in pragm. 1. de assit. de con-
traria observantia testetur , utrumque igitur ser-
vatum fuit.

ARGUMENTUM.

An creditor possit obtinere in judicio assisten-
tiae super bonis debitoris sui debitoris.

S V M M A R I V M.

- 3 Per confitutum , & precarium transfertur ciui-
lis , & naturalis possessio. Veram fidem num. 5.
- 2 Probationes qua requirantur in indicio assisten-
tiae.
- 3 Confitutus simplex habet maiorem efficaciam , &
virtutem , quam conjunctum cum precario.
- 4 Dua fictiones circa idem non possunt concurrere.
- 5 Fallit , quando fictiones pluralitas ex diversis
origine personis.
- 6 Creditor , cui nomen debitoris est obligatum , qua-
ctione agat remissio.
- 7 Contra nomen debitoris quando fiat exequatio.

D E C I S I O C X V I .

1 **A**ffirmatiuum fundementum est , quia cum
in debitorem sui debitoris per constitutum ,
& precarium sit translata possessio , l. quod meo ff.
de acquir. posses. l. & habet s. eum , qui precario ff.
de precar. sequitur , quod virtute constituti , &
precarij sit eadem possessio translata in creditorem
creditoris , cum his , qui vi constituti possidet , in
alium etiam per constitutum possessionem eiusdem
rei transferre posse , ita consuluerunt DD. relati
per Tiraquell. in tract. de confit. par. 2. ampliar.
22. ex quibus eodem remedio uti poterit tertius ,
in quem constitutarius ius suum translit , & ita
decitum refert Thesaur. dec. 815. in fine vers. cat-
rum nota.

2 Sed his non obstantibus . Contrarium fuit ob-
servatum , quia in iudicio assistentiae probare ne-

cesserit , quod bona , super quibus petitur assi-
stentia , fuerunt in bonis , & de bonis de-
bitoris , qui tenuit , & possidet , Affit. decis.
38. num. 6. & ibidem Vrsil. Pres. de Franch. dic.
101. at, cum per constitutum , & precarium non
nisi civilis tantum possessio translata sit ex dictis
per Tiraquell. in dicto tradit. de iur. confit. in pri-
ma part. num. 4. vers. per hoc autem civilis tantum
Frcc. de liquid. instrum. par. 7. quæst. 3. nu. 6. Ma-
gant. de remed. posses. num. 49. vers. sed ulterius , fru-
stra dici potest in secundum constitutarium natu-
ralem fuisse translatam possessionem , & accuratissi-
mè animadvertisit Natta præcitato conf. 398. num.
33. & sic per testes non poterunt probari extrema ,
cum non sit naturalis possessio penes debitorem
stipulantem , nec instrumenti exhibitio sufficeret
ex dictis per Pancitol. conf. 42. adductam per Ro-
vit. in pragm. assistentia n. 5.

3 Insuper virtute precarij , & constituti per actum
fictum civilis possessio transfertur , & per consti-
tutum simplex civilis , & naturalis Affl. dec. 39.
in fin. ex quodam iuris artificio secundum com-
munem DD. theoreticam in d.l. quod meo , Thesaur.
decis. 38. in princip. Valaf. consult. Lust. 55. nu. 2.
Camer. in repetit. c. Imperiale fol. 9. lit. D. sed pos-
4 fidens per fictum actum , nequit per alium
actum fictum eandem civilem transferre possessio-
nem , vt egregie tradiderunt Bald. in rubr. de cans.
posses. & propriet. vers. sed pone , quod iste bares
vendidit num. 13. Caffan. conf. 59. num. 11. ver.
de civili. Natta conf. 398. nu. 32. Barbat. conf. 8.
num. 37. vers. & adduco Baldum lib. 2. Syluan. conf.
55. n. 20.

Nec autoritates affirmantium faciunt ad cassi,
5 de quo agitur , qui loquuntur in simplici consti-
tutio , per quod & civilis , & naturalis possessio
transfertur.

Nec obstat id , quod consideravit Cravett conf.
892. num. 6. ad quod se se mittit Rovit. in dicta
pragm. assistentia num. 8. dum fictionum plura-
litatem , quando oritur ex diversis personis admit-
ti de iure refert , nam in calu , de quo agitur , in
eadem persona debitoris concurrent duæ fictio-
nes.

6 Qua aetione agat ille creditor , cui nomen debi-
toris fuit obligatum , habes per Negul. in tract.
de pignor. in 2. membr. 2. par. num. 24. & per Hu-
gon. Donell. in tract. de pignor. in cap. an in om-
nibus rebus , qua in bonis sunt , pignoris obligatio,
confitat. vers. quare , & nomen quoque.

6 Et quando exequendum sit nomen debitoris
vigore instrumenti liquidari iuxta ritum Caravit.
rit. 166. num. 66. cum seq.

7 Et qualiter fiat exequio contra nomina de-
bitorum , tradit Bart. in l. si in causa num. 2. vers.
quæro , qualiter fiat C. quando pescus , vel privatius.

An creditori qui habet viam executivam con-
tra suum debitorem , habet etiam adversus sui de-
bitoris debitorem , istam questionem explicat An-
gel. in l. à Divo Pio , s. sic quoque , ff. de reiudic.
& eam sequuntur cæteri , quos refert Cancer. var.
refol. c. 111. num. 137. qn. 26.

ARGUMENTUM.

Exequuta sententia assistentiae juxta ritum
M.C. & Regiæ pragmaticæ , pendente ap-
pellatione ; an debitor habeat jus offerendi.

SUM.

SUMMARIUM.

- 1 *Debitoris oblatio non admittitur post adjudicationem.*
- 2 *Debitor non potest offerri post appretium.*
- 3 *Appellatio suspendit iudicatum.*
- 4 *Per adjudicationem virtute sententia, à qua pendet appellatio non reicitur oblatio debitoris.*
- 5 *Quando adjudicatio, seu appretium impedit debitoris oblationem, & num. 7.*
- 6 *Creditor, cui est adjudicata res, virtute Regia pragmaticæ assentias, non habet facultatem vendendi pendente appellatione.*

DECISO CXVII.

Prolatio decreto assentias per Magnam Curiam, ac exequuto, appellatione pendente juxta dispositionem Reg. Pragmaticæ, fuit dubitatum, an sit admittenda debitoris oblatio.

- 1 *Pro negativa facit communis DD. sententia, debitorem non audiri, offerentem, facta adjudicatione, Specul. ix. tit. de secund. decret. §. iuxta vers. quid si ille redeat, communem refert Jas. in l. properandum §. fin. antea res sub num. 8. C. de judic. veriore. & magis communem refert Alex. in l. debitoribus in fin. ff. de re iudic. in l. si finita §. Julianus in fine ff. de damn. infect. Negulant. similiter testatur comm. & veriore in prima par. 3. membr. 5. par. num. 8. vnde Affl. decis. 187. per appretium excludit ius offerendi, & ita decisum refert per Sacrum Consilium.*

- 2 *Pro affirmativa dico, appellationem suspenderem iudicatum, cap. venientes, de iure. Affl. dec. 188. n. 5. & ibi Add. vnde sententia adjudicationis non excludit oblationem, appellatione pendente Capyc. dec. 41. in limit. 5. nec exequatio virtute ritus, & Regia pragmaticæ hoc operatur, nam illa adjudicatio impedit oblationem, quæ dominum irrevocabile trahit, iuxta text. in l. finita §. posse a ff. de damn. infect. ibi, postea antea, quam quis possidere iure dominij a prætore iussus est, non*
- 6 *autem hæc adjudicatio quæ possessoem revocabilem quoad adjudicationem tantum transfert absq; vendendi facultate, ex dictis per Præfid. dec. 120. & hanc opinionem sequitur Capyc. dec. 202. multis authoritatibus, & juribus comprobans.*

- 7 *Et intelligenda est decisio Affl. relata, quando appretium fuit pro exequitione sententiae transactæ in rem judicatam, quo prævio transferetur irrevocabilitas, ut advertit Capyc. d. dec. 102. num. 81.*

Fuit ex his per M. C. admissa oblatio, & confirmata per S.C.

ARGUMENTUM.

Adjudicatio bonorum facta creditori per Judicem, ut dominii translationem importet, an expostulet, ut appretium præcedat.

SUMMARIUM.

- 1 *Adjudicatio bonorum cum pacto de retrovenendo per Judicem creditoris facta, non præcedente appretio, an illorum dominij translationem importet, vel loco pignoris addicta bona creditoris tenet, & per eam, & dominium translatum esse, ac ita decisum refert Affl.*
- 2 *Æstimatio, quæ requiritur ad hoc, ut creditor iure dominij possidere possit, cum alias appretio*

- 1 *non sequaro iure creditoris possidat, à judice fieri potest, & num. 4. & 8.*
- 3 *Creditor bona capta in causam iudicati, in quo, rnum substatione emptor non reperitur, qui pro iusto emat pretio, cum viliori pretio vendi non debeat, debet sibi adiudicari facere iusto pretio, & præcedente expertorum estimatione.*
- 4 *Creditor non sequato appretio iure creditoris possit, dñe dicitur.*
- 5 *Bona creditori adiudicata potius loco pignoris, quam dominij transferendi in dubio presumuntur.*
- 6 *Creditor cum in possessionem bonorum debitoris mittitur, quia emptor non reperitur, loco secundi decreci missus dicitur.*
- 7 *In adjudicatione in secundo decreto facienda rem adiudicandam per Tabularios appretiari, & appretiatam pro concurrenti debito adiudicari Regia pragmatica disponit.*
- 9 *Judex bona creditori pro quantitate debita addicendo, quam ex utraque parte quantitatem affidare videtur.*
- 10 *Adversus creditorem, cui fuit res adiudicata, presente secundo creditore, quæ competit, ius offrendi secundo creditori, & debitori.*

DECISO CXVIII.

DVbitatum fuit in Sac. Cons. an adjudicatis bonis, cum pacto de retrovendendo peccatum Judicem creditoris, non præcedente appretio eorum dominium sit translatum, vel loco pignoris addicta bona teneat, effectus erit maximus, nam attento decreto generali lato sub die 17. Novembris 1622. si dominium esset translatum, reembedo, in pecunia numerata solvere teneretur, si tandem loco pignoris esset, admitteretur solutio per apocam banco directam, quæ est minoris estimationis hisce temporibus.

- 2 *Quod non intelligatur translatum dominium facit, quia æstimatione requiritur ad hoc, ut creditor iure dominii possidere possit, tex. in l. vetustissima C. de iure domin. impetrando. ibi:nt quod Judex super hoc statuerit hoc in estimationem pignoris obtineat, in l. prima C. si in caus. indicat. pign. caput sic, prout summat Salyc. per quem tex. Affl. in dec. 358. num. 5. vers. quarta ratio, dixit quando bona capta in causa iudicati substantur, & non reperitur emptor, qui emat pro iusto pretio, sed debet creditor sibi illa bona adiudicari facere iusto pretio, & sic præcedente estimatione expertum. & in decis. 368. num. 2. vers. & hoc se sequuntur est appretium, tunc translatum dominium tenuit, cum appretium sequutum fuerit, & non sequitur appretio, iure creditoris possidere per dictam l. vetustissimam, & in dubio presumitur potius loco pignoris, quam dominii transferendi creditori adiudicata, ex dictis per eundem Affl. in dec. 573. n. 2. vers. nec obstat. & per Vinc. de Franch. dec. 69. & dec. 450. n. 3.*
- 6 *Insuper dum in possessionem creditor mittitur, quia non reperitur emptor, loco secundi decreci missus dicitur, glo, final. in l.ordo C. de execut. rei iudic. in adjudicatione ex secundo decreto facienda rem adiudicandam per tabularios appretiari, & appretiatam pro concurrenti debito adiudicari ad hoc, ut verus dominus factus intelligatur, disponitur per Reg. pragm. reo in eius contumacia, de ord. iudic.*

- 8 *Quod sit translatum dominium dicebatur, quia dato*

dato quod estimatio requiratur, per Judicem fieri potest ex predictis verbis d.l. final. C. de iur. domin. imperrand. in fine, ut quod Judex super hoc faceretur, hoc in estimatione pignoris obtinet, at 9 Judex bona creditor pro quantitate debita addigit videtur estimasse quam ex utraque parte quantitatem.

10 Translatio dominio ad ius offerendi, secundus creditor, quando fuit praesens, non admittitur, quin fuit in culpa, non licitando, ne rerum dominia sint semper in incerto, ex adductis per Thesau. dec. 157. qui testatur de communi opinione, & ita per illum Senatum iudicatum à n. 11. usque in finem; eo fortius nec debitor ex dictis per Rovit. in pragm. 1. de affibet. in fine. Cum priorem sententiam sequutum fuisset Sacrum Concilium, petiit con- ventus minor in integrum restitui aduersus sententiam, & posteriorem sententiam tres ex quinque Consiliariis sequuti, restituendum esse censuerunt sub die 30. Octobris 1623. in causa Monasterii S. Ligorii cum Marcello Graffo, & III. Principe Melchiti. Actuarius de Martino.

ARGUMENTUM.

Creditor an fructus perceptos à re sibi adjudicata cum meliorationibus, seu cum quantitatibus solutis creditoribus anterioribus compensare teneatur. Et an hypotheca extendatur ad fructus. Et quid in actione reivindicationis.

SUMMARY.

- 1 Creditor in re sibi per debitorem adjudicata, meliorationes faciens, nec non creditoribus anterioribus pro liberanda re adjudicata solvens, aut fructus cuius meliorationibus, & cuius quantitatibus solutis creditoribus anterioribus compensare teneatur, & per totum.
- 2 Et negativus resolvitur, fructus scilicet perceptus non cuius quantitate debita, vel capitali, sed cum interesse accomputari, & ita decisum num. 9. & 11.
- 3 Posse sor fructus perceptus cuius meliorationibus, ex cuius pecunia creditor soluta compensare teneatur in actione reivindicationis, in qua etiam pro fructibus domino vendicandi competit actio, saltem à die litis contestata, per quam maleficii possessor efficitur, et n. 10.
- 4 Et an idem sit in fructibus satis per debitorem,
- 5 Creditor ut super fructibus actionem habeat, quae requirantur.
- 6 Litigii vitium in ipsa re, qua lice pendente aliquid natur, tantum committitur, et non in fructibus à re litigiosa nascentur.
- 7 Mala fides in possessor per litis contestationem non inducitur, cum assentia petitur, immo confringatur possessor in bona fide, et cum ratione.
- Debitor rem obligatorum alienare, et dominium in eundem, cui alienat, transferre posset, etiam quando constitutum adest, et procurum in creditoris beneficium.
- 8 Compensare idem est, quod solvere.

1 Sed quid si creditor, cui res adjudicata fuit per debitorem, meliorationes fecit, seu creditoribus anterioribus pro liberanda re adjudicata solvit, an fructus teneatur compensare cum meliorationibus, seu cum quantitatibus solutis creditoribus anterioribus, fuit discussum in Sacro Conclilio pro intellectu decreti lati ad instantiam creditoris posterioris, cuius forma est tradita per Praes. de Franch. dec. 456.

Dicebatur pro parte creditoris posterioris ex dictis per Bar. in l. sumptus ff. de reivendic. fructus esse compensandos cum meliorationibus, tam perceptos ante item contestatam, quam post, & etiam bonae fidei possessor compensat fructus cum meliorationibus glo. in l. in fundo ff. de reivendic. Odofred. in d.l. sumptus, item cum solutionibus debitorum Boer. dec. 44. n. 15. ver. ita quod fiat compensatio, quia purificantur sumptus facti in re, & pecunia creditori soluta, quasi continentur appellatione expensarum, l. emperor, & ibi notat Bal. in primo notabili ff. de reivendic. pro quo faciunt etiam adducta per Decian. cons. 22. num. 55. vol. 5. cuius verba haec sunt, Atque ideo quatenus obligatus fuisset ad has expensas, de quibus excipitur, & herent bi fructus per eos percepti, de quibus suo loco et tempore probabitur, compensari cum ipsis expensis, l. sumptus ff. de reivendic. cum glo. l. emperor, ubi etiam glo. ead. cit. Bald. Angel. Alex. & alii in l. insulam & fructus ff. salut. maritim. quae leges licet loquantur in reivendic. tamen idem est in quacunque alia actione, ut declarat Alber. & omnes ibi, & Socin. iun. cons. 150. num. 32. in primo volum. & Berous cons. 79. num. 62. in 2. ubi alios adducit.

3 Pro possesso dicebatur, creditorem pro suo credito hypothecam exercentem, nullam actiones debitorem, aut hæredem eius, sed penes tertium possessorem reperiatur, ita distinguit tex. in l. Paulus & principia ff. de pignorib. gl. in l. pr. i. cum predium lo 1. ff. de pignorib. ubi tantummodo excipit fructus suos per debitorem, quasi sint pars soli, & ibi etiam Salycet. qui in fin. per text. in d. & si mancipia, dubitat, vt nec in fructibus satis, & per tertium possessorem collectis competit creditori actio hypothecaria, quod tamen ad casum nostrum non pertinet, Negulan. de pignor. par. 2. mem. 2. à num. 25. usque ad num. 27. ad quem se remittit Dom. de Franch. dec. 112. n. 13..

4 Immò ex text. in d. & cum predium. clare colligitur, quod ut habeat actionem hypothecar am creditor super fructibus, duo necessario intervenire debent.

Primo, quod specialiter etiam sint obligati fructus, & quod extent, nam si sunt consumpti, tali casu nec competit actio creditori, ut in specie docet ibi Juriscons. quod etiam iudicant infrascripsi DD. dum de necessitate requirent, quod tes fuerit debitoris tempore obligationis, & quod debitor peccerit, vel saltem seminaverit fructus, alioqui nulla actio competit creditori, glo. in l. postor & fe de futuris ff. qui pot. in pign. hab. ubi etiam Bart. & Saly c. Surd. decif. 97. ubi resolvit omnia contraria.

5 Et adeò hoc est verum, quod etiam si alienetur res litigiosa, committitur vitium litigii in ipsa re, sed non in fructibus à re litigiosa nascentibus, ut pulchre docet Afl. in confit. Reg. que incipit eorum fratribus in 18. limit. sub num. 19. afferens, fuisse reprehensum quandam Iudicem, qui iudicaverat contrarium.

Nec

7 Nec litis contestatio potest operari malam fidem in possessione , dum petitur assistentia , immo confirmat eum in bona fide, nam actor concludit , quod res fuerit in bonis ejus , à quo causa habet possessor ; potest enim debitor alienare rem obligatam, & transferre dominium in eum , in quemque alienat, Bar. in l. Colijus ff. de usucap. Alex. in l. in. tordus §. fin. ff. de acqui posse. Negat. qui testatur de communi, & vera opinione de pign. par. 6. mem. 1. quin. 24. per duas columnas differendo , etiam quando adest constitutum, & precarium in beneficium creditoris , & proinde nunquam fuit prolatâ sententia, ut præstetur assistentia super re , & super fructibus: quia res non est obligata, non sunt obligati fructus, & si creditum principale ex fructibus extenuare cogeretur, fructus, seu eorum testimoniacionem solveret possessor , quia comprehendere , solvere est, l. si debitor qui pot. in pign. bab.

8 9 Vnde sententia interposita in Collaterali Consilio ad relationem S. C. eius verba transcripsit Do- minus de Franchis in præalleg. decisi. circa fin. dicit, quod cum interesse , non cum capitali excomputentur fructus, ibi, de cuius pretio facias prius d. Illustri Casari de omnibus quantitatibus per eum, et eius autores solutiis creditorib. us anterioribus , ac interesse, seu tertii quantitatum prædictarum, in quo excomputentur fructus percepti, et sic in interesse non cum quantitatibus.

10 Non obstante ponderata pro creditore posterio, eti, nam iura prædicta loquuntur in actione reivendicationis, in qua etiam pro fructibus competit actio domino vendicanti saltem à die litis contestatae, l. si fundus §. in vindicatione in fine ff. de pignor. qui loquuntur in domino vendicante rem suam per ipsam pignoratam, et l. certe C. de reivend. in quo text. dicitur , quod per litis contestationem in reivendicatione omnes possessores efficiuntur male fidei, & ideo ad fructus tenentur, se- cùs in creditore pro credito suo hypothecam exercente, qui nullam actionem ad fructus habet , si res ei obligata non penes debitorem , aut heredem eius, sed penes tertium possesorem reperiatur, ut supra fundatum fuit.

11 Ex quibus sub die 26. Octobris 1622. per S. C. in causa Mideæ Casanovæ cum Nicolao Sforza & Ventura dello Mastro , declarando decretum alias interpositum per S. C. fuit provisum quod fructus percepti per Nicolaum Sforzam, & Venturam dello Mastro excomputentur cum interesse.

ARGUMENTVM.

Tertius possessor pacificens , vili pretio cum creditore agente hypothecaria super re possessa, an sit non tantum tutus in re, quam possidet , sed etiam agere possit pro consequence totius quantitatis, & aliae questio- nes ad intellectum l. per diversas , & l. ab An- nastasio C. mandati .

S U M M A R I U M.

- 1 Cessio actionis contra debitorem qua sit possessor, solventi à creditore hypothecaria agente , etiamsi modico doto per viam transactionis , ac docatio- nis illius pluris, quod ultra summam solutam debetur , au subjactas dispositiones l. per diversas , & l. ab Anastasio C. mandati.
- 2 Dispositio prædictarum legum per diversas , & ab

cinia expelli posse, & quid de immodicis campa-
ne pulsatoribus, & fabrum debere ab exercitio se
abstinet propter infirmum vicinum qui vexatuta
notat Lucas de Penna in d. 4. 1. de fud. liber. relata
tus per Dec. in l. quacunque n. 72. ff. de cffic. ejus
cui mandata est iurisdictio, item expellendus est
impediens studium propter strepitum scholaribus
& à sententia expulsionis non potest appellari.
Quod ad probandum sufficit clarissimi adolescen-
tiis authoritas D. Jo: Chrysl. Scarlo, qui trium an-
norum infantulus dictiones computans, absque
eo quod ab aliquo fuisset instructus: docens pro-
inde alias legalia, sicut etiam mathematica, & phi-
losophica rudimenta, quantumvis ruditer, scientias
& facultates omnes, hereditario iure à natura ha-
buisse iudicavit: Qui milles sine prævio studio
omnis generis carmina, currente calamo, compo-
nens, verbum Dei prædicans, in Disputationibus
reasumens; arguentes, vel defendantes in syllogis-
mo, quem iactabat, & confundens, ingenui prom-
ptitudinem demonstravit: Qui ad literam concio.

nes, quas audiverat, & libros, quos semel legerat, recitans, memoriae firmitatem significavit: Qui musicæ, variarumque linguarum delectu, animi nobilitatem potam fecit; Qui, primò Basiliū, deinceps Damasceni Philosophiam, ac Theologiam auctoritatibus ornans, raris ponderationibus ditans, & pluries glorię substinens, mentis perspicaciam publicavit; Qui novissimè à Sanctissimo Domino nostro Clemente XI. quamplurimis laudibus honoratus, suarum doctrinarum innocentiam evulgavit; Is equidem in Cybele obtrusa *Intellig.* 12. *Signo* 3. innumera privilegia cumulat scholaribus, studiosos omnes in Cælum extollens.

- 4 Item vicinus, qui molestus erat vicino ratione officii afferentis malum odorem, sicut o. dñe M.C., & Sacri Consilii ad compliteariorum instantiam expulsus, pro quo faciunt dicta per Bald. in l. *adens in add. n. 15.* C. locati, et in l. licet in add. n. 1. C. eod. &c ita tenuit in exerceentibus artes foetidas, quarum odor infestat nates transiuntium, Cæpoll. in tract. de servi. sub rubr. de aere, & notat Angel. in l. 2. §. idem air, si odore ff ne quid in loco publico, & Ripa in tract. de peste in 2. part cap. transeo ad alia remedia fol. 63. num. 74. B. bad. II. in polit. lib. 3. cap 6. n. 10. et 11. D. Rovit per d. l. 2. dicit in casu prædicto, peste vicinos uti interdicto, ne quid in loco publico fiat in pragm. de salubritat. aer. in fin. & Barones ob publicam cauam polse prohibere ob salubritatem actis artes foetidas in certo loco, adducendo authoritates tradit Cap bl. de Baron. pragm. 14. num. 15. si que ne exerceantur beccaria, & ne 6 fraus fiat in hujusmodi expulsione, & an liceat in suburbis habitare, videatur Bald in cap. significasti de rescriptis, quæ omnia videre licet apud Petr. Nuñez de Avend. lib. 2. cap. 6.

Nunc de 2. vnu. 2. cap. 6.
His adde, esse expellendos vicinos artem exercentes afferentem malum odorem tam de iure cōmuni, quam de iure Regni ; de iure communis, aquissimum, & si tamē ff. de usufruct. l. ad l. & fin. ff. de via publ. de iure Regni ; in Const. Salubritatem aeris, & bi Affl. & cuiilibet de populo competit interdictum ad prohibendum, quod est perpetuum, & eius cura spectat ad Magistratus, ut habetur in l. 1. & hoc interdictum cum seq. et ff. ne quid in loco pub.

Lanienæ, seu macella secundum Andr. in d. Conf. Salubritatem aeris, sunt exercenda extra Civitatem; sed ex consuetudine tolerantur intus Civitatem Affl. in d. Conf. Salubritatem aeris, in 6a. Borell. de Magistris predict. lib. 3. cap. 12. num. 11. ita judicatum fuit per Collaterale Consilium in causa Honufrii de Palma cum Monasterio Religiosorum Ministrantium Infirmis sub die 2. Maii 1640. & fuit confirmatum decretum per Collaterale Consilium sub die 24. Aprilis 1641.

- 7 Expelluntur quoque meretrices, Cæpol. in tractat. de servit. cap. 91. alias de fœrit. iur. pascend. nn. 25.

Meretrices an, & quando possint expelli à locis honestis, Archiepisc. Ricciu. Juris prudentia, & doctrina insignis copiose in tract de person lib. 11. cap. 21. & seqq. cumulat multa, quæ prohibentur meretricibus. An quaesita ex meretricio, vel aliter ex causa libidinosa, dicantur licite acquisita, vel sint obnoxia restitutioni, idem Archiepisc. Ricciu. loco cit. cap. 33. & accepta per puellam ex causa stupri, vel per adulteram cap. 34. & an possit disponere ad libitum, & ædificare, vel dote Ecclesiam, cap. 33. an possit fieri oblatio, vel decima solui, cap. 36. & an ab ea vestigial licite exigitur.

8 Quæ tamen locum sibi vendicant, cum talia exerceri in loco non erat solitum, secus verò si esset solitum talia exerceri, & vicinus in modo iudeceretur *inx. decis. Vinc. de Franch. 625.*

ARGUMENTVM.

Donatio, vel testamentum si fiant in beneficium viri ab uxore an valeantstante pacto inter virum, & fratres stipulantes apposito in capitulis, quod soluto matrimonio absque filiis ad ipsos dos revertatur. Et an tale pactum validetur ratificatione capitulorum facta à muliere, cui non fuit narratus tenor ipsorum.

SUMMARIUM.

- 5 **M**ulier cum stipulatores adhibet ad stipulandum pro se, & heredibus, donatio præsumitur inter vivos, atque ideo disponere non potest.
- 6 **H**eredum enim mensa donationi convenit inter vivos, qua ad heredes transmittitur, non autem donationi causa mortis, qua naturam habet legati, quod, pendente adhuc conditione, non transmittitur.
- 7 **M**ulier verò permittens, fratrem stipulari, quod dos ad ipsum fratrem revertatur, an, & quando hoc pacto non obstante de dose testari, ac disponere possit.
- 8 **M**ulier de dose testari non potest, quando dos ad alium est applicata vigore contractus, & interest non revocari.
- 9 **R**atificatio ad hoc, ut valeat, qua intervenire debant.
- 10 **D**idio seu posita inter personas, quod importet.
- 11 **S**ub nomine heredum, ac successorum, ex etiis exercenti comprehenduntur, vel heredes sanguinis.

DECISO CXXVIII.

Pro affirmativa adducitur textus in l. cons. mariem §. mulier ff. de pact. dos. quando mulier stipulatorem adhibet ad stipulandum pro se, & heredibus, præsumitur donatio inter vivos, ita Bald. in l. 2. n. 4. vers. quid enim si iste filius C. de iur. dos. cum reliquis adductis per Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 11. n. 8. vers. quartus casus est; ea enim ratione votus est Bald. quia mentione heredum convenit donationi inter vivos, qua ad heredes transmittitur, non autem donationi causa mortis, qua donatio habet naturam legati, quod pendente adhuc conditione non transmittitur §. est & aliud in his de donis.

3 Pro negativa facit decisio Dom. de Franc. 196. ubi mulier permiserat, fratrem stipulari, quod dos revertatur ad ipsum fratrem, & nihilominus non obstante pacto, dispositionem in beneficium magistri approbat. Sacrum Concilium motum, vt est videre in dicta decisione auctoritate Lucæ de Penna tenentis, quod, quando soror dotatur de bonis propriis fratris, procedat pactum, & mulier testari non poterit; quando vero de bonis communis patris, tunc testamentum valebit, & mulier testari non poterit distinguens postea, quod si mulier est dives, & frater pauperes, & familia oneratus, & tunc præsumatur mulier donasse fratri, & sic non posset disponere, aut nulla bona

habens, & frater dives, & tunc non præsumatur donatio; sed p. imam tuctiorem afferit, fundatur quoque auctoritate Napodani in Consuet. si quis, vel si qua in glo. in verb. præterquam col. penul. n. 223. vers. sed pone recepis eisdem terminis, vbi concludit, quod aut mulier permisit stipulati ambo donandi causa mortis, cum sit facta mentis mortis, aut sumus indubio. Primo casu non potest testari, secundo, & tertio sic.

In casu de quo agitur, quia inducta est donatio inter vivos, cessant fundamenta decisionis S. C. quia ex alio non habet locum in casu isto, quia tunc procedit illa decisio cum is, qui stipulatus est, doceat sibi restituiri, non fuit adh. bitus à muliere, sed mulier passa est illum stipulari, vt quando frater ex dispositione statuti excludit sororem à bonis partis, ei ramen dote constituta, sicut dispositum est, per constit. Regni, & consuetudinem Civitatis, prout ita intelligit Jacob. Menoch. de præsumptionibus præsumps. 10. lib. 3. n. 24. vers. octauus casus est, secus verò quando mulier adhibuit stipulatorem iuxta ea, qua dicta sunt pro affirmativa, imò nec potest de dote testari, quando ad alium est applicata vigore contractus, & interest non revocari Bald. in l. pro hereditariis C. de hered. action. Agel. in l. qui Roma f. Flavins de verb. oblig. Qlasc. dec. 20. n. 6.

Verum quia in stipulatione, de qua agitur, mulier non intervenit, nec constat adhibuisse fratres, & in ratificatione postmodum sequuta non fuerunt ei lecta capitula matrimonialia, nec eorum declaratus, quorum alter requiebatur ad hoc, ut induceretur scientia actus ratificati, quia ignorantia non potest dici, quod consensit, aut ratificat, l. s. per errorem ff. de iurisdict. omn. indic. Bald. in rubr. qui admitti, Corn. cons. 165. ad suos, quos refert, & sequitur Cravet. cons. 105. n. 14. vbi post Bald. & Castrensi. ultra alios, quos adducit, oculudit, simplicem scientiam actus ratificati non sufficere, sed requiri, quod legatur ipsi ratificant instrumentum, quod ratificat, & saltem declarari et debet secundum theoricam Specul. de ompt. & vend. §. 3. n. 25. vers. si verò ratificatio enim non extenditur ad incognita, Roman. cons. 54. n. 3. Ruin. cons. 170. n. 29. & quod non valeat ratificatio facta per mulierem instrumenti dotalis, in quo adest pactum, quod ipsa decedente sine liberis, dos redat ad donatorem, nisi legatur sibi instrumentum, vel eius tenor declaratur, & quod frater, vel consanguineus hoc casu censeatur dolo versatus in apponendo pacta, per quae auferatur mulieri libera facultas testandi, adduco in individuo Cast. cons. 12. vol. 3. quod quidem ratificationis instrumentum debet legi in vulgaris sermone, vt in propriis terminis subdit Loff. ed. cons. 26. n. 32.

Imò attendenda sunt tantum expressa verba ratificationis, quæ sunt dictaque dotes integræ, &c. restituere, &c. dictæ Diana Baccaro eius uxori, ejusque heredibus, & successoribus, seu dictis Doctori Michaeli, & Curtio, eorumque heredibus, & successoribus. Et primò quid importet dicit illa sen, quæ posita inter personas, ponitur pro conjuncta, & sic attenta ratificatione, medietas erit heredis in testamento nominati, & altera medietas dictorum Michaelis, & fratris, text. in l. cum quidam ff. de verb. & rer. signif. vbi notat Bald. & ceteri Scribentes Napod. in consuetud. Si quis, vel si qua, in verb. sen, fine n. 159. vers. primo, quod quando penitus disfunctio, & de di-

dictione illa sed latè habes per Felin. in cap. inser
catoris, de re scriptis.

Secundò an verba illa dictas Dicas, ejusque
heredibus, & successoribus intelligentur de herre.
dibus extraneis, vel tantum de heredibus sanguini-
nis, & iuxta distinctionem Bartoli in l. etiam si
parente ff. de liberis, & post. extranei comprehen-
duatur, quam omnes sequi testatur Ias. in d. l.
etiam si parente nunc. 9. m. s. extra glossam querit
Bartol. Gabriel in recollect. com. opin. conclus. 2. de
verb. signif. lib. 6.

Ex quibus fuit provisum, esse dividenda dotes
inter virum, & heredes Michaelis, et Curtij de
mensie Sept. 1620.

ARGUMENTVM.

Hypotheca pro dote, à quo die competit.

S P M M A R I Y M.

- 1 Hypotheca pro dote, seu tacita, seu expresa retro-
trahitur ad initia conventionis, & promissionis.
- 2 Et an requireant quod sequuntur si matrimonium
& n. 8. 10. & 12.
- 3 Hypotheca retrotrahatur ad diem promissionis,
quando non est in potestate creditoris recipere sa-
tiationis.
- 4 Creditor dicitur esse in necessitate, non in voluntate
se recipiendi solutionem, quando commode non
poterit emittere.
- 5 Necessarium dicitur, quod salua exigimonia
omitti non potest.
- 6 Honestas necessitas appellatur.
- 7 Antefatum si est promissum conscienti, habetur
pro confiteuta.
- 8 Dos promissa ante contractum matrimonii, non
est propriè dos.
- 11 In retrotrahitione requiriunt extremum ad quod
habile in potentia.

DECIS. I. CXXIX.

POst subscriptionem capitulorum matrimoniali-
um, in quibus et dos, & donationis propter
nuptias constitutio promittebatur, sponsus bona
sua alteri hypothecavit, post quam hypothecam
contractam sequutum fuit matrimonium iuxta
capitula dubitatum fuit, an mulier pro dotibus,
et antefato, esset preferenda creditori, qui inter
promissionem, et matrimonium contraxit.

Pro muliere facit opinio communiter recepta,
quod hypotheca pro dote retrotrahitur ad initia
conventionis, & promissionis tamen tacita, quam
expresa fundata ex tex. in l. prima ff. qui pos. in
pignor. hab. ita ut præferatur creditoribus contra-
hentibus medio tempore, de qua communi testan-
tur Negusant. in 4. membr. secunda partis & n. 77.
D. Vincent. de Franch. decis. 677. Barboli. in 3.
par. l. prima ff. solut. matrim. & num. 33. & con-
siderata ratione per dictos DD. tradita militare vi-
detur, etiam sequuto postmodum matrimonio, ut
ad huc dies capitulorum attendatur, & non matri-
monij, ea enim ratione ad diem promissionis re-
trotrahitur quia non est in viri voluntate dote
non recipere, nam mulier remanseret indotata, &
maritus haberet necesse sustinere onera matrimo-
nij, sicut in quolibet creditore, qui modo predicto
cogitur recipere solutionem, ut etiam probat tex.

- iz l. qui baluerunt ff. qui pos. in pign. hab. pari ra-
tione ad diem capitulorum retrotrahenda est hy-
potheca, quamvis matrimonium postea fuerit sub-
sequutum, cum non possit honestus sponsus, sub-
scriptis capitulis matrimonialibus, mutare fidem,
non enim praecisa necessitas requiritur, sed ea, quae
commode præteriti non potest, ut consideraverunt
Bart. & Bald. relati per Negusant. in d. 4. membr.
2. par. num. 77. vers. & quonodo in necessitate mari-
5 ei confitatur, vnde necesse dicitur, quod salva exi-
guatione omitti non potest, & glos. in cap. 1. 21.
6 q. 4. in verb. necessitatem, honestatam necessitatem
appellavit Alber. in dictior. in ver. necesse, in-
terpretatur, necesse, id est conveniens, & hoc funda-
mento plures decisum refert in Sacro Concilio
D. Praef. de Franch. in d. doc. 677.
7 Quod idem erit dicendum pro donatione pro-
prietate nuptias, seu antefato, cuius constitutio
promittitur in capitulis, nam habetur pro con-
stituto, Jo; Anton. de Nigr. in cap. Regni mulier
dotarii n. num. 29. Affl. in cons. Regni licentiam
num. 1. & ex predictis predictis videtur attendi
dies capitulorum, & supra fundatum fuit.
8 Pro creditore dicebatur tunc tempus pro-
missionis, & capitulorum attendi, cum eo tem-
pore fuit contractum matrimonium, alias hypotheca
non possit trahi ad tempus promissionis, sed so-
lum ad tempus matrimonij illo fundamento, quia
9 licet dos sit promissa ante contractum matrimo-
nium; tamen tunc non est propriè dos ut in l. ff.
C. de donat. ante nupt. cum dos sine matrimonio
non possit subsistere l. 3. ff. iur. dos. cum con-
cord. & nulla de dote actio datur, impedito quo-
cunque modo autoritate iuris matrimonij
l. prima C. de condic. ob canf. vnde dum DD. com.
10 maniter concludunt, hypothecam in dote ad diem
promissionis retrotrahi, & promissionem, & ma-
trimonium considerant, ita ut dies promissionis, &
matrimonij sequuti attendatur, ita Cynus in l.
affidatis num. 6. ibi, sed videtur humanius dicen-
dum C. qui pos. in pignor. Bart. Alber. & ceteri
communiter relati per Boer. decis. 331. Guties in
tract. de iur. confirm. p. 1. cap. 48. n. 10. retrotrahi
enim non potest ad tempus promissionis, nondum
11 sequito matrimonio, nam extrellum ad quod
habile in potentia non est, prout requiritur juxta
posita per Bart. in l. ff. 15, quis pro. empore n. 8.
ff. de usucap. nec tute teneri potest, non esse in
potestate viri post subscriptionem capitulorum
matrimonialium non contrahere, cum salva hone-
state recedere multo sit, vifum fuit.
12 Et ex his Negusant. in d. 4. membr. 2. par. n. 79.
tenuit, quod ad hoc, ut hypotheca trahatur ad
tempus promissionis dotis, requiritur, ut promissa
sit facta tempore matrimonij contracti, vel post
matrimonium, & ex hoc infert in practica, quod
si esset factum instrumentum dotale tempore spō-
sitalij, ut communiter sit putata per annum ante
consummatum matrimonium cum expressa hypo-
theca, et post annuam sequutum fuit matrimonium,
quod si maritus post instrumentum dotale ante ta-
men contractum matrimonij contraxisset aliqua
debita cum alijs creditoribus cum hypotheca ex-
pressa, mulier non præferetur talibus creditoribus,
sed bene præferetur creditori, qui contraxisset
post matrimonium, & promissionem dotis ante ip-
sius solutionem, & idem tenuit D. Reg. de Ponte
cons. 8. x. num. 5. Polid. Rip. observ. 263. in princip.
Barboli. in 3. par. l. prima ff. solut. matrim. n. 25.
34. vers. postremè notabis, & in hanc opin. videtur

D d

de.

descendere Maxill. ad Consuetud. Batens. in cap. quarta tradita mulieri, de donat. inter vir. & uxori. in quest. quam ponit, quando est promissum, constitui quartam secundam die votorum prout in dicta Civitate servatur, & interim creditores contrahunt cum viro, & quarta promissa de constituitur, quis preferatur; & tamen constituta quarta in die praedicta creditores, qui interim contraxerunt, esse preferendos, eo quia ante dictum diem non est nata actio.

Ex his Mag. Curia die 15. mensis Decembri. anni 1606. in causa inter Camillam Scoppam, & D. Ioannem Veriam judicavit pro creditore, qui contraxit ante matrimonium post subscriptionem capitulorum, & eum præcepit mulieri petenti dotem, & decretum extitit confirmatum per S. C. sub die 21. Maij 1607. processus Mag. Curie est in banca Pinti pro Apicella, et in S. C. in Banca Bortelli.

ARGUMENTUM.

Mulier an possit agere soluto matrimonio ad exactionem dotis viro promissa absque cessione.

S U M M A R I U M.

- 1 Mulieri soluto matrimonio an competit actio recuperanda dotis viro promissa absque cessione ab heredibus viri, & n. 3. 6. & 8.
- 2 Actio recuperanda dotis viro stipulanti competit,
- 3 Mulier præsumetur dotis stipulationem fecisse.
- 4 Mulier soluto matrimonio habet potestatem vendicandi res dotalis.
- 5 Dos consante matrimonio est in dominio mariti,
- 6 . . . est primum matrimonium mulieris.
- 7 Mulier in rebus dotalibus in aſſimatis exigendis habet reivindicacionem.
- 8 Mulier soluto matrimonio agit ad exactionem dotis utili illa actio, qua ex equitate competit, directa remanente inutili penes heredes viri.
- 9 In electione heredum miri erit, an molitur solvere dotem non exactam a viro.
- 10 Circuitus inutiles sunt evitandi.
- 11 Mulier soluto matrimonio.
- 12 In electione heredum miri erit, an molitur solvere dotem non exactam a viro.
- 13 Circuitus inutiles sunt evitandi.
- 14 Exequitas scripta præfertur rigor.

DECISO CXXX.

Controversia est inter duos Praesides decisionum Collectores, Guidonem Papam, v. g. Gratianopolitani Parlamenti, et D. Vincentium de Franchis Sacri Concilij Neap. Primus actionem de dote consequenda mulieri soluto matrimonio competere in Parlamento suisse conclusum testatur in gnaſ. 375. quamvis marito stipulanti esset dos promissa: alter verò negat, nisi ab heredibus viri sit præstata actio, vel agat actione hypothecaria contra promissorem, ut nomen debitoris viri, et ita refert decilum per S. C. in dec. 33.

Fundamenta decisionis Concilij Neap. sunt.

- 1 Primo ex tex. in l. si pro te pater C. de dot. promiss. vbi actio recuperanda dotis viro stipulanti competit, non uxori.
- 2 Secundū ex tex. in l. si sacer §. Lucius ff. solut. matrim. vbi etiam soluto matrimonio mulieri non competit actio nisi sit præstata ab heredibus viri, ea quidem ratione, quia si actio residet in persona viri, viro mortuo trahit in ejus heredes, non autem in uxorem.

Authores huius opinionis refert Praef. de Franch. in d. decisione.

- 3 Fundamentum affirmantis est equitas, pro qua assertur tex. in l. unica §. videamus C. de rei uxori actio, ibi, aquifissimum nobis nisum est, & in §.

accedit, ibi, eum præstatuerit & multo r. ap. sam. stipulationem fecisse iux. text. in cap. dilecti. s. tij. ibi. præsidet auctoritas.

Secundū ex tex. in l. in rebus C. de iur. dot. ibi, mulierem in his uenitandis, vnuam habere posse diffoluum matrimonio um prærogativam jubemus.

Tertio ex tex. in l. tali §. final. ff. de iur. dot. ibi, cui actio de dote redienda est, quem ad hoc allegat Andr. de Iser. in sit. de nat. success. feud. col. 9. vers. si uero marito.

Quarto, ex l. Cainus Stijus ff. solut. matrim. vbi actio de dote datuſ mulieri, quamvis stipulatio non interuenierit.

Huius opinionis DD. sunt glos. in l. si sacer. §. Lucius verb. reddituras, ibi, vel melius non sequentia doce, Andr. de Iser. in d. c. 1. de nat. success. feud. in d. vers. si uero marito, Boer. decis. 328. num. 2. Caball. in recoll. concord. opim. in tit. de iur. dot. conclus. 3. in q. limitatione, Gabr. conf. 713. n. 44. lib. 5. Barbos. in 3. par. l. prima num. 11. vers. quamvis ex aequitate ff. solut. matrim. Anna fragul. 601. in fine, vbi refert, veram esse decisionem Guid. Papæ, Gratian, discept. foruns. c. 49. n. 24. vers. proue etiam dicimus, quod mulier, respondens funda. mentis contrarijs.

Æquitate juxta Gratianopolitani Senatus sententiam nunquam respuit meis temporibus Magna Curia, & Sacrum Concilium, quæ ea quoque ratione suaderi potest, nam si viro stipulanti actio competebat, hoc ostiebatur ex eo, quia dos in dominio erat, l. dote ancillam C. de rei uendic. at marito mortuo, utilis actio mulieri danda est, cum proprium ipsius patrimonium sit dos, l. denique §. sed utrum ff. de minor. quin etiam habet in rebus dotalibus in estimatis exigendis reivindicacionem saltem utilem Azio in summa C. de iur. 11. dot. in §. sit autem exactio, & illa directa, quæ ad heredes vici est translata, penitus tollenda est, arg. l. in causa in fine ff. de procur. nisi heredes vi. 12. si velint solvere dotem non exactam a viro, cum in eorum electione sit iuxta dicta per DD. in d. §. Lucius.

13 Insuper hæc aequitate attenta inutilis circuitus vitatur juxta tex. in l. dominus in fin. ff. de condic. iudebit. & eo maximè servanda est in Regno, in quo proceditur sola facti veritate inspecta.

Ad adducta per D. Vinc. de Franch. respondetur.

Primo, tex. in l. si pro te pater, loqui constante matrimonio.

14 Et textum in d. §. Lucius ibi, aquifissimum est, quæ aequitas præfertur rigor, l. placuit C. de indic. & si Praef. de Franch. dicat in d. §. videamus tractari de repetitione dotis a viro, vel heredibus viri, nihilominus idem dicendum erit in dotis ex. Etione ab his, qui dotem dare stipulati sunt, cum in §. videamus, id ex aequitate mulieribus sit conclusum quamvis cohæredibus actio competit, quod idem erit in casu de quo agitur, & in utroque casu actio consolidabatur in mulier pro qua præsumitur stipulatio d. §. accedit. cum ejus patrimonium sit dos, vt supra fundatum est.

ARGUMENTUM.

An per iudicium motum à muliere propter viri inopiam pro assurance dote non dum probata viri inopia, impediatur ea runderem rerum venditio, quæ virtute sententiae, creditore hypothecario instanti, in exequitionem captæ fuere.

S U M

SUMMARIUM.

1. *Mulier pro dotis exactione agens ob viri inopiam, ea, nondum probata, an impediat venditionem ejusdem rei, super qua affectari posse: & qua virtute sententia creditorum hypothecaria instanti fuit in exequitionem capta, & per totum.*
2. *Negativa sententia auctores recensentur.*
3. *Adiutor repetenda dotis constante matrimonio mulieri non conceditur, nisi probata viri ad inopiam vergentia.*
4. *Inscelitus ad tex. in l. is, à quo fundus, de rei vendicatur.*
5. *DD. qui affirmacione sequenti sunt sententiam, consequuntur.*
6. *Precarium, & constitutum cum pacto de capiendo quid operetur.*
7. *Mulier potest constante matrimonio agere contra tertios possessores rerum mariti posteriores, ac posteriora iura non habentes.*
8. *Resentio bonorum viri mulieri conceditur pro eiusdotibus, ac iuribus.*
9. *Et praxi receptae sequuntur sententiam.*
10. *Gauzela in materia affectuationis remissio.*

DECISO CXXXI.

1. *Pro negativa iudicavit Senatus Pedemontanus, ut testatur Thesaur. dec. 207. pro qua opinione ponderatur Cyn. & Bart. in l. cxxii tibi C. qui potior. in pignor. habeas. idem Bar. Thom. Parpal. & Alex. in l. si constante ff. sol. matrim. Paul. de Castr. in l. a. calprima, & Aret. ff. solut. matrim. Socin. caus. 3. Marli. in rubr. ff. de fals. in hanc sententiam videtur quoque inclinare Fab. de Araa in conf. 60. num. 2.*
2. *Fundamentum huius opinionis est. quia non eveniente casu dotis exigenda non datur ubi actio, ita ut deneganda sit etiam exceptio constante matrimonio, cum non detur actio regetendarum dotis, nisi probata vergentia viri ad inopiam, probatur ex d. l. si constante, ibi, exinde dotis exactione competoro, ac quo evidenter apparet mariti facultates ad dotis exactiōē non sufficiunt, que plenē probanda est, quis contra extraneum agitur, Bart. in d. l. si constante communiter receptus, refert, per Benintend. dec. B9. non. 68. num. 2.*
3. *Mulieri potest esse consultum super precio præcautionem iuxa tex. in l. is, à quo fundus ff. de rei vendic. qui quamvis loquatur quando agitur de sententiis exequitione, ut per Ande. Gayllib. l. obseruas. cap. 70. n. 15. atamen servandum id erit in quolibet tertio comparente post judicium intentatum, Fechin. controvers. cap. 5. lib. 5. Præf. de Franch. decis. 162. à num. 6. qui tenet, causam esse criminalē propter perjurium, ideo non posse filium agere contra patrem virtute instrumenti servata forma Ritus Mag. Curia, ubi supereftet medium ordinariū civile non. 8. quia filius non accusat patrem, not. in l. si magnas. C. quis accus. non poss.*
4. *Idem in fratre, Thesaur. dec. 119. Frezz. de praesens. inf. p. 12. q. 1.*

Et quid in genere contra sacerdotum, Frezz. loc. cit. & Præfid. de Franch. aec. 366. Borsell. in suo decis de instru. liquidat. & excus. num. 35. & quid in mate, Amen. & alij Addent. ad d. decis. de Franch. 162. & quid contra sacerdium, Thes. in d. dec. 119. n. 2. aec. secundum, quia sacerdos,

Sed fuit dubitatum, an ad partis instantiam contra filium possit juxta Ritus procedit ad liquidationem. Et idem existimo, pro quo facit naturalis amoris, & charitatis ratio; nam crudelis est ille, qui carnem suam odio prosequitur 13. qu. 2. c. non affinemus. 19. vnde à prima ordinaria filius à patre oblatus, qui fuit desertor militi, excusat. l. milites agrum & desertores ff. de re milit. ne videatus pater, filium ad supplicium obulisse, ideo coniecturis est rem inter pacem, & filium intra dominum terminari, l. congruentius C. de pat. potest.

Et sicut denegatur filio contra patrem, ita est deneganda patri contra filium hæc via Ritus: quia à correlativis validum est argumentum, l. fin. C. de indic. vid. toll. cumulant DD. Barbos. in volume tract. de locis communib. argum. iur. loc. 29. à correlativis, Franc. Castill. dec. 175. num. 14. & in propriis terminis in patre, & filio, quod dispositum in uno correlativorum locum habeat in alio, etiam in penalibus, & correctoriis, fundat Surd. de ali. ment. tit. 1. qu. 9. num. 4. quem Barbos. refert, & sequitur loc. cit. num. 2. verj. amplia etiam in pa. nilibus.

Pater, & filius sunt correlativi, & dispositum de uno censetur etiam in alio dispositum, l. fin. ubi DD. C. de indic. vid. tit. 1. l. C. de cupress. lib. 12. l. in ff. de iber. & post Graff. in tract. de except. excep. 15. n. 1. facit etiam quando filius convenitur a patre, gaudet privilegio, ne conveniatur insolendum; sed deducto ne egeat, vel quantum facere possit, Fab. Io. de Plat. Ang. & Jas. in & sunt præterea in his. de act. cum reliquis adductis per Carrucc. de except. excep. 25. num. 63. verj. & quando filius convenitur.

Quod levavi poteris in muliero ista comparente post executionem: aquum enim non videatur negligere mulieris subvenire in damnum vigilantis, ad tex. in l. ff. pupillus ff. quo in fraud. credit. l. non entro negligencius ff. ex quib. caus. maior, non enim succurritur mulieri, quo mox viro inchoante male substantia uti non auxiliata est ubi, & illud quoque in anch. de aequalitate das.

5. Affirmatiū sequenti fuerunt Bal. Novell. in tract. de doce in 7 par. privil. 24. Negulant. in tract. de pignor. in 1. magistr. quinta partis n. 29. Cassian. super consuetud Burgund. fol. 183. n. 9. Rebuff. super consuet. Franc. cōs. de comb. redit. gloss. 14. n. 43. fol. 589. Grammat. decis. 92. n. 18. Maxill. ad consuet. Bart. in consuet. marito ad inopiam vergente n. 14. Roland. cons. 31. lib. 1. num. 32. Vesill. ad decis. Aff. i. 299. A. ans singl. 589.

6. Fundamentum alibiū est precarium, & constitutum cum pacto de capiendo, virtus cuius est, non liquidato negotio, posse exequi contra quemcumque, ut per Gramm. Maxill. & Vesill. loc. citas.

7. Pro hac quoque sententia Thesaur. d. decis. ponderabat text. in l. ubi adhuc C. de iur. dot. ibi, contra detemptores rerum ad maritum suum pertinetius super iisdem hypothecis aliquam actionem secundum legum distinctionem moveat, non ob: se ei marituum adhuc constitutum sancimus, sed ita eam posse easdem res vindicare, vel à creditoribus posterioribus, vel ab aliis, qui non potiora iura legibus habebat noscuntur, patet ex his, posse contra tertios possessores agere, quod si potest vendicare à creditore, poterit agere, & fortius excipere, ut circuitus evitetur, & si potest agere contra tertios pos-

possessores, qui res mariti possident, quando magis poterit contra creditorem de suo iure excipere, & virtute sua hypothecas illum excludere, qui adhuc in possessione non est enim legis beneficium coarctandum per quod mulieri data est facultas agendi quandocunque pro tutiori suorum iurium, sive ante, sive postquam creditores contra maritum agunt.

- 8 Grammat. in *atlegre. decif.* afferebat quoque pro hac opinione quod dicit Baet. in *I. f. filiofamilias ff. solar. matr. iusnois causa concordantem*, retinere uxorem posse bona viri pro eius dotibus, & iuribus dotatibus.

Et secundum hanc opinionem servatur in M. C. pso qua facit, quis per venditionem iudicetur mulier, qui veniret privata illa causula, quam in materia asecuracionis consideravist in iure offrendi Domp. de Branch. *decif. g. 4.* nam non derius ei actio contra legitemm emptorem ad relaxacionem rei iuxta usita per D. de Branch. in *decif. 180. ann. 8.*

Creditores an habeant ius offerendi detem in pecunia mulieri agenti pro asecuracione ob vergentiam viri ad inopiam, & quid si bona, super quibus predictis assidentia, commoda non recipiunt divisionem, & an asecuratio sit facienda iuxta appropriam faciendum per estimatores, vel per licitationem, & subhastationem, latè examinantur per D. Effectorem Capyc. *decif. 4. 2.* qui orator Civitatis Neapolitanæ ad Catholicam Missionem accessit per quem cognitis eius meritis, ad Collaterale Constitutum ex eius luit.

De qua materia asecuracionis dotum ob vergentiam viri ad inopiam multa habentur per Horatium Visc. in *conclus. iur. ips. verb. mulier*, 1. cas. fol. 189. & per Marium Giambam *dec. 16.* & an deretur via exequutiva ex contractu matrimonii, Garzia Mastrilli *decif. 132. lib. 5.* Muta *decif. 23.* Fontanelli de *post. dotaklans. 7. glof. 2. part. 3. n. 19. & 25.*

ARGUMENTUM.

Sententia asecuracionis dotis marito ad inopiam vergente, est executioni demandanda, non obstante appellatione.

S E M M A R I V M.

- 1 Appellatio execucionis non impedit sententia asecuracionis dotis lata ob vergentiam mariti ad inopiam, & ita *decif. 8.*
- 2 Ita appellatione à decreto pro alimentis praehandis ad finem retardandis executionem non creditur, nec appellans in causa appellationis audiatur, nisi aliensa prius solverit, etiam si iure est petantur data alimentaria inopia.
- 3 Appellatio etiam à decreto, quod expediti surbantes studia scholarium executionem non retardat.
- 4 Neque per appellationem à sententia super mercede famuli retardatur exequutio.

D E C I S I O CXXXII.

- 1 Sententiam asecuracionis dotis, merito ad inopiam deducto, esse executioni demandandam, non obstante appellatione censuit Sacrum Concilium in causa Anibalis Medici cum Camilla Roka sub die 17. Januarii 1621. in banca Galterii ex dictis per Bald. Novell. in *trad. de dat. par. 8. privileg.*

7. *septimo speciali uia cum f. in tribus, quibus militier ad sustentationem, tamen sui, quam mariti, filio rumque si quos haber utatur iuxta tex. in I. ubi adhuc *Cade iur. dat. merito sequitur*, quod non retardatur exequutio per appellationem; à decreto enim pro alimentis praehandis non datur appellatione ad finem retardandi executionem;* *ss. f. de ap. pellat. recip. etiam si iure actionis petantur, data inopia alimentarii, quis sub est celeritatis causa, Sured. in *trad. de aliment. sit. 8. privileg. 60. n. 22. vers. hoc samem, quod dicitur de iure actionis, & non audiatur appellans in causa appellationis, nisi prius solverit alimenta, idem Sured. privileg. 96. n. 1.**

- 3 Nec sacerdotum exercitio per appellationem à decreto, quod extractent turbantes studia scholarium, Bar. in *I. prima in fundo fund. liberal. lib. 1. n.* nec à qualibet sententia extractionis appellare licet Grammat. *decif. 68. n. 15.* nec à sententia super mercede famuli *Aenea. fug. 4. 2.*

A R G U M E N T U M.

Mulier vidua, an, & quando pro alio intercedens validè obligetur, & exceptione Velleiani non iuvetur. Et an, & quando in iudiciis, & adversus sententiam restituatur. Et paupertas, an, & quomodo à defensione appellationis excusat.

S E M M A R I V M.

- 1 *Pidua pro filio, contra quam erant litera executorialia realiter, & personaliter emendata, intercedens prævia Collateralis Concilii dispensatione, in forma communis, licet quia vidua, an Velleiano iuvetur, & utrum seqq.*
- 2 *Et decif. negativa recensetur n. 9.*
- 3 *Mulieri enim intercedenti Velleiano non succurratur, ubi iusta, & bona intercederit causa, videlicet pro liberando à carceribus filia.*
- 3 *Mulier pro liberando viro intercedens validè obligatur, sive carceratio ab eius culpo processus, sive ex alia causa.*
- 4 *Icems locum fibi vendicat, quando fideiibus causa eximendi virum ab executionibus, & periculo, ne vadas ad carcere.*
- 6 *Nec in his casibus per sententiam ex clausa invaserit beneficio restitutio nisi in hac gravis, & cum ratione, & ita *decif. 8.**
- 7 *Mulier vidua, panportato non probata adversus sententiam non resistenter maxim in Regno per Conclit. Quidam remittit, per quam mulieres in iudiciorum causam resistent, donec scilicet iudicium agatur, sive agitur, non utique iudicio iam finita, & n. 9.*
- 8 *Mulieres vidua prærogativas capiunt iudicium, non antea temporum habentes.*
- 9 *Piduitas regisisti coniuncta est mortis circuitus circa resistentias mortales, quibus suspicio inducit, & ita *decif. 8. n. 10.**

D E C I S I O CXXXIII.

- 1 **A**ntonio Galli vidua intercessit pro filio, contra quem erant expedite littera executorialia realiter, & personaliter, prævia dispensatione Collateralis Concilii in forma communis, licet quia vidua. Opposita deinde exceptione Velleiani, sicut resolutum Velleianæ non invari, sequendo opini-

opinionem solatam per D. Vincent. de Franch. dec. 6. anno. 16. vers. sed dicebatur contrarium prae-
dictum, & si D. de Ponte in tract. de potest. Prorog. in-
stit. de diversis provis. in cap. de desretis Collatera-
lis Concilii super obligacione, seu alienatione rerum
decalim. n. 13. contra dictam decisionem multa
adduxit, accedente quoque in casu, de quo agitur,
iusta, & honesta causa, videlicet pro liberando à
carceribus filio, eo casu mulier non iuvatur Velle-
ianus, Dom. Vincent. de Franch. dec. 279. n. 16. vers.
licentia debet esse, & fundat Dom. de Ponte in d.
cap. de desretis Collateralis Concilii à n. 25. usque
in finem, ubi n. 3 e. respondet fundamento decisio-
nis Vincenti de Franch. 578. qui contrarium suffi-
ciuit, & decisum refert.

3 Sicut pro liberando viro Grat. discip. foros.
cap. 108. seqq. 1. nulla facta distinctione, an carcera-
tio processerit ob eius culparum, vel ex alia causa,
cum validè obligari pro causa praedicta ex addu-
xis. per Pascal. de virib. patr. potest. par. 3. c. 5. n. 14.
vers. Et secundum banc opinionem.

4 Et idem erit dicendum, quando fideiubet ob
causam exigendi cum ab exequutionibus, & peri-
culo, ne vadat ad carceres, quod optimis mediis
fundat Grat. discip. foros. in d. cap. 108. n. 16. vers.
an autem in cassibus, Surd. conf. 267. n. 14. & sequ.
vol. 3. Pascal. in practicata loco n. 15. vers. qui for-
tius banc conclusionem.

5 Ex quibus de anno 1619. fuit iudicatum non es-
se succurrentiam remedio velleianis dictam Anteq-
uam Gallam ad instantiam hæreditum qu. Petri de
Notario in banca Sarti.

6 Et cum esset pro parte dictæ Antogia Gallæ
petita restitutio in integrum adversus sententiam
fuit sub die 21. Februario 1620. iudicatum non
esse deferendum petita restitutio in integrum.

7 Non solum quia non aderat testis, sed etiam
quia mulier vidua non probata paupertate adver-
sus sententiam non restituitur, Doctores hanc su-
stinentes opinionem congerit Cæsar Bartiis decis.
Bononiensis 74. n. 22. 55. vers. an ipsa mulier vidua a
quam communem esse testatur, & si alii DD. con-
trarium amplexi sint, quos idem assert inferior n.
58. attamen articulus non fuit in illo Senatu ex-
terminis juris commun. decisus ibi n. 22. 61. vers.

8 nihilominus domini pro nunc, & in recepta fuit
pro qua facit, mulieres viduas prærogativas iudi-
cum tantum habere, ut C. quando Imperat. l. unica,
non autem prærogativam temporum, quia nulla
lex hoc consideravit Bald. conf. 449. incipiens queri-
tur, atrum vidua pauperrima, maximè in Regno, in
quo est provisum per Corbis. Regni obscuritate
in iudicis tantum esse restituendas mulieres, do-
nec scilicet iudicium agatur, non utique iudicio
jam finito, glo. in d. conf. Obscuritatem in verb. in
iudicis sententia, quam sequuntur Andr. ibidem in
princip. & Affl. n. 5. Sfor. Odd. in tract. de resist. ne.
par. prima quod. 10. art. 6. n. 39. D. Vincent. de
Franch. dec. 248. Dom. Reg. Rovit. in pragm. 1. de
minor. n. 21. vers. licet sedis sit in muliere.

9 Tunc enim est restituenda est, quando cum
viduitate paupertas concurret, quod iudicis ar-
bitrio remittitur, l. pauperes ff. de excus. r. auctor. ubi
gl. & DD. ita quod non potuisse ob paupertatem
appellationem prolequuntur non habent iudicium ex tem-
poris cursu, qui negligens non fuit, unde paupertas
excusat a detractione appellationis secundum Bel.
in l. acceptum 23. q. C. de usuris, Vivius dec. 268.
n. 5. vers. similiter paupertas, Sforza Odd. in d. tr.
et. q. per. prima quod. 1.

10 Quia resolutio arbitrio Judicis concedi debet,
cognito scilicet, quod illa paupertas talis sit, ex-
culet, Sfor. Odd. in d. art. 9. in fin. & ita fuit obser-
vatum sub die 5. Novembris 1619. in causa Mar-
tinus Graffus, nam fuit restituta ad appellandum,
elapso tempore appellationis, capta prius infor-
matio de paupertate.

ARGUMENTVM.

Privilegium eligendi forum tam de iure com-
muni, quam de jure Regni, an competat mi-
noris pauperi, qui in potestate desinit esse, vel
morte, vel emancipatione etiam in iudicio
seditionis rationum tutela contra tutorem
moto.

SUMMARIUM.

1 Privilegium eligendi forum tam de iure communi:
ni, quam de jure Regni minori pauperi, qui desi-
nit in potestate esse, vel morte, vel emancipa-
tione, an competat, & quae, seqq.

Et affirmatio decisum, fortior etiam in iudicio
seditionis rationum administrationis suo loco
contra theores conveniens modo in alio, quod ad
administrationis loco per vicem electionis fori, &
cum quo moderans n. 7. & 9.

2 Electio fori papillie, ac misericordibus personis
concessa dicitur.

3 Misericordibus persona qua fuit, remissus.

4 Et pupillus quis dicitur.

5 Privilegia omnia papilli concessa emilibet alia
personis, qua per administratori reguntur, con-
cessa concessar.

6 Ratione ubi reddendo fuit, arbitrium est his
dici.

7 Petrum in loco administrationis sufficiens infra-
dicto, et nota testimonia, ac verissima probari
possunt documentata.

DECISIO CXXXIV.

1 Privilegium eligendi forum ex dispositio-
ne l. unica C quando Imperator inter viduas,
& pupilli ex consit. Se asinus, & rit. Magna Carta
sub n. 220. secundum ordinem Caravita cum se-
quentibus, an competat minori pauperi, qui desi-
nit in potestate esse, vel morte vel emancipa-
tione, fuit controversia inter novissimos Regnico-
bus.

Negativa respondit Novar. in præ. elect. fori
qua. 6. n. 5. sic consuluisse referens, indebet sci-
licet quatuordecim manorum non guidare fori
electione, auctoritate Cavens. in pragm. enysa di-
lationum sub n. 28. quem refere, & sequitur Vil-
lone. in addit. ad decis. D. de Franch. 180. n. 17.
& testatur sic decisum.

2 Pro qua sententia facit, quia pupilli conces-
sum est forum eligere. l. prima C quas do Imper. in
ter pupilli. & vidu. ibi, quod si pupilli, item per ris.
præal. Mag. Car. & per Conf. Regni Statutebus
3 misericordibus personis, que enumerantur pro Re-
bus. in conf. Regni Franc. in tract. sonc. provis.
art. 3. glo. fin. in princ. Carav. rit. 133. n. 10. q. &
per Novar. in d. præ. elect. prima quod. 4. & sequentes

4 quae enumerat pupilos: pupilos enim dicitur
impubes, & non in potestate. pupilli de verbore
figi. glo. in d. prima C quatuor Imper. quod vid.

- 9 pupilli in verbis contra pupillum. & dicuntur pupillus proprius, qui cum impones sit, definit in patria potestate esse, vel morte, vel emancipatione, vide Anton. Fumeum in tract. de subficio, mascul. à 7. anno usque in 14. puerum verum usque in 12. sic vocatur.
- 5 Contrarium sustinet Pascall. in tract. de virib. patr. potest. par. 2. c. 2. n. 92. vers. n. 11. omnis ego puto, eo fundamento, quia omnia privilegia pupilli concessa consentur esse concessa omnibus aliis personis, quae per administratores reguntur ex notab. doctrina gloss. 1. 3. C. de curator furios. cum aliis per eum adductis, at cum adulterus maior quatuordecim annis, minor autem decem, & octo, patre or. batus curatoris administrationi subiaceat ex identitate rationis hoc favorabili privilegio carere non debet, quod probat ex autoritate Covarru. præc. quæst. cap. 6. n. 2. vers. praxis verum hoc privilegio.
- 6 Eo maximè in calu, de quo agitur, in quo pertierunt minores compelli conventos tutores ad reddendum rationes administrationis tutelarum eligendo Sacrum Concilium in forum, quae arbitrii est iudicij mandare, ubi sunt reddenda, l. talis §. Priscus. ff. de condic. & demonst. Escobar. de ratiocin. c. 7 n. 59. Menoch. de arbitr. indic. lib. 2. contur. 5. ca. 408. Farinac. doc. 607. in 2. par. tom. 2. fuit in Sa-
cro Concilio iudicatum gaudere fori electione: verum quia consideratum fuit, in loco administratio-
nis, sufficientem instructionem, nota testimonia,
& verissima posse documenta praestari, l. 2. in fix. C.
ubi de ratiocin. sicut publico quibus privat. agr. aperi-
tido.
- 9 In causa Matthæi, & Sebastiani Riveræ cum Francisco Oliva, & Troiano Rivera in banca Sacra-
ciadenti per S.C. provisum fuit, quod fiat d. scus-
sio computorum in partibus, qua facta transmitta-
tur acta ad S.C. in quo decidantur dubia.
- Fori electio an competit in causa syndicatus
pro negativa faciunt adducta per Novar. in tract.
de elect. & variis for. quæst. 17. & quæst. 34. & in
præmissis personis privilegiis 69.

ARGUMENTUM.

Fiscus quando preferatur in alienatione. Civilis Neapolis, quæ solemnitas servare debeat in electione legati. Neapolitanis an possint fieri mandata sub pena pecuniaria, & in casu contraventionis executioni demandari.

S U M M A R I U M.

1. Aqua, quæ oritur in publico solo, Regis est.
2. Aqua, quæ oritur in territorio privati, est domini ipsius prædicti.
3. Aqua, quæ intrat naturali cursu per territorium alium, est domini ipsius territorii.
4. Vendere quis non cogit, regulariter, & iusto prelio.
5. Princeps non potest compellere ad sibi vendendum renum allodialium.
6. In venditione rei fudalnis prefertur dominus directus.
7. Socus in allodialibus.
8. Fiscus non intelligitur in aliquo privilegiatus, nisi specialiter apparet, & utitur iure conservandi, nisi in casu, ubi confitatur de eius privilegio.
9. Solemnitates, quæ requiruntur in transmissione legati ad Regiam Maiestatem.

- 9 Ecclesiastica persona autem possit in legatione elegi ad Regiam Maiestatem per Civitatem Neap. & n. 20.
- 10 Universitates, & eius quarteria si sunt in quarteria divisa, possunt statuta concidero pro eorum administratione.
- 11 Universitates, seu quarteria quando possint uniuersitate statuta ex tacito consensu.
- 12 Universitates seu quarteria, dum contra eorum statuta aliquid disponunt, revocasse censentur.
- 13 Et quid si in statuto ad hanc clausula annullativa.
- 14 Solemnitates, quæ requiruntur pro electione legati ad Maiestatem Regis, & quæ sunt servanda per Civitatem Neap. in ipsius electione, & n. 15.
- 15 Assentire qui tenetur, si recusat, habetur, ac si assensum præstisset.
- 16 Recusare si tenetur assensum præstare, & denegat, habetur pro prædicto.
- 17 Recusare si tenetur assensum præstare, & denegat, habetur pro prædicto.
- 18 Assentire denegans, qui tenetur, dicitur officero iniuria.
- 19 Civitas Neapolitana potest legatum ad Regem misere petita prius licentia Proregi etiam non obtemperata, & n. 38. & 39. Sed postmodum per literas Regis est impetranda licentia ab ipso Rege n. 40.
- 20 Legatus si fit legitimè electus, vel no, Hispanus cognosci debet.
- 21 Conventicula quando dicantur, & quibus penitentiam puniantur.
- 22 Iudicis potestas non potest excedere, quod est petitum.
- 23 Bona Neapolitanorum nec publicantur, nec fisco acquiruntur pro pena consumacia em privilegio.
- 24 Privilegium hoc an extendatur ad penam spreti mandati, & num. seq.
- 25 Determinatio respiciens, plura determinabilia ea pariter determinat.
- 26 Renunciare iuri suo novo presumitur.
- 27 Privilegia dubia interpretanda sunt in beneficium privilegiati.
- 28 Privilegium non revocatur tacite, sed expressis verbis.
- 29 Privilegia concessa pro servitiis, & donationibus sunt irrevocabilia.
- 30 Princeps licet fit legibus solitus tenetur observare contrarium.
- 31 Privilegia iurata ex quacunque revocatione generali, vel particulari non tolluntur.
- 32 Consuetudo est optima legum interpres.
- 33 Dom. Reg. de Pont. in tract. de potest. Proreg. de provis. fier. solit. num. 20. impugnatur, & n. 20. seq.
- 34 Princeps plenitudine potestatis decenter, & secundum iuris nti debet.
- 35 Ad Principem spectat privilegia interpretari.
- 36 Decuriones sine Elegi, & deputati pro observatione privilegiorum Civitatis Neapolis in quibus casibus Regem certiorare debent.

D E C I S I O CXXXV.

Civitas Neapolis ære alieno onerata, spe communi, & lucri aquam nascentem in territorio Monasterii Sancti Severini emit, ut molas aquarias construeret. Dum stipulari intendebat Lemensium Comes, tunc Regni Prorex, mandavit per plures codicillos, quod abstineant à stipulatione, donec aliter, interim fisci patronus pro Regio patrimonio in fisci communum construendas esse postulavit. Ad quod replicabatur pro Civitate, nullo iure esse hoc fisco permisum, nam et si aqua, quæ oritur in publico solo, sit Regis, ex dictis per Dom.

Dom. Vine. de Franch. in dec. 183. in fin. & ex aliis adductis per D. de Ponte in tract. de potest. Proreg. 2. in sit de abundant. Civit. §. 6. num. 6. attamen ea, quæ oritur in prædio privati, ipsius prædii domini est, ut argenti fodinæ ff. de reb. sorum l. 3. in fin. & l. sequens. Andr. in sit. quæ finis regalia & flumina navigabilia vers. bac sunt Civitatum, & non dicitur de regalibus. Ann. alleg. 79. & non solum si nascatur in prædio privati, erit ipsius prædii domini, 4. sed etiam si in eum intret, & per eum transeat, nam statim, quod ingreditur fundum alicuius naturali cursu, sit, ipsius l. 1. §. illud Labo ff. de aqua quotid. & afix. per quem tex. ita dixerunt DD. relativi per Thesaur. in dec. Pedem. 245. inci. aquam u. 2. & an metalli fodinæ in integrum fisco acquirantur, vide Rosenthal. de regal. conclus. 89. poterat ergo monasterium tanquam dominus illam vendere, quam Civitas prævio decreto Collateralis Concilii emit, quæ nulla actione à fisco auferri potest, cum nemo cogatur etiam iusto petito vendere, ad tex. in l. sec. eme. & C. d. iur. delib. l. inv. vitum C. de contrab. ampt. l. non exim. ff. rer. amot. Capiblanc. de Ba. ron. pragm. 1. n. 90. nulla igitur actio nec venditor, nec emptor ad hoc compelli potest etiam per Principem, iuxta ea, quæ ponit Felyn. in cap. qua 6. in Ecclesiarum, de constitut. in re tantum feudali ratione directi dominii fisco competit prælatione cap. 1. §. porrò qualiter olim f. u. poter. alien. in alio. dialibus enim hanc prælationem non habet, arg. eorum, quæ in simili probat Camill. de Curt. in di- vers. iur. feudal. cap. licet auctor verissime n. 40.

7. Fiscus enim nunquam intelligitur in aliquo, nisi si apparet, specialiter privilegiatus, ut inquit Bos. in sit. de fisco, & privileg. eius n. 76. in præc. caus. crimi. & Guid. Pap. dec. 536. n. 20. & quod adversus sententiam contra Fiscum latam in tribus tantum casibus restituitur, l. unica, C. de sent. advers. fisc. lat. roscin. Anna allegat. 26. denegatur restitutio aduersus sententias penales. Odd. Sforz. q. 3. art. 13. n. 85. & fuit iudicatum in Collaterali Consilio non esse deferendum restitutioni in integrum aduersus sententiam remissionis rei ad Judicem Ecclesiasticum, per doctrinam Innoc. in cap. coram felicis. n. 2. de in integr. refut. & ex dictis per Vinc. de Franch. dec. 43. n. 8. immo fiscus ipse temper utitur iure com. muni, nisi in casu, ubi constat expressè de eius pri- vilegio, l. fiscus ff. de iur. fisci, Viv. in decif. 537. n. 10. & l. prælationis privilegium in feudalibus tan- dum habere reperitur in iure expressum, non in aliis.

De his supplices literas portexerunt D. Prore- gi Sedilium deputati, quibus data erat facultas tuandi iura Civitatis, & si eis videbitur ad Regem Oratorem mirendi. Cumquæ optata non obti- nuissent, Commendatarium Fratrem Heronymum de Gueuara militem Hierosolymitanum delegave- gunt ad Regem petita prius licentia à Prorege.

Sed cum non solum in aqua prædicta ducenda molestiam Civitati fiscus inferret, verum etiam vestigia, vulgo dicilium il buon denaro vendicare, & desquæ in pomarijs suburbis constructas demo- liendas minaretur, pretextu statutorum prohi- bientium extra Civitatem ædificia construi, denuo Civitas ex more congregata eisdem Deputatis po- testatem tribuit pro omnibus Civitatis necessitatib. (prout eis videbitur) per eundem Oratorem Regem supplicandi. Abiit Legatus, post cujus discensum petierunt in Sacro Consilio aliqui ex nobilibus, decreta Curiarum declarari invalida, eo quod in convocatione nobilium in eorum Cu-

riis fuerit omessa expressio negotij, de quo ageba- tur, quæ juxta decreta earundem Curiarum ex- primenda erant.

8. Itemque electionem ipsius Legat. annullan- dam instabant ex defectu sollemnitatum, quæ in electione requirebantur, expressarum in l. fin. C. de legat. lib. 10. ac etiam ex defectu personæ, quæ tan- quam Ecclesiastica per pragmaticam sub tit. de Ecclesiast person. reddebatur incapax.

Sed his non obstantibus, validas deliberationes Sed. lium sustinebimus: Legatumq; legitimè electū ac non esse comprehendētum in R. pragmatica pro- bibente administrationem Ecclesiasticis personis.

Et quoad validitatem decretorum, et si singulæ ex quinque Curis, in quas nobilitas distributa 10 est; aliquas sollemnitates in convocando requiri statuerunt absque Regio assensu, quod bene eis licet juxta tradita per Bart. in l. omnes populi n. 7. vers. tertio quaro, de iur. & iur. cum alijs ad- ductis per Fabium de Anna cons. 92. n. 7. declarati. Præf. de Franch. dec. 1. 2. num. 39. & 32. & alios congetit Montan. in interpret. pragm. 2. de admi- nistr. universit. num. 317. & sequ. attamen per eos- 11 dem etiam tacito consensu mutari poterant §. sed naturalia in fin. Institut. de iur. gen. & civ. quando hec in contractum, vel quasi transierunt, pec à Principe fuerint approbatæ, ita Bart. in l. omnes populi num. 29. ff. de just. & iur. non enim refert, declarat quis voluntatem verbo, vel facto, l. Paulus respondit ff. rem. rat. bab. Dum ergo no- 12 biles in eorum Curis congregati, sollemnitati- bus omissis decreverunt, derogasse censemur illi formæ, ita Bal. in l. 1. col. 1. vers. unde hic quare ff. de legib. quem sequitur Paul. de Caltri. in l. prima in princ. ff. de legib. que in l. 1. 1. verbis in fin. C. de precip. Imper. effund. ex autb. Bart. dicit, quod si statutum dicat, quod concilium debcat congregari, & proposita fieri certo modo, & certa forma, si ali. quid ordinatum, & obtentum fuit in concilio, illud valet, & tenet licet in congregatione, & in pro- ponendo petitionem, non appareat quod servata fuerit forma statuti. Quod intelligendum erit,

13 quando aliqua forma simpliciter requiritur ab ali- quo statuto, & statutum ultra non procedit, an. nullando actum in contrarium, secus quando ex- pressè dicitur, quod actus sic nullus, ita Jason. in l. prima ff. de legib. n. 29. & consuluit Dec. cons.

Cæterum quoad electionem Legati attinet sol- lemnitatis, quæ requiruntur per d. l. fin. decla- ratur per Regias litteras positas infra num. 38. quæ uli receptæ sunt, & fuerunt in electione præ- dicta servatae. Prima enim est, quod ad minus per

15 quatuor ex sex Sedilibus frat electio juxta ea, quæ latè ponit Dom. de Ponte in tract. de potest. Proreg. de abund. Civit. §. 7. n. 13. Secunda, quod offerantur Proregi supplices libelli, cui præcipi- tur per easdem litteras licentiam impartiri hæc om- nia fueunt adimpta, & si supplicationi non re- spödit, & expressam licentiam non impartitus fuit, attamen quia tenebatur ex R. litteris III. Principi Pe- træ Persæ transmissis an. 1570 vt inferius legitur num. 39. quæ necessitatem important, habetur pro præstita iuxta ea, quæ dicunt DD. quando ver- ba important necessitatem consentiendi, quod si recusaverit habetur pro consentiente, notat Bart. in l. si cum docem. §. eo autem tempore ff. solut. ma- trim. unde in casibus, in quibus tenetur Rex assensum præstare, si denegat, habetur pro con- sentiente, Gofsted. in cap. 1. §. donare qualiter olim find.

feud. poser. alien. Afflict. in cap. ferdinandi ea lege,
si de fendo defunct. militis. controversi. fuer. Capyc.
in reperio. cap. Imperiale car. 2. Lanar. cox. 60.
Dom. de Pont. de posses. Proreg. de afflentu Regio s.
per doto. §. 1. num. 4. vers. quod in casibus, in qui.

18 bus debet quis consentire. Imò dicitur afficere
illum iniuria, si denegat. Molsel. ad consuet. Neap.
19 par. 2. de bonis qu. 7. n. 18. & in terminis nostris
questionis posse etiam licentia non obtenta, dum-
modo petatur, Legatum mitti, fundat D. Reg.
de Pont. in d. 67. à n. 3. in cit. de abund. Civit.
& Garl. Mastrill. in tract. de magistr. lib. 1. cap. 6.
num. 252. qui de jure id comprobat, & Giurba
cons. 69. qui fundat tam respectu Legati, quam
eligenitum in nullum crimine incidisse, ed maxime,
quod ex Regiarum literarum verbis non vi-
detur necessitas imposita licentiam impetrandi, sed
ob reverentiam Proregi debitam petendi tantum
juxta ea, quae disponuntur in claus. prima §. ve-
lutas, de for. compes. notandum tamen est, quod
post hos anfractus gubernante illi, Duce Ostun-
tum per Regias literas expeditas sub die 10. Sep-
tembris 1617. provisum est, veniam à Regia Ma-
jestate esse petendam pro Oratore mittendo, cum
Civitas à Proregibus gravatur, liberè autem nulla
nec à Proregi venia petita licere Civitati per epi-
stolas Reg. Majestati de Proregibus querelas ex-
ponere de his literis meminit D. Reg. Tap. d.
decis. 10. num. 8. & eas infra transcriptimus n. 40.

Tandem non obstat pragm. in tit. de Eccles. per-
son. que loquitur in administratoribus ad hoc, ve-
so possint coram Regio Iudice rationem reddere, &
si in administratione delinquunt, per eos puniri,
quod cessat in Legato, qui inter administratori-
ges non connumeratur, quod patet ex administra-
torum definitione, & declaratione tradita per Mon-
tanar. in d. pragm. 2. de admixistr. Universit. n. 5.
laciūs responder. Tapia dicta decis. 19. num. 8. in fin.
vers. aliis etiam articulus fuit tractus.

21 Cum de his ageretur in Sacro Concilio, fuit
ante omnia opposita incompetentiæ exceptio, cum
articulus hic, an sit Legatus, vel non Hispanus
coram Rege sit decidendus text. est in l. legato ff.
de ierationibus.

Sacrum Concilium sub die . . . exceptionem
hanc incompetentiæ ad merita reservavit, ac de-
inde, nullam esse Legati electionem tanquam fa-
ctam in personam militis Hierosolymitanæ contra
formam Regia pragmatica iudicavit, item decreta
Sedilium, per quam data erat libera potestas pro
omnibus Civitatis necessitatibus Legatum mihi-
di, nulla declaraverunt de mense Novembri
1614.

Adiit Legatus Regiam Majestatem, & omni-
bus perpensis in supremo Concilio Italæ non ha-
bita ratione iudicari per Sacrum Concilium ad-
missus fuit, & plura impetravit relcripta in Civi-
tatis commodum, prædicta fundat D. Reg. Tap.
in sup. cit. decisione, & de supremi Concil. Italæ
decisione testatur n. 11. vers. sed discuss. negotio,
de inferius num. 12. vers. hoc negotiū fuit opus
sed discussus.

At cum per Supremum Concilium Italæ esset
dubitatum de mandato Civitatis in personam dicti
commendatarij pro aliquibus negotijs: intendebant
convenire in eorum Curijs iuxta morem nobiles
Civitatis pro explicazione mandati, cumque com-
paruissest procurator, qui in prima causa (per sen-
tentiam definita) fuerat constitutus; licet non erat
audiendus, cum eo ipso, quod est lata sententia,

definat esse procurator ex dictis per Jo: Moheda.⁹
in decif. 6. de procuratoribus, atamen ad ejus in-
stantiam fuit mandatum nobilibus Civitatis, quod
abstineant à se congregando in sedilibus.

At cum nonnulli ex nobilibus ad Ecclesiam Di-
vi Domini se contulissent, vbi deliberaverunt
licentiam conveniendi in proprijs Curijs à Rego
impetrare, fuit in Collaterali Concilio discussum,
an possint puniri de conventicula, & fuit resolu-
tum nullum adesse conventicula delictum, tunc
82 enim puniuntur de conventicula, cum adjmalum
conveniunt, Andr. in §. conventionalis, de pac. in-
ram. firmans. & acquiritur dolus, l. prima ff. de
dolo cum concord. adduct. per consilientem incer-
tum poff. confit. Farinac. 65. n. 35. secus verò
quando aliquod bonum agendum conveniunt, esp.
Jan. 26. quaf. 7. vt per eundem Andre. in d. § con-
ventionalis vers. seruus eius cum concord. adduct.
per Marant: in spec. par. 6. in tit. de inquisit. n. 130.
vers. sciat tampon, vbi ponit poenas varias conven-
tiçulæ, de qua materia sunt cumulati omnes DD.
per Add. per Farinac. in d. cons. 65. in ver. congre-
gatione. in ligera E.

Verum fuerunt citati novem ex eis ad solven-
dam poenam in mandato contenta ducatorum de-
cēm missum cum clausula justitiae eo pretextu,
quod contra formam mandati conveniunt.

At cum petitum fuit, prohiberi conventus no-
bilium in eorum proprijs Curijs pro rebus lega-
tionem tangentibus, & praefatæ petitioni man-
datum fuerit lequatum, ad alia non petita exten-
dendum non erit, quia ultra id, quod in judicium
deductum est, excedere potestas Iudicis non po-
test, l. us fundus ff. cum disid. sequitur, quod pro
alijs legitimis conventus non censentur prohibiti,
l. cum prætor ff. de indic. & sic mandatum non
fuit spretum.

Domini deputati pro observantia capitulorum
Civitatis supplicem libellum obtulerunt Illustri-
smo Comiti Castri tunc Locumtenenti, & petie-
runt mandari, quod deleatur citatio, cum sit con-
tra privilegia Civibus concessa: per privilegium
enim huic Civitati concessum à Serenissimo Rege
Catholico in anno 1505. bona Neapolitanorum
84 publicari non possunt pro quoque faciōre,
exceptis criminibus hæresis, & leies Majestatis in
primo capite, quod privilegium non tantum in
publicatione honorum locum habere, sed etiam in
poena contumacie, idest tertia partis nobilium
imposita per Regn. cons. Panam novem tunciamus,
fuit declaratum per Collaterale Concilium die 14.
Januarij 1598. ut in volum. capitularum Neap.
fol. 41. ac. cap. 13. & consequenter nec pro poena

85 sperti mandati post dicta privilegia introduc-
tæ vexari debent, quia differunt inter se synonimæ
tantum, in effectu autem sunt idem, quia contem-
ptus, & contumacia consideratur in omnibus: id est
etiam elusorium privilegium, si mutato ordine ci-
tandi pena contumacie exigeretur, imò pena
longè major, cum in dies experiamur in talibus
mandatis apponi poenam multè graviorem illa
tertia partis mobilium, vt in casu nostro, & fraus
induceretur contra piissimam mentem Sereniss.
Regis Catholici, qui prospexit conservationi ho-
norum subditorum, ne pro qualibet causa poena
pecuniaria affligantur, unde virtualiter dictum
86 privilegium de qualibet poena pecuniaria loqui-
tur; determinatio enim resipiens Plura determina-
bilis ea pariformiter determinat, l. jens hoc iure
ff. de vulg. & pupilli, cum concordas. cumquæ de
hag.

hac innovatione, & augmento poenarum tollendus suisset & Civitate supplicatum Carolo V. Caslari in Comitijs anni 1550, obtinuit iuxta petita, quod obseruentur constitutiones, & capitula Regni, ut *in volumine capitularum Civit. Neap. fol. 149. cap. 8.* quæ provisio licet ab aliquibus retor. queatur contra Civitatem, quippe videtur contra: ria supradictæ declarationi Collateralis Conciliij, cum jubet observari *confit. Regn.* circa poenam contumacia, tamen non adveratur priori priu. legio, & declarationi, si benè consideretur, non enim fuit intentio Civitatis expostulare, nec Imperatoris concedere amissionem priuilegii, sed novam gratiam, & sic fuit supplicatum, quod abusus poenarum in mandatis apponi solitarum tollatur, dicendo hoc esse benè provisum per *confit.* quæ servari debebat, unde respectu dicta con. fit. nihil noui facit, sed quod illa servetur, prout seruabatur in poena apponenda in citatione, vel mandato, non in poena exigenda, ad cum in Neapolitanis stante dico cap. non habeat locum con. stitutio, sequitur, quod ex hoc ultimo capitula non sit derogatio prioribus, immo tollitur quilibet poena pecunaria, quia sic fuit supplicatum, ibi, tanto per pena di speso mandata per detta citatione ad informandum, quanto per qualisvolgia altra 27. coniunctio, nec in dubio præsumitur aliquem juri suo renunciare, nec ignoras. C. de donas. I. ser. in tit. qui succ. tenetur col. 2. in fin. Facit, quis renuncians generaliter omnibus suis iuribus, si ali. quod ius particolare, nempe lucrum dotis ex pa. Etio precedenti, in dubio non præsumitur renun. ciasse P. Molles. in consuet. Confus. Neap. do re. nunt. q. 1: num 48. vers. acenus hoc est verum.

Quin etiam supplicatio Civitatis fundatur dicta. privilegio, quod incipit, *Nem per hec si tiene capitulo concessio per il Serenissimo Rè Carolico &c. &* 28 licet hic intellectus esset dubius, prout apertissi. mos appareret, etiam in beneficium Civitatis inter. pretandus est, vt *ex alio capitulo concessio à Sereniss. Rè Federico in anno 1496. ut in volumine capi. 29. fol. 27. cap. 67.* nec revocatio privilegii datur, nisi expressis verbis illud revocetur, idest revocamus tale privilegium vel non obstante tali privilegio, & his similibus, vt docet B. rt. in t. omnes num. 4 & 5. C. si contr. ius, vel utilit. publ. 30 Sed ulterius, quod nec Rex poterat privilegij revocare privilegia enim huic Civitati concessa sunt propter servitia, & donationes, quo casu concessions praedictæ transiunt in vim contra. etus, & dicuntur leges pactio[n]ate quæ efficiuntur irrevocabiles etiam per Principem, & succe. sores obligantur pro obseruantia, latè Bellug. in spec. Princip. rubr. 2. de invent. cur. & Princeps. potest. in leg. condic. num. 2. & licet Princeps sit legibus solitus, ligatur tamen dictamine rationis, qua obligatur ad observantiam pacti, & contractus, 31 etiamsi essent contractus initii ab ejus predecessor. & non potest revocare privilegium concessum mediante pecunia, ex quo privilegium transiuit in contractum. Fortunatus Scarfò de confus. Neap. Disput. 11. per rotam. & hoc casu etiam si sit expressè revocatum privilegium cum clausula generali, vel particulari, non tolluntur pacta jurata, Alex. ad Bart. in d. l. omnes verb. generali. zor loqui vers. dicas, quod clausula, quæ confirmantur perseveranti, & inveterata consuetudine, quæ optima est legum interpres, l. si in. terpretatione f. de leg. & ita in terminis huius ca. pitali Caroli V. sustinet, & de consuetudine testa-

tur Dom. Reg. de Pont. conf. 94. num. 19. vgl. 1. 34 licet contrarium in poena spreti mandati tueatur *in tract. de potest. Præreg. de provis. fier. solit. num. 20.* sed non solidis fundamentis quorum primum est causa publica utilitatis, & quod tunc non teneatur Princeps leges sequi, sed omnes poenas esse illi arbitriarias, secundum est supradictum capitulo Caroli V. concessum in anno 1550. tertium, quod ita tunc servabatur, quartum, ita esse rescriptum à Catholica Majestate in cause Marchionis Paduæ.

Ad primum respondeo cum Greg. Lop. in l. 6. 35 tit. 25. p. 4. glof. 2. col. 2. in princip. vbi dicit, quod ipse Rex nihil deberet facere de plenitudine potesta. tis, nisi decenter, & secundum ius, vt post Joann. Monac. Card. Alex. & alios notavit Peregr. de fideicom. art. 52. num. 15. & alia adducit ipsem et de Pont. loc. cit. num. 29. cum seq. vbi videtur corrigere suum dictum, at cum alia remedia Prolegibus non desint salvo jure, & bono publico pri. vilegia immutanda non sunt.

Ad secundum est sibi contrarius in conf. 54. sup. cit. vbi de directo contrarium fundavit, & de consuetudine testatus fuit.

Ad tertium erat à veritate, nam poena spreti mandati non fuit exacta ante annum 623, tunc enim primò exacta fuit contra Magnificum Franciscum de Summa, cui fuit injunctum ne à domo exiret sub Poena ducatorum decem millium, & cum extra domum deliqueret, fuit exacta poena.

Ad quartum respondeo, negando, nam responsum hucusque à Reg. Majestate acceptum non est, sperat tamen Civitas juxta votum interpre. rationem obtinere.

Demum dicti Domini Deputati pro observan. tia capitulorum litteras dederunt dicto fratri Hieronymo Civitatis Legato ad Regem pro impe. tranda generali interpretatione in scriptis, ad Principem namque spectat privilegia interpretari glof. in l. 1. C. de legi. in vers. solis; cumquæ his sollicitudinibus agitaretur totus equester Ordo, ad. venit Ill. Dux Ossunarum novus Regni Prorex, qui in pristinam libertatem Civitatem restituit, & juxta morem coetus nobilium se congregaverunt, unanimiterque deliberaverunt fratrem Hieronymum eorum Legatum apud Regiam Majestatem posse quæcumque commodum Civitatis respicien. tia peragere cum libera potestate pro Civitate preces offerendi, & in quocunque Tribunalij ejus jura twendi.

Civitas potest statuere concernentia admini. strationem ipsius, sicut quolibet artis Collegium quoad illos de arte, & rebus ad illam spectantibus, Roman. conf. 300. in causa proprie, in prisca. vbi Add. in verbo artis, sequitur Card. Tusc. in verb. statutum, conclus. 431. num. 25. qui alios conge. rit, ita quod requiratur confirmatio à Superiore, Afficit in prælud. q. 3.

At quia deputati eliguntur a Sedilibus in ar. duis tantum, prout casus emergit, pro his, quæ quotidie accidere solent, fuit in anno 1622 à concilis Sedilibus data potestas sex Decurionibus, & Deputatis pro observantia capitulorum, qui quotannis eliguntur nomine Civitatis Regiam Majestatem certiorandi, & quia fuit plus es disputatum de hoc, inserere uolui conclusionem Sedilium tenoris sequentis.

Tra l'altri capi conclusi per li Deputati di que. 37 sia fidelissima Città sotto la data de 11. di Luglio

1630. e confronarsi per le piazze sotto la ditta, ne
sop della piazza di Nido à 15. di Luglio 1623. del-
la piazza di Porto à 21. di Luglio 1622. della pia-
za di Porta nova à 22. di Luglio 26. 2. della piazza
di Monzagna 25. di Luglio 1622. q della piazza di
Capuana à 4. d'Agosto 1622. vi è il sotso scritto del
señor sequente v.g.

Capi concernenti all'autorità dellli SS. Eletti.

Eli Ciuitatis Neap. in couenientibus anno-
nam sunt administratores habentes liberam po-
tatem, & possunt transigere, text. est in l. Pro-
ses C. de transact. Bart. in l. mandato ff. de procu-
ratorib. ib que refert, procuratorem cum libera
posse omnia facere, qua ipse principalis, sed non
donare, l. contra juris, h. fin. ff. de paci. & idem
observandum per delegatos ad obseruantiam ca-
pitularum, & obseruatim fuit per Electos Ciui-
tatis, per quos fuit initia tractato cum D. Iulia
Branca, & per Collaterale Consilium interpo-
sitem decretum subdile 19. Decembri 1643.

E perche li SS. Eletti non devono ineritarsi in
altro negozio, che della grata, per lacb. sono eletti,
& ogn'altra juria fura della loro autorità e giuris-
dictione. Per tanto si è concluso, che decti SS. Eletti
in nome di Giustitia non possano scrivere a sua Maestà
per qual si voglia causa, & occasione, riserbau lo
quello alle piazze, & chi spetta, fuisr ch: in occasio-
ne di querele, d'agravio in diservitio del publico.

Capi concernenti coll' autorità dellli Deputati
delli capitolii.

E si facci istanza a gl'Eletti, & altri Deputati
di detta Città, che venendo occasione, che detta de-
putatione possa giovare in qualche cosa alla Città,
che ne avisanlo li detti deputati, & bisoguando di
rappresentare alla Maestà Sua qual sia glia occa-
sione di rottura di capitoli per servizio del publico, &
particularmente de' poveri, e di tutta Città lin, non
facti osi eccezione di nessuna persona, che lo debbia-
no rappresentare a S.C. & seguitare infino alla fine.

Rescripta Catholice Majestatis.

38 A Grauiente del termino, que el Conde de Oli-
vares vuestro predecessor este cargo usò con
essa mi fidelissima Ciudad, probiendo el inniar per-
sona a esta mi real Corte a rappresentarme los in-
convenientes, y danno, que resultarian de intro-
ducir en este Reyno una desfisiaria general, y en
haver tomado la carta, que las plazas de los Nobles
les me escruian sobre ello ponindoles pena, que
no embiassem, ni escribiessem, y en haver mandato
prender al Principe de Caserta, y a otros dos Depu-
tados, suplicandome, que por quanto conera el re-
nor de sus privilegios, capitulos, y gracia, que le
ban sido concedidas se le nego por el dicho Conde de
Olivares no solo el embiar personas para scriuirmi
so color dela precessione del Eletti dela Plaza del
Pueblo, que por el Rey mi Señor esté determi-
nado por la carta, que le díspiccie en el año 1579.
con el Marques de Padilla, en que dice que sobre
esto se guarde lo acostumbrado, si le fuviere de man-
dar; que de aqui adelante pue tan libera mente
scriuirmi lo que se les ofreciere sin que los Vir-
reyes, ni otro ministerio nio se lo puedan impedir, y
hauiendo hecho miflo, y considerado, e tenido por bien,
que essa Ciudad pueda, y se le sea licito scriuirmi
de aqui adelante por negocios publicos siempre que
se les ofreciere ocasión dando ostia vos primero par-
te de lo que assi scrivinieren, y monstrando os lo, y
lo mismas a los Virreyes, que os succedieren en este
cargo en su tiempo respectivamente, y en caso, que
quisieren scriuirmi quexas assi de vos, como de los

dichos Virreyes vuestro successores, sabido no puede
creer, que yo les aya de dar occasón para ello, tanto
mas en vuestro tiempo, por lo que con infinito
dono prometegome de vuestra mucha prudencia, y
por el buon término con que procedeyi en todo lo que
es de mi servicio, y dela satisfacion, que de vuestro
gobierno muestra tener esa Ciudad, y Reyno, toda
via quiero, y es voluntad, que la dicha Ciudad pueda
libremente scriuirmi sus necessidades, y ocurrencias
haciendo primero acuido a vos d: los Virreyes,
que os succedieren en este cargo por el remedio dellas,
y pedido licencia con memorial para scriuir con el
respecto, y asimilaciones que se deve y que con esto
presupuesto vos, y los demas Virreyes, que os succedie-
ren en este cargo agays de concedersela, y no se la
concediendo, que la Ciudad la puede baser libera-
mente por ser esto lo que mas conviene a mi ser-
vicio.

Demas de lo qual mi ba fia scicado, que haviendo
el Rey mi Señor, que aya en gloria, mediante su Real
carta d: sp: boda el año de 1579. mandando, que
todas las veces, que essa mi fidelissima Ciudad y Reyno
que quisieren embarcar a quexas de los Virreyes se pudies-
sen bazar, pidiendole para ello licencia, y que haviendo
dicha p: d: al Conde d: Olivares un altro predecessor,
no solo se la nego, pero le puso grandes penas, y guar-
das por mar y por tierra para impedirselo, y hizo
prender en Barcelona el dicho Olavio Tussavilia
suplicandome fuese servido demandar, que aquí
adelante los Virreyes deesse mi fidelissimo Reyno no
probibyan, ni pongan impedimiento alguno a las per-
sonas, que essa Ciudad embarcare a quexarme dellas,
si no que pueda ella embiarlas libramente, declaran-
do la dicha carta del año de 1579. q: q: solo pe-
dir la dicha licencia fin que los Virreyes se la pue-
den negar y que ofreciendose occasón de embiar una
persona por otros negocios, lo puedan bazar libremen-
te sobre lo qual tengo por bien que se guarde precisa-
mente lo ordenado por la dicha carta del año 1579.
y que quando essa Ciudad que fise embiar persona
en los casos, que par la dicha carta lo es permitido
pida primera licencia con memorial, y el devido re-
specto, y miramiento, como se dize en el preinserto ca-
pitulo que trata dela licencia de poder scriuir, y
procediendo esto, es mi voluntad, que in ninguna
manera se los niegue; ante lo que se permite el poder
embiar persona en el caso, y para el efecto, que esté a
dicho.

EL R E Y.

39 L' Principe de Pietra Persia primo vuestro Vir-
rey Lugo-tencieno, y Capitan general. Ha-
viendo verido aqui los dias p: ssados el Marques de
Padilla, erabito por essa Ciudad, y particularmen-
te por la nobreza della sobre algunas differencias,
que se ofrecian entre ellos, y el Marques de Monde-
jar, vuestro Virrey deesse Reyno vuestro predecessor,
y principalmente sobre el recurso, que ellos preten-
den a nos en sus necessidades tanto in universal,
quanto in particular, y ofreciendose despues, du-
rante su estada en esta Corte, lo que zeneis enten-
dido del aujo de Francisco de Franquis, con oca-
sion de que sus plazas de los Nobles deessa Ciudad
querian scriuir, y embiar dineros al dicho Mar-
ques se ordend en ambas c: sas al dicho vuestro Vir-
rey vuestro predecessor lo que convista, de que ga-
rá vuestra llegada essa Ciudad, y Reyno tenis nosi-
cia, pnes conforme ala orden, que para ello se dio, os
haura entregado las que en materias sembiantes, y
otras

otro de oficio se lo dieron. Y porque de nuevo no ha sido suplicado por parte del dicho Marques en nombre de esa Ciudad, y Reyno, que para que se pueda despachar de la Corte fuessemos servidos declarar quanto al primero dela licencia de poder acudir a nos en sus necesidades nuestra mente, y intencion, pues ellos no tienen noticia ninguna delo quo en ello se ha promeydo, y sera de grandissima satisfacion universal entenderlo y ordenar, que las quatro de las seys de esa Ciudad sean restituidas en la possession que siempre han estado de poder, y resolver, y encutar todas las cosas publicas en nombre de toda la Ciudad, y que los Segios della puedan tratar sus negocios por medio de depurados, como siempre lo han hecho, pues en todas tres cosas se los ha alterado en tiempo de dicho Marques de Mondejar la possession en que ellos han estado. Nos havemos resuelto teniendo consideracion a lo que la fidelidad, y muchos buenos servicios de ese Reyno, y subditos del nos merecen en los dichos tres casos en la manera siguiente.

Y quanto lo primero podreys dar a entender a esa nuestra delissima Ciudad, y Reyno, que nunca ha sido, ni, es de nuestra mente, y intencion entorvar, quo mis vassallos especialmente los de ese Reyno de cuya fidelidad, y servicios tenemos tanta satisfacion no tengan recurso a nos siempre que se ofreciere causa bastante por la qual convenga hazerlo aunque en tal caso es nuestra voluntad, que primariamente ayan de acudir a vos en nuestra tiempo a el Virrey que adelante estuviere en esa Reyno como aquien os representa nuestra persona, y pedirle licencia por la cuenta, que es justo, que se tenga con su autoridad, pues ni vos, ni los que despues vinieren fe la negara. Advertiendo, que quando fuere sobre cosas tocantes al beneficio de esa Reyno a de esa Ciudad de tambien primero cuenta della al Virrey, paraque se le viere, que os cosa, que con comunicacion del Consejo, escuse a la Ciudad, y Reyno el gasto de embiar persona a su cuenta que si fuera, que parecia conveniente representar nos la con persona propia, que assimismo en tal caso el Virrey se consentird, y ultimamente, que quando el embiar persona fuere para quererse del Virrey (aunque esperamos, que los que embiaremos en nuestro lugar a ese Reyno, seran tales, y se governaran de manera, que no den causa de querer juicio) tambien en este caso pidiendolo la dicha licencia se la dara.

Y quanto al segundo punto dela pretencion, que viene las plazas, pues ay liso entre las plazas nobles de esa Ciudad, y Eleccio del Pueblo, nuestra voluntad es, por no agraviar a la una parte, ni a la otra, que sigan su injusticia, y entretantos en las cosas, que se ofrecieren ordenareys, que se guarde lo acostumbrado en tiempo de los otros Virreyes de antes, que el Marques de Mondejar fuese en ese Reyno.

Y quanto allo de los Diputados tambien es nuestra voluntad, que no se haga novedad de lo que se ha acostumbrado en este caso si no que se siga aquello sin alteracion ninguna con quo queda satisfecha a todos los tres cabos, que el Marques de Padula nos ha suplicado en nombre de esa Ciudad y Reyno, de que podran colegir el cuidado, que nos queda mirar por lo que les toca, como ellos lo merocen, y a el se le ha dicho, que se acudan a vos, que los dareys la respuesta circa de los particulares. Del Prado a 4. de Diciembre 1579.

AD Ill. Duque primo nuestro. HAVINGO visto lo quo me ofreciois sobre la presentacion, que essa mi fide-

lissima Ciudad de Napolis tiene de poderme escrivir, a embiar persona a quererse de mis Virreyes quando recibire de los algunos agravios, sin que sea obligada a pedirles antes licencia para ellos, y considerando el amor, y fid. lidia con que me ha servido, y sirve en todas ocasiones, y la razon que hay de dar satisfacion a tan buenos, y fieles vassallos he acordado, quo siempre, quo la Ciudad tuviere necesidad de escrivirme sobre cosas tocantes a su buena gobernacion, lo pueda hacer, dando primero quenta a mi Virrey conforme a las ordenes, que acerca deho estan dadas, pero quo en caso que quisiese escrivirme sobre quocas, a agravios de mis Virreyes, lo pueda hacer libremente, sin tener obligacion de pedirle licencia, ni darle quenta dellas, y quo queriendo embiar persona sobre lo mismo, no haya de pedir a mi la dicha licencia, a fin quo sabidas las causas, paraciendo justas, se las conceda y no lo fiendo, se escuse el gasto, que havria de hacer en esto, y assi se lo podreis declarar en mi nombre, paraque sepa dela manera, quo se havra de gobernar en las ocasiones quo se ofrezieren. De Madrid a 10. de Setiembre 1617.

ARGUMENTUM.

Immunitas concessa Ecclesie, vel Monasterio an se extendat ad coniunctas domos conducticias, & apothecas sitas extra claustra.

S. P. M. M. A. R. I. R. M.

1. Resq; habitans cum familia in domo Monasterii sita extra claustra au gandeac immunitate.
2. Immunitas non datur ultra Ecclesiam, etriuum, &c. camerarium.
3. Domus Ecclesia conductitia non dicitur religiosa & idem caret immunitate.
4. Ecclesia secularium legum non respicit familiam, cum peritura canonica contrarium statutum non sit.
5. Immunitas conceditur ab reverentiam debitam locis sacris.
6. Regula, quo religiosis adharent, religiola sunt, declaratur.
7. Decimo.
8. Domus, ad quam datur aditus ab atrio Ecclesia, gaudet immunitate, & ita decisum.

DECISO CXXXVI.

REI quidam capti in dominibus a Monasterio locatis, in quibus cum uxoribus habebant extra Monasterium, & Religiosorum habitationem & in solo, quod ab ipso Monasterio possidetur, contiguo Monasterio immunitate gaudere petierunt.

Pro affirmativa, considerabatur locus coniunctus attio Ecclesiae, pro quo afferri poterat tex. in l. pteant C. de iis, qui ad Eccles. confug. in Cod. Thes. defini.

Sed hoc non obstante habitantes in dominibus predictis immunitate non gaudent, cum sint extra claustra, & Religiosorum habitationem, unde Suarez de religion. lib. 3. de rever. debit. loc facr. c. 9. num. 9. vers. idem est de monasteriis tenuit extendi immunitatem ad Monasteria Religiosorum, quod totum claustrum Monasterium, seu habitationes eorum, quia ille locus celitus, & sacer est, ut constat ex tot. et. de religiosis dominibus, at cura practica edificia sunt extra claustra, & habitatione

Ecclesie immunitate.

- nem Religiosorum, non possunt dici religiosi, & quod sunt rei immunes, dum ab ipsis extrahantur, quod iuri presumptio etiam comprobatur cum in ipsis mulieres habitent, quibus prohibitum est sub censuris, & paenit in claustra introire, præsumendum est ea loca esse extra claustra.
- 2 Nec quia Ecclesiæ proxima sunt immunitas praetendi potest, quæ in Ecclesia, & atrio ipsius, seu coemeterio servanda est ex dictis per Farinac. quæ. 28. de carcerib. & carcerat. ampl. 6. n. 19.
- Extra vero atrium cessat immunitas, in atrio enim Ecclesiæ nulla sedis sunt ponenda, nisi s. dñis clericorum c. nullæ adificiæ 13. q. 1. & idem, qui ad dictas domos confugerit in atrio Ecclesiæ constitutas, tutus erit cap. si quis conseruare 17. q. 4. cum concord. de quibus per Decian. in cap. 25. de exsorab. Eccles. num. 12. vers. quibus hoc addo, non est dicendum igitur atrium ipsius Ecclesiæ, ubi domus prædictæ sita sunt ad laicorum ulum loca, & ultra atrium, seu coemeterium non debet aliquod spatium loci cedere huic immunitati ex dictis per Decian. in d. cap. 25. p. 1. & in cap. 24. de sacrileg. circa loco num. 30. & latius Ital. in lib. 1. de immunit. Eccles. cap. 6. §. 6. n. 5. vers. quod omnino intelligitur.
- 3 Insuper delinquentes se tueri non possunt intus domos locatas, in quibus cum uxoribus, & familiis morantur quantumcumque vicinas Ecclesiæ, licet domus fuerit ipsius Ecclesiæ, cum talia loca dici non possint religiosa, postquam sunt domus conductitiae Suarez de relig. in s. de rever. deb. loc. sac. cap. 8. n. 8. vers. præterea debet esse Ecclesiæ Ital. lib. 1. de immunit. Eccles. cap. 4. §. 6. n. 5. vers. hic in iure patet, & in eodem lib. 1. cap. 4. §. 9. num. 8. vers. secundum lumen, & sequeretur tenendo conseruari, quod qualibet domus seu fundus ab Ecclesia possessus quamvis longissime distaret ab ea, hanc immunitatem præstaret reis contra tex. in diffiniuit 17 quæst. 4. ibi, in exsorante, vel longe separatis ab Ecclesiæ dominibus nullo modo abscedant, sed in hoc 30. passim numero absque domorum extranearum receptaculo progreendi aditus obtinetur.
- Facit quoque tex. in l. si sepulcrustrum & profana & de religiosis, & sumpt. fun. ibi, profana tam loca, quæ circa id sunt si semper vicinis adificiis usui hominum destinatis cesserint, ex quibus verbis patet, loca usui hominum destinata non consummari inter religiosa etiam si circa ea sunt, quæ, & si lex Imperatoris sit, Ecclesia sacerdotalium legum non respicit famularum, cum conseruari iure canonico non sit statutum ad nos, per DD. in cap. 1. de oper. nov. nunt.
- 4 Quod suaderi quoque potest considerata causa immunitatis, quæ est propter reverentiam debitam locis religiosis, ut exponit D. Jo. Chryl. Scarfd in Chilachia leg. exq. ult. cessat vero ratio prædicta in locis, quæ non sunt ad usum religiosorum deputata, sed ad extraneorum, id est laicorum commodum destinata, & procedit dispositio dicitur cap. diffiniuit, nam postquam haec domus erant conductitæ & non poterunt amplius digni religiose, & sic reverentia ipsius debita cessat, unde cessabit, & eius præminentia, & generaliter la. C. de Episc. & Cler. 1. adigere §. quamvis ff. de iur. patro. cum concord. & hoc fundamento hanc tenuit opinionem Ital. lib. 1. de immunit. Eccles. cap. 4. §. 6. n. 5. vers. hic in iure patet, restringendo opinionem Deciani, qui tenuit, quod sufficientes ad domum laicorum morantium infra triaginta, aut quadraginta passus, tunc esse possunt,
- 5 immunitudo in dominibus laicorum, qui Ecclesiæ inserviunt ex dictis per eundem Decian. quæ Deciani opinio fundata est ex regula, quæ religiosi adharent religiosa iure. L. quæ religiosi ff. de rei vindic. & ex eo, quod loço, & non personis defert immunitas,
- 6 Quod fundamentis respondet, quod tunc procedit illa regula, quæ religiosi, quando adharent quamvis pars ipsius loci, ut de atrio, & porticibus ipsius Ecclesiæ declarat Suar. in cap. 9. n. 10. vers. expressus, at secus si sit prophanus locus quamvis proximus, l. si sepulcrustrum & profana & de religiosis in verbis adharet, nullibi servatur immunitas circa passus 30. pro parvis Eccles. sive pro magnis 40. prout testantur DD. relati per Gambarum. in tract. de immunit. lib. 4. cap. 1. num. 16. vers. hos passus, & auctoritate etiam Farinac, dicit non procedere ex ille contraria consuetudine, prout in hoc Regno, & standum esse consuetudine tenet Suar. in d. lib. 3. de reverent. debitis. locis sac. cap. 9. num. 8. vers. sed ut dicit, standum est consuetudine.
- Et patet, quod dictum est de loço, tunc datum confugientes ad eum gaudent immunitate, cum locus is religiosus est ex supradictis debetur enim reverentia Ecclesiæ, & loco sacro, quatenus talis est, ut sit separatus ab omni usu profano, quia postulat talis loci sanctitas, Suar. in s. de reverent. debitis locis sacris cap. 8. num. 8. vers. praesertim debatur Ecclesia, & sic cessant fundamenta Deciani, & siem remanet opinio Ital. optimis fundamentis, & iuribus fundata.
- Et ex predictis, & adductis per Dom de Pont, in decisi. Collat. Conc. 35. fuit decretum in Collaterali Concilio Lub. die ultimo Januarij 1619. non gaudente immunitate Dominicum de Bianco extratum a taberna pictoria Monasterij Sanctæ Mariæ Gratiarum, in qua aderat ostium in publica platea, licet aditum habueret ad claustrum Monasterij, & era destricta princip. liter ad usum laicorum ex ratione Dom. Ferdinandi Brancia tunc Regij Confiliarij, deinde Regentis in supremo Italico Concilio, nunc in Collaterali huius Regni cuius rectitudo, & doctrina erit perpetuo commendanda; ad quod etiam faciunt supra adducta per Ital. de immunit. Eccles. lib. 1. cap. 4. §. 6. num. 5. vers. unde si in dictis passibus, & per Peregr. in tract. de immunit. Eccles. cap. 4. num. 27. vers. fallit vero secundum aliquos.
- Sicut vero si ostium non esset in platea publica, sed in atrio Ecclesiæ, seu in Monasterij, & reus ibi confugisset, ut immunitate gauderet, dum domus erant in dominio Ecclesiæ, prout iudicatum fuit per M.C. & per Sac. C. confirmatum sub die 1. Iulii 1622. in causa Augustini de Colstantio, & loci de Puteolo captorum intus domum conductitiam ad usum laicorum, verum ad eam non dabatur aditus nisi ab atrio Ecclesiæ, & Monasterij.

ARGUMENTVM.

Immunitate Ecclesiæ gaudet, qui ad exonerandum corpus extra Ecclesiæ repertus fuit. Quæ probationes requirantur in casibus exceptis, ut immunitatis suffragio quis non iuvetur, & quando dicatur publicum latro.

SUMMARIUM.

1. Delinquens, qui in Ecclesia moratur, si ad locum extra eam exonerandi corporis gratia se conferat, Ecclesiastica gaudet immunitate, & ita observatum.
2. Delicti qualitas Ecclesiastica excludens immunitatem, atque adeo extractionem ab Ecclesia permittens, an planè probanda sit.
3. Qualitates excludentes immunitatem Ecclesiasticam sunt probanda per indicia insufficiens ad torquendam.
4. Indicium verò ad torquendam sufficiens tunc erit, cum reperitur, quod quis viam, in qua bona reperitur mortuus, multum frequentaverit, quando alias apertus esset ad illud malofidum committendum.
5. Reus it:z diffamatus, quod sic graffator campaneo, alia accedente præsumptione torqueri potest.
6. Quo de iure communi requisita sint necessaria ad hoc, ut publicus latro, & graffator quis dicatur, & tanquam talis in Ecclesia natus non sit, explicatur.
7. Et quid de jure Regni.
8. Deciso.

DECISIO CXXXVII.

Gregorius Trumbus per sententiam forjudicatus per Mag. C. pro homicidio, convictus damnatione per campaneam arguitur à Rego fisco, quod tempore damnationis plura commissi furta in strata publica, de quibus constat in generali, & quod eo tempore in loco, in quo furta fuerunt commissa, cum comitiva armis prohibitis more bannitorum armatus incedebat: cum esset in Ecclesia detenus, cum eadem custodia ad vacuandum corpus ad locum extra Ecclesiam accessit à quo extractus carceribus Regiae Audientiae Capitanate mancipatus fuit, de pluribus fuit dubitatum.

Primo, an gaudeat immunitate Ecclesiastica, dum extra Ecclesiam fuit captus.

Secundò, an requiratur plena probatio, vel suspiciones sufficietes sint ad capturam dato, quod ratione loci immunitate gauderet ad hoc, ut tanquam stratarum distributori immunitate non gaudeat.

Tertiò, an hæc inditia sint sufficientia ad torquendam dato, quod per inditia latitare probare.

Quarto, an sufficiat, quod semel in platea publica furtum fecerit.

Ad primum gaudeat immunitate Ecclesiastica DD. omnes in cap. diffinivit 17. quæst. 4. Decian. in trad. crimin. lib. 6. cap. 27. in fin. & Ambros. in trad. de immunitate Eccles. cap. 11. sum. 7. in fin. & ita alias fuit observatum.

Quoad secundum pro utraque parte afferunt auctoritates, & argumenta Consulentes, quorum consilium est insertum inter consilia Prospere Fati pacis lib. 2. conf. 168. in quo concludunt plenam, & concludentem probationem requireti, verum Fatin. addit ad idem concilium, & assert particolare Breve Panormitanum Episcopo transmissum, cui Summus Pontifex rescripsit, ut super qualitatibus criminis excludentibus immunitatem Ecclesiasticam se informaret summariè, simpliciter extrajudicialiter, & quantum pro sua conscientia informatione sufficere sibi visum fuerit, ita

quod Sanctissimus ille Pontifex videlicet annuit, non esse requirendam plenam, & concludentem probationem prædictarum qualitatum, ut est videlicet apud Montemaranum in sua præx. Archiepisc. ex quo cessat controversia, & in casu illiusmet consilii contra consilium assert decisiones iuxta quam Pontificis declarationem antea de iure tenuit Remigius de Gonn. in trad. de immunitate Ecclesia, stica quæst. 2. & 3. vers. attenta opinione illorum, ceteros Doctores pro hac opinione recentes Giurba cons. 100. refellendo contrarium opinionem n. 28. vers. circa tertium, & si contrarium obseruantur, sequeretur absurdum quoniam existente rea in manibus Judicis, probationes publicarentur, si quidem ad inducendam plenam probationem requiriatur citatio partis contra sylulum, & observantiam omnium Tribunalium, ex quibus ablique dubio sustinenda est opinio in praxi recepta, quod ex suspicionibus in casibus, in quibus non gaudet immunitate Ecclesiastica, possit ab ea extirhi, quamvis extrajudicialiter, & non in scriptis fundat Giurba præcitato conf. 100. n. 28. vers. aded ne in quacunque cognitione, & in cons. 41. idem Giurba n. 29. vers. dum ergo restansur Doctores illam probationem esse necessariam, que ad capturam sufficit, & ita decisum fuit in Collaterali Concilio intervenientibus una mecum Delegatis, Regente Valenzuela Presidente Sac. C. Consiliario Feid & nando Brancia, Judice Marco Antonio Rossino patrocinante pro Regio filio, Consiliario Scipione Rovito sub die 9 Decembris 1624. in causa Marci Antoni Condò de Lycio inquisiti de homicidio cum qualitate assassinii, de qua qualitate oreteq. nus Regia Audientia se informavit, & idem confirmatum ad petitionem Episcop. Lytiensis sub die 28. Aprilis 1626. in eodem Collaterali Concilio, & per Mag. Cur. sub die 14. Februario 1626. id in observatum, & denegata fuit reo copia testium, & ipsorum percussio deponentium super qualitate prodictionis in causa Petri Scatari.

3. Tertior verò, & communior opinio est ad excludendam immunitatem, ut requirantur indicia sufficientia ad torquendam Gam. decis. 281. Heron. Portales in scol. sive annotat onibus ad reportarium Michaelis Molini quæst. 9. fil. 8. qui hanc fundat ad partes disputando pluribus decisionibus cuius dicta hic per extensum inservere volui.

Nova questio est, an si processu competentia non plenè, sed per indicia de delicto constet, reus immunitate Ecclesiastica privari debet, & competencia in favorem Judicis secularis declaranda sit; in qua re, dum calus ex facto eveniet, decisum fuit, sola indicia sufficere, nec plenam delicti probationem exigere, ut delinquentem immunitatem Ecclesiasticam sibi pronuntieret, utquæ competencia in favorem Judicis secularis dicaretur, & ita fuit resolutum per eruditissimos Consiliarios à Cancellerio assumpitos in processu Joannis Puig. super competencia iurisdictionis anno 1576. Nam cum ipso Puig. accusaretur proditorie arcobusium exonerari fecisse adversus quandam sibi amicum in sua ipsius Puig. domo degentem, & nihil tale suspicione, nec suspicari debentem, & ab Ecclesia Predicatorum ad quam confugerat extractus fuisset, & immunitatem Ecclesiastica allegasset, & super ipsa alia indicia non vehementia, nec ad inferendum pœnam ordinariam sufficientia de ipso delicto proditor è commissio constare, & per Cancellerium, & Consiliarios predictos dubitaretur, an eo casu, ex quo de delicto ipso proditoris commissio solum per indi-

indicia non satis urgentia constabat, declarari debet, ipsum Puig. immunitate Ecclesie gaudere posse, & debere, tandem resolutum fuit, declarari oportere reum captum competentiam instituente immunitatem Ecclesie amississe, & competentiam Judicis secularis locum habere, nam per praefatos Consiliarios resolutum fuit in hoc Regno sufficere ad amittendum fori privilegium, & ad hoc ut Cancellarius competentiam in favorem secularis pronunciet de delicto ipso circumferente iurisdictionem secularis in processu competentiam per indicia constare, etiam si indica ipsa non ita urgentia sint, ut ex illis Judex secularis penam ordinariam imponere debeat, idque in hoc Regno eorum Cancellario sepè consultum, & iudicatum fuisse afferuerunt, sed maximè in processu Francisci Romeo super competentia iurisdictio anni 1571. quæ quidem resolutio probari potest ex his, quæ docet Panor. in cap. si clericus laicum num. 9. usque ad fin. & ibi Felin. n. 2. de foro competendum afferunt, suff cere, si semiplenè de qualitate circumferente iurisdictionem constiterit, neque exactam probationem hoc calu requiri, & adduci potest etiam tex. in cap. 1. & ibi DD. de bonis lib. 6. dum ibi decidatur. clericum assassinum fori privilegium amittere, & ad delicti probationem coniecturas, & probabilia argumenta sufficere, & secundum hanc ipsam opinionem fuerat antiquitus iudicatum per Cancellarium Ximenez Priorum Tarraconensium in proc. D. Ludovici Pardi Commendatoris S. Joannis, qui fuerat accusatus de morte Joannis de Vibina alias Malagarrà, nam cum in processu contra illum fabricato sola indica adessent nihilominus competentia in favorem Judicis secularis declarata extitit, & postea secularis, quia indica sufficientia non erant, ut penam ordinariam inducerent, ipsum Pardo ad exitium tantum condemnavit, & rursus secundum hanc opinionem fuit iudicatum per Cancellarium in processu Simeonis Mariano super competentia Jurisdictionis anno 1581.

